ΔΑΙ. abruptum magiſtratus nomen. n. Tarenti Calabriae.

— in area n. Æ. Metaponti Lucaniae. *Magnan.* Lucania. Tb. 37. n. 2. *et* eius Miſc. Num. III. Tb. 28. n. 2.

ΔΑΙΔΑΛΕΩΝ in n. Veſpaſ. e *Golz.* Theſ. p. 213. vid. *Daedala*, cuius gentile Δαιδαλεύς.

ΔΑΙΜ. Δαίμων, *Genius*, ſic videlicet ob eximiam ſapientiam et ſcientiam dictus. — ΝΕΟ. ΑΓΑΘ. ΔΑΙΜ. *Nouus Bonus Genius* in Aegyptio Neronis numo, vbi coronatus draco, Aegyptiorum tutelaris, depictus cernitur. *Heſſelius* in Adpend. praef. inter marmora Teja n. 22.

ΔΑΚ. vel ΔΑΚΙΚ. Δακικός, *Dacicus*, ſic *Trianus* Imp. de Dacis triumphans cognominatus. ΑΥ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΡΙ. C. ΓΕΡ. ΔΑΚ. vel ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΡΙCΤΟC CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ. vel ΑΥ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΚΑΙC. ΓΕΡ. ΔΑΚ. vel ΑΥΤ. Κ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. *Imp. Caeſar Nerua Traianus Optimus Auguſtus Germanicus, Dacicus, Parthicus* etc. *Harduin.* Oper. p. 28. 750.) *Vaill.* Gr. etc. — Vel ſine abruptione vocis:

ΔΑΚΙΚΟC, *Dacicus*, vt in Amaſeorum: ΑΥ. ΝΕ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΚΑΙC. ΓΕΡ. ΔΑΚΙΚΟC, *Traianus*.

ΔΑΚΙΑ, *Dacia* prouincia Mulier ſedens moeſta ad tropaeum. Æ I.

Traia-

Traiani. *Vaill.* Num. Gr. p. 27.) *Guſſeme* III. p. 2.

ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ, *Daldianorum* in Lydia. Hi pro magiſtratibus *archontes* habebant. vid. *Daldis*, ex cuius vrbis numis docemur, incolas Apollinem, qui *Daldianus* inde cognominatus eſt, et Dianam praecipue coluiſſe, venatores ambos, et ceruis, canibusque gaudentes.

Daldis, Gr. Δάλδις, vrbs in Lydia, a *Ptolemaeo* Δαλδω nuncupata. *Harduinus* Oper. p. 48. in notitia eccleſiae Hieroclis inter Epiſcopos prouinciae Lydiae, vbi ſcriptum ὁ Δάλνης, reponit ὁ Δάλδης. In nullo alio veterum ſcriptorum huius vrbis aliquod veſtigium reperitur, praeterquam in *Suida*, verum neque hic ipſe niſi duo ſolum verba adnotauit: „*Daldis* vrbs Lydiae. — Legitur in numis

A) *Autonomis*. 1. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ. *Daldianorum*. Figura ceruum ad d. decurrentem cornibus captans.)(ΙΕΡΑ CVΝΚΛΗΤΟC, *Sacer Senatus*. Caput imberbe ad d. Æ 2. Muſ. *Hunter*. Tb. 25. fg. 1. p. 127.) *Harduin*. p. 48. — 2. *Ead. epigr.* Iupiter ſtans, d. aquilam, ſ. haſtam.)(*Eadem*. Æ. *Haym*. Th. Br. II. Tb. 13. fg. 8. p. 124. — 3. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ. Fortuna ſtans tutulata, d. temonem, ſ. cornucop.)(ΔΗΜΟC. Caput iuuenile laur. Æ. M. *Pembrok*. II. Tb. 8 fg. 6.) *Guſſeme* III. p. 3.

B) *Sub Auguſtis*.

a) cum effigie *Iuliae Domnae*. 4. ΕΠΙ. Λ. ΑΥΡ. ΗΦΑΙCΤΙΩΝΟC ΑΡΧ. Α. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ, *Sub Lucio Aurelio Hephaeſtione Archonte Primo Daldianorum*. Diana Venatrix ceruos inſequens. Æ 1. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* Graec. p. 90. — 5. ΕΠΙ. Μ. ΑΥΡΗΑ. etc. *Sub M. Aurelio* etc. *Triſtan*. II. p. 143.) *Hard.* p. 48.

b) *Gordiani Pii*. 6. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Huius caput laureatum, pectusque chlamyde ornatum.)(ΕΠΙ. Λ. ΑΥΡ. ΗΦΑΙCΤΙΩΝΟC ΑΡΧ. Α. Τ. Β. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ, *Sub L. Aur. Hephaeſtone Archonte Primum et Iterum* etc. Tres figurae humi ſedentes retro Victoria, quae hominem ducit nudum, pone arbor, e conſpectu a longe equus et aedicula, in qua Apollo lyram pulſans. Æ max. Muſ. *Alb.* II. Tb. 69. fg. 3. p. 20. — 7. *Alius* ſed cum epigr. et typo Dianae, vt in Iul. Domna n. 4. Æ 1. *Guſſ.* l. c.) *Triſtan*; II. p. 143.) *Spanh.* Pr. Diſſ. 8.) *Vaill.* Gr. p. 150. qui certe ex incuria in indice *pontificum* Daldianorum hunc ipſum poſuit, quem iam ex eodem numo *archontum* albo inſcripſerat.

DALM. *Dalmaticum*. MET. DAL. *Metallum Dalmaticum*. *Neumann*. Pop. Num. II. p. 132. vid. METAL. DELM.

Dalmatia, Gr. Δαλματία, in Illyria a Titio amne ad Drinum vel potius ad oppidum Liſſum protendebatur. In lapidibus et numis ſaepius DELMATIA per E, nec vero ſcriptura altera poenitenda. cf. *Cellar*. Notit. Orb. Antiqui p. 614. — Voyage d' Italie, de *Dalmatie*, de Gréce et du Levant, fait aux années 1675 et 1676 par *Iacq. Spon* et *George Wheler*, à Lyon 1678. 3. Voll. 12. recuſ. à Amſt. 1679. 2. Voll. 12. Item ſub titulo *George Wheler* Voyage de *Dalmatie*, de Gréce et du Levant, enrichi de médailles, et de figures des principales antiquites, qui ſe trouvent dans ces lieux, avec la déſcription des coutumes, des villes etc. traduit de l' Anglois. à Amſt. 1689. 2. Voll. 8.

DALMATIVS dictus *Delmatius* Caeſar, quod Liebe Goth. Num. p. 351. ſatis probat. FL. DALMATIVS NOB. C. et in au. parte GLORIA EXERCITVS. vid. DELMATIVS.

DAM. *Damaſcus.* COL. DAM. METRO. *Colonia Damaſcus Metropolis.* Vel

ΔΑΜ. Δαμασκηνῶν, *Damaſcenorum.* ΙΕΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ ΔΑΜ. Υ. *Sanctus Senatus Damaſcenorum, Anno* 400.

ΔΑΜ. vel ΔΑΜΑ. Δαμασία, *Damaſia,* nomen. ϹΤΡ. ΦΙΛΩΝΟϹ ΔΑΜ. ΤΟ Β. ΚΛΑΖΟΜΗΝΙΩΝ, *Praetore Philone Damaſia*, vel Damaſiae Filio, *Iterum Clazomeniorum* in Ionia. Æ 1. Iul. Domnae. — ΕΠΙ. Ϲ. ΑΤΡ.

ΔΑΜΑ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Damaſia Pergamenorum.* n. Valer. Sen. Muſ. *Piſan.* Tb. 66. n. 2. p. 179. — ΕΠΙ ϹΤΡΑ. ΔΑΜΑ ΑΤΤΑΛΟΥ Β. ΑΚΡΑϹΙΩΤΩΝ. *Sub Praetore Damaſia Attali F. Iterum Acraſiotarum* in Lydia. Æ 1. Sept. Seueri. — ΕΠΙ ΤΙ. ΔΑΜΑ ΜΙΛΗΣΙΩΝ, *Sub Tito Damaſia Mileſiorum* magiſtratu. n. Neron.

ΔΑΜΑ, *Dama* magiſtratus nomen. ЄΠΙ ΔΑΜΑ. Γ. ΑΛΗΝΩΝ, *Sub Dama Tertium* n. Alenorum. *Khell.* Adpendicula altera Tb. 1. n. 5. p. 32.

ΔΑΜΑ vel DAMA. Δάμασκος, *Damaſcus.* CL. ΔΑΜΑ. METPO. *Colonia Damaſcus Metropolis.* Litteris Latinis duae Graecae Δ loco D et P pro R ſunt immixtae. Æ 2. Saloninae, apud *Froelichium* 4. Tent. p. 145. Vrna cum palmae ramo certamina Damaſci habita deſignat, quae credibile eſt, ϹΕΒΑϹΜΙΑ, *Auguſtalia*, in Auguſti honorem inſtituta, cum in Damaſcenis Treboniani Galli et Voluſiani numis haec eadem, in quercea corona inſcripta, legantur. — Ead. epigr. eademque menſa, ſuper qua vrna cum palmae ramo. Inſcriptio anterioris partis circum caput iuuenile nudum, vetuſtate vitiata legi non poteſt apud *Froel.* 4. Tent. p. 147. qui vero numum ex aere medio ad P. Licin. Cornel. Saloninum Valerian. Gallieni et Saloninae filium refert.

DAMA. vel DAMAS. Δάμασκος, *Damaſcus.* COL. DAMA. METRO. in *Coeleſyria.*

Dama, vel cerua, vel notante *Quintiliano* Inſtit. Orat. L. IX. c. 3 genus caprae ſilueſtris, vel vt *Geſnerus* oſtendit rupicapras eſſe, quas *damas* adpellat; animal Dianae ob venerationem ſacrum, a δαμάζω per antiphraſin dictum, puero vbera in numis Damaſcenis Otaciliae, Galli etc. praebens, forſan ad arguendam Damaſci vrbis originem, cuius conditor a *dama* nutritus, vt lupa Romulum et Remum lactans ad Romae originem ſpectat. Cur in Damaſcenorum numis dama puerum lactans frequenter exhibeatur, pluribus exponit *Vaill.* Col. II. p. 233. quae licet ſint merae coniecturae, tamen non omnino ſpernendae. — *Dama* ſtans. n. Cyrenes Africae. — *Dama* in laeua manu Dianae. n. Antonini Pii. *Vaill.* Pr. III. p. 125.

ΔΑΜΑΛΚΗ. ΑΡΧΕΑΝΑΚΤΟΣ magiſtratus denominatio: n. Erythratum Ioniae.

Damaratae caput in n. Agrigentinorum, vt eſt coniectura *Schotti* ad *Golz.* Sicil. Tb. 10. fg. 8. p. 48. 195. vnde *Damarateus* numus dictus eſt. *ibid.* p. 78. 143. 144. At

Damaratae Gelonis vxori perperam tributa Philiſtidis numiſmata. Conf. *Burmann.* ad *Dorvill.* Sicul. p. 461.

DAMAS. vel ΔAMAS. *Damaſcus.* COL. DAMAS. METROP. *al.* COL. ΔAMAS. METPO. *Colonia Damaſcus Metropolis.*

Damaſcene Syriae pars, Gr. Δαμασκηνή, hinc gentile Δαμασκηνός, *Damaſcenus.*

ΔAMASCO et ΔAMACCO pro ΔAMACKO, permixtis charaсteribus Graecis et Latino: COLONIA ΔAMASCO METROPOL. *al.* ΔAMACCO COΛONIA (ſic) ΜΗΤΡΟ. *Damaſcus Colónia Metropolis*, vbi in eodem numo duo CC iunguntur; prius ſigma Graecorum, alterum C Latinum. vid. *Mixtio.*

Damaſcus, vrbs Coeleſyriae antiquiſſima, *Straboni* ὁ Δάμασκος, nunc *Damaſco* Europaeis, *Scham* Turcis dicitur. Sub Hermone monte ſita, quam Amana fluuius interfluit, et Parpas adluit, qui poſt vrbem ſimul iuncti vnum efficiunt Chryſorrhoam dictum. Vrbi diuerſas origines attribuunt, inter quas ex numis propoſuit *Vaill.* Col. II. p. 232. a dama nutrice et Aſcopuero. Iuxta alios nomen accepit a Damaſco quodam huius nominis, qui a Baccho ipſo Syriam vitiferam faciente excoriatus eſt, quod vineta ſecuri excidiſſet; vnde celebris ab hoc tempore illius dei apud populos in hac vrbe veneratio. — Proprios habuit reges; ab Aſſyriis euerſa eſt; Seleucidis et Arabibus paruit; Pompeius Romano imperio eam adiecit, Philippus Senior Imperator eandem coloniam fecit Romanorum. Licet *coloniae* titulum ante *metropolis* dignitatem in numis ſcribat, e. c. COL. ΔAMAS. METRO. et aliter; hanc longe prius praerogatiuam ante coloniae deductionem obtinuit, ſiquidem eam, vt aliquibus videtur, ab Auguſti libertate accepit in Nicolai Damaſceni, huius Imperatoris amiciſſimi gratiam, cuius beneficii illa memor certamina CEBACMIA ſeu *Auguſtalia* inſtituit, in quibus victores corona ex quercu coronabantur, vt indicat ipſa in numis frequens percuſſa corona. — In plurimis numis Hadriani, Antonini Pii, Commodi, Seueri, Domnae, Caracallae, Macrini, Elagabali, Alexandri etc., *Metropoleos* titulo donata legitur honorario ob amplitudinem ciuitatis. — Poſterioribus Damaſci temporibus Phoeniciae maritimae metropolis Tyrus, mediterraneae Damaſcus. Ab *Eſaia* propheta c. VII. vſ. 8. dici meruit caput Syriae. — Seleucidarum epocham numis teſtantibus, ſecuta eſt ab autumno A. V. C. 442. ante Chr. 312. Conſulendus *Noriſius*, qui Diſſ. II. §. 2. p. 90 ſq. de Seleucidarum epocha in numis Damaſcenorum obſignata pluribus diſſerit.

A) *Autonomi.* Damaſci vrbis numi. 1. Caput iuuenile laureatum.)(ΔΑΜΑΣΚΕΝΩΝ, *Damaſcenorum*, Canis, deſuper aſtrum, omnia in corona laurea. *Guſſeme* III. p. 4. n. 1. — 2. Caput muliebre ad d.)(ΔΑΜΑϹΚΗΝѠΝ. Figura turrita in ſcopulo ſedens ad ſ. infra figura fluuii, ad pedes ſpica, in area ΕΟΣ. *An.* 275. omnia in laurea corona. Æ 1. Muſ. *Hunter.* Tb. 25. fg. 2. p. 127. — 3. Caput Palladis galeatum.)(ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Figura nuda ſtans, d. duos dactylos, vel Damaſcena pruna ſ. caduceum, ante ſiſtrum, in area ΓΠΣ. *An.* 283. omnia intra lauream. Æ 1. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 8. fg. 7.) *Harduin.* p. 48 et 698.) *Triſtan.* I. p. 231. et II. p. 239.) *Guſſeme* n. 2. ſed male ΔΑΜΑΣΚΕΝΩΝ. — 4. Caput muliebre turritum ad d.)(ΔΑΜΑϹΚΗΝѠΝ. Figura muliebris ſtans ad ſin. d. temonem, ſ. cornucopiae, in area ΕΤ. *An.* 305. omnia in corona laurea Æ 1. Muſ. *Hunter.* Tb. 25. fg. 3. — 5. *Al.* ſed ΔΑΜΑΣΚΗΝѠΝ. ΘΞΤ. *An.* 360. Idem mulieris cum temone et c. c. typus, omnia intra lauream. Æ 1. *Cimel. Vindob.* I. Tb. 14. fg. 19. p. 82.) M. *Theup* p. 1265 ſed Æ 2. — 6. *Al.* ſimilis, ſed ϚΤ. *An.* 306. Æ 1. *Eckhel.* Cat Muſ. Caeſ. I. p. 237. n. 1. — 7. Caput muliebre pampinis ornatum ad d.)(ΔΑΜΑϹΚΗ. ΖΟΤ. *Damaſcenorum, An.* 377. Thyrſi duo decuſſatim ligati. Æ 3. *Peller.* Tb. 78. fg. 31.) M. *Hunt.* p. 127. n. 3. — 8. ΔΗΜΟϹ ΡΩΜΑΙΩΝ. *Populus Romanorum.* Caput iuuenile nu-

nudum.)(ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC ΔΑΜ. Ϛ. *Sacer Senatus Damaſcenorum, Anno* 400. Mulier ſedens, d. globum *Guſſeme* ib. n. 3. — 9. Caput iuuenile laureatum, forſan Apollinis.)(ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Tripus, infra quem mon. [157] *Æ. Cimel. Vindob.* I. Tb. 8. fg. 3. p. 33. Eundem vero numum comes *Criſtiani* Adpend. Tb. I. fg. 4. p. 28 ſq. et *Eckhel.* Cat. I. p. 102. rectius vrbi *Damaſtio* Epiri tribuerunt. v. *Damaſtium.*

B) *Cum vultu Auguſtorum.*

a) Auguſti. ΙΟ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Auguſtus.* Auguſti caput teſte *Vaillantio* apud *Noriſium* p. 90.)(ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. L. ΕΚΤ. *Damaſcenorum, Anno* 325, qui incidit in A. V. C. 766. adeoque vltimum Imp. Auguſti; nam epocha Seleucidarum inchoata fuit ab autumno vrbis Romae 442. vt demonſtrat *Noriſ.* Epoch. Syromac. p. 91.) *Harduin.* Chronolog. Vet. Teſtam. — Caput muliebre turritum in laurea. Æ 2. *Morell.* in Aug. Tb. 39. fgg. 17. 18. p. 398.) *Guſſeme* III. p. 4. n. 4.) *Harduin.* p. 704.) *Vaill.* Gr. p. 3. 270. Caput illud turritum denotat, vrbem validis cinctam eſſe moeniis. — 11. Caput Auguſti, ſine inſcriptione.)(ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Dea ſedens, d. bilancem, ſ. cornucopiae, ad pedes fluuii typus. Æ. *Patin.* Impp. p. 47.) *Harduin.* p. 48.

b) *Tiberii.* 12. Capitis epigraphe non additur.)(ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΕΜΤ. *Anno* 345. V. C. 786. vel 787. Caduceus alatus. Æ 3. *Morell.* in Tiber. Tb. 13. fg. 29. p. 623.) *Noriſ.* ib. p. 92. — 13. *Al.* ſed mulier inſidens rupibus, ſeu Hermoni monti ad indicandum vrbis ſitum. Æ 3. *Guſſ.* ib. n. 5.) *Vaill.* Gr. p. 8. 270.) *Harduin.* p. 710. ſed ΔΑΜΑΚΗΝΩΝ. (*ſic*)

c) Neronis. 14. Epigraphe vitiata. Caput laureatum, ante quod lituus.)(ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ΖΟΤ. *An.* 377. V. C. 819. Mulier inſidens rupi, d. extenta bacillum, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 237. n. 2.) *Guſſ.* ib. n. 6.) *Vaill.* Gr. p. 16. 270.) *Harduin.* p. 48. 724. et in Chronologia Vet. Teſtam. M. *Theup.* p. 845. ſed Æ 2. et anno exeſo. — 15. Ex ſententia quorundam ad Damaſcenos refertur numus, in quo: ΕΠΙ ΤΙ ΔΑΜΑ. quam epigraphen legunt: *Sub Tiberio Damaſcenorum.* Diana ſtans manibus elatis, ante eam cerua. *Triſtan.* I. p. 230.) *Patin.* in Ind. p. 7.) *Guſſ.* III p. 4. n. 7. Sed praetoris nomen ibi eſt; *Titus Damaſias. Hard.* p. 48.

d) *Domitiani.* 16. ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ. Mulier turrito capite inſidens ſcopulis, dextram extendit, ſ. cornucopiae gerit, pedes Damaſci figurae inſiſtunt brachio et humeris genii fluminis, quo eadem vrbs mirificam rerum vbertatem et fecunditatem obtinet. Æ 2. *Morell.* in Domit. Tb. 21. fg. 5. Tom. II. Theſ. Impp. p. 481.

e) *Hadriani.* 17. ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, *Damaſcenorum Metropoleos*, qui titulus ſub Hadriano primum, poſtea vero in plurimis numis legitur. Caput turritum et velatum. Æ 3. *Guſſ.* III. p. 5. n. 10.) *Vaill.* Gr. p. 33 — 18. ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΘΛΤ. *An.* 439 correſpondens anno V. C. 881. Mulier rupibus inſidens ſ. cornucopiae, d. piſcem, aut frequentem, aut ſane peculiarem in aquis ſuis. Æ 2. *Guſſ.* n. 8.) *Vaill.* Gr. p. 33. 270.) *Harduin.* 48. et 759. — 19. ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ΑΜΤ *An.* 441. V. C. 883. addita nempe Seleucidarum aera 442. Caput velatum et turritum, pone quod cornucopiae. Æ 3. *Guſſ.* n. 9.) *Hard.* ib.) *Vaill.* ibid. Nulla in ſubſequentibus obſeruatur epocha, qua amplius non vſi videntur Damaſceni, ſi excipias Anniae Fauſtinae numum in Muſ. *Theup.* p. 802. 1017.

 f) *Au-*

f) *Antonini Pii.* 20. ΑΤΤΟ. ΚΑΙ. ΑΝΤΩΝΙ. Caput eius laureat.)(ΔΑΜΑΣΚ. ΜΗΤΡΟΠ. *Damaſcus Metropolis.* Mulier turrita inſidens rupibus, d. piſcem, ſ. cornucopiae, pro eius pedibus fluuius. Æ 3. Muſ. *Theup.* p. 889.) *Guſſ.* n. 11.) *Vaill.* Gr. p. 42. — 21. ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Caput turritum, pone quod cornucopiae. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.) *Harduin.* p. 48. cum capitis perigraphe: ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ. capite laureato. Idem p. 770. vero capitis epigraphen profert; ſed ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Τ. ΑΙΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ. eſt inſcriptio.

g) *Commodi.* 22. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Mulier turrito capite rupibus inſidet, d. pateram, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Guſſ.* n. 12.) *Vaill.* Gr.

h) *Sept. Seueri.* 23. Epigraphe vitiato. Caput laureatum.)(ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ..... Caput muliebre turritum in templo quatuor column. Æ 2. *Eckhel.* Cat. n. 2. — 24. ΜΗΤΡΟΠ. ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. *Metropoleos Damaſcenorum.* Hercules cauda taurum ſublimem d. tenet. Æ 2. *Guſſ.* n. 14.) *Vaill.* Gr. — 25. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Caput turritum in templo quatuor columnarum. Æ 2. *Guſſ.* n. 15.) *Vaill.* ib. — 26. *Al.* ſed mulier turrita inſidens rupibus, d. piſcem, ſ. cornuc. ad pedes fluuii figura. Æ 2. *ibid.* ΔΑΜΑΣΚΟΥ, *Damaſci.* Duplex cornucopiae, corona in medio. Æ 3. *Guſſ.* n. 13.) *Vaill.* Gr. — 28. ΣΕΥΗΡΟΝ ΠΕΡ .... Caput laur.)(ΜΗΤΡΟΠΟ. ΔΑΜΑΣ .... Mulier turrita rupi inſidens, d. clauam, ſ. cornuc. Æ 3. *Eckh.* Cat. n. 4.

i) *Domnae.* 29. ΙΟΥΛΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΑ. Huius Caput. ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟ. (*ſic*) Caput muliebre turritum in templo quatuor columnis fultum. Æ 2. *Froelich.* 4. Tent. p. 250.) *Eckhel.* Cat. n. 5.) Muſ. *Theup.* p. 952. ſed ΙΟΥΛΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤ.)(ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕ. Idem typus.

k) *Caracallae.* 30. ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. Caput eius laur.)(ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Caput muliebre turritum. Æ 2. Muſ. *Theup.* p. 967.) *Guſſ* n. 17.) *Vaill.* Gr. — 31. *Al.* ſed mulier inſidens rupibus, d. piſcem, ſ. cornucopiae, pro pedibus fluuius. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 32. ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ, *Damaſci Sacrae et Inuiolabilis,* in corona quercea legitur, ΣΕΒΑΣΜΙΑ. *Auguſtalia* certamina. Æ. *Patin.* Impp. p. 308.) *Harduin.* p. 48. — 33. ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Caput turritum in templo quatuor columnarum. Æ 2. *Guſſ.* n. 16.) *Vaill.* Gr.

l) *Macrini.* 34. ΜΗΤΡΟΠ. ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Mulier tutulata inſidens ſcopulis in templo 4. column. d. piſcem, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Guſſ.* n. 18.) *Vaill.* Gr. p. 121.

m) *Elagabali.* 35. ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Corona ciuica ex quercu compoſita, in qua ΣΕΒΑΣΜΙΑ. Æ 2. *Guſſ.* n. 19.) *Hard.* 48.) *Patin.* Impp. p. 334.) *Vaill.* Gr. — 36. ΑΥΤ. Κ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. Caput Elagabali laur.)(ΔΑΜΑ. METP. COL. Cupreſſus arbor inter equum et taurum. Æ 1. *Guſſ.* n. 20.) M. *Theup.* p. 720.

n) *Anniae Fauſtinae.* 37. ΑΝΝΙΑ ΦΑΥΣΤΙΝΑ ΑΥΓΟΥ. Huius Caput ſupra lunam falcatam.)(ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΕΛΦ. ΔΟΓΜΑΤΙ ΣΥΝΚΛΗΤ.... ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Damaſcenorum Anno* 535. *Decreto Senatus Oecumenica Laodicenſium Neocororum.* Menſa, ſupra quam quatuor vrnae, ſub menſa vas. Æ max. Muſ. *Theup.* p. 802. 1017.

o) *Alexandri Seueri.* 38. ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. In corona quercea ΣΕΒΑΣΜΙΑ, i. e. Certamina in

in *Auguſti* honorem inſtituta. Æ 2. *Guſſ.* n. 21.) *Vaill.* Gr.) *Harduin.* p. 48. qui e Theſ. Mediceo capitis epigraphen addit : M. AY. AΛEΞANΔPOC K. *Caeſar* adhuc.)(ΔAMACKOY IEPAC MHTPOΠ. et in corona CEBACMIA.

p) *Gordiani* forte. 39 . . . . . NOC . . . . Caput iuuenile laureatum.)(. . . . METR. Silenus nudus ſtans ante cupreſſum, ſ. vterem ſuper humero tenet, d. elata. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 6. Si vere hic numus eſt Gordiani, docemur, Damaſcum iam a Gordiano deductam coloniam, vt argumentatur *Eckhelius.* — 40. *Al.* ſed KOΛ. ΔAMA. MHTPO. *Harduin.* p. 48.

q) *Philippi Senioris.* 41. IMP. M. IVL. PHILIPPVS P. F. AVG. Caput eius laur.)(COL. ΔAM . . . . Cerua puellum lactans. Æ 1. *Eckhel.* Cat. n. 7. — 42. M. PHILIPPVS AVG. P. P. Caput laur.)(COL. ΔAMA METRO. Idem typus. Æ 2. *Vaill.* Col. p. 157.) *Guſſeme* n. 22.) *Harduin.* p. 834. — 43. 44. M. IVLIVS PHILIPPVS AVGVSTVS. Caput eius.)(COL. ΔAMA. METR. Silenus ſtans coram cupreſſo, ſ. humero vterem geſtat. Æ 1. 2. *Vaill.* Col. *Guſſ.* n. 27. — 45. *Al.* ſed COL. DAMASCO. *Guſſ.* ib.) *Mdb.* 347. — 46. IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Huius caput laur.)(COL. ΔAMA. METR. Caput genii turritum in templo quatuor columnarum. Æ 2. *Vaill.* Col. — 47. IMP. M. IVL. PHILIPPVS P. FE. AVG. cum capite Philippi Sen. laur.)(COL. ΔAM . . . . Idem typus. Æ. *Muſell.* Impp. Tb. 204. fg. 4. — 48. *Al.* ſed. cum radiato eius capite.)(COL. ΔAMA METR. Idem typus *Guſſ.* n. 26. — 49. IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS PIVS FEL. AVG. Caput laur :)(COL. ΔAMA METRO. Fluuius decumbens, d. icunculam, ſ. cornucopiae tenet et ſimul vrnae aquas vomenti innititur. Æ 1. *Guſſ.* n. 23.) *Vaill.* Col. — 50. 51. IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS P. FE. AVG. Caput laur.)(COL. ΔAMA METRO. Aries, ob lanam in eo tractu laudatiſſimam. Æ 2. 3. *Guſſ.* n. 24.) *Harduin.* p. 834.) Muſ. *Theup.* p. 743.) *Vaill.* Col. — 52. *Al.* ſed COLONI. DAMASCO. METROPOL. circa ambitum coronae querceae, in qua CEBACMIA, ſubtus arietis caput. Æ 1. *Vaill.* Col.) *Guſſ.* n. 25. — 53. IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS P. FEL. AVG. Caput laur.)(COL. DAMA . . . . intra coronam ex quercu : CEBACMIA. Æ 1. M. *Theup.* 742.

r) *Philippi vtriusque.* 54. IMPP. DD. NN. PHILIPP . . . . *Imperatoribus Dominis Noſtris Philippis* (Auguſtis) Capita aduerſa lauro inſignata patris ac filii.)(COL. DAMAS. METRO. in corona ex quercu CEBACMIA. Æ 1. *Guſſ.* n. 28.) M. *Theup.* 742.

s) *Otaciliae.* 55. MAR. OTACIL. SEVERA AVG. Huius caput.)(COL. ΔAMA. METRO. Mulier turrita inſidet rupibus, laeua cornucopiae, ante eam ſtat Silenus, humero d. vtrem gerens hircinum; in vertice pegaſus, in imo quinque mulieres ad aram ſacrificantes. Æ 1. *Vaill.* Col.) *Guſſ.* n. 29. ſed MARC. OTACIL. etc. — 56. M. OTAC. SEVERA AVG. Caput illius.)(COL. DAMA METRO. Idem typus, ſed in imo quatuor figurae muliebres turritae ſacrificant ad aram. Æ 1. M. *Theup.* p. 746. — 57. 58. *Al.* ſed COL. ΔAMA. METRO. Lupa cum puerulis et labaro, in quo LEG. VI. F. Æ 1. 2. 3. *Vaill.* Col.) *Guſſ.* 33.) *Hard.* 48. — 59. *Al.* ſed COL. ΔAMA. METR. LEG. VII. *Guſſ.* ib.) *Mdb.* 349.) *Patin.* Impp. p. 385. — 60. *Al.* ſed COL. DAMAS. METROP. Figura ſtans cum figuris adſtantibus. *Guſſ.* ib.) *Mdb.* ib. — 61. *Al.* ſed Venus ſedens, ante eam Cupido alatus, quatuor figuris adſtantibus. *Guſſ.* ib.) *Mdb.* ib.

bb) *Gallieni.* 91. IMP. LIC. GALLIENVS AVG. Caput eius laur ad humeros cum paludam.)(COL. ΔAMAS. METROP. circa coronam querceam, in qua C E B A C M I A, Æ 2. *Band.* I. 199.) *Guſſ.* n. 50.) *Vaill.* Col. II.

cc) *Saloninae.* 92. CORNELIA SALONA (*ſic*) AVG. Caput Saloninae.)(CL. ΔAMA. METRO. *Colonia Damaſcus Metropolis.* Menſa, ſuper qua vrna cum prominente palmae ramo. Æ 2. *Froelich.* 4. Tent. p. 145.) *Eckhel.* Cat. II. p. 238. n. 9. ſed CORNE. SAΔONA AVG. Caput ſuper luna bicorni. et in)(CL. ΔAMS. METRO.

dd) *Salonini.* 93. Epigraphe vitiata. Caput nudum.)(COL. ΔAMA. METRO. Menſa deſuper vrna, vt in numo Saloninae. Æ 2. *Froelich.* 4. Tent. p. 146. 147.) *Eckhel.* ibid. n. 10. ſed COL. ΔAMA . . . .

ΔΑΜΑΣΙ. ΕΡΕΤΙΙ. (niſi potius legendum ſit: ΕΠΙ ΤΙ. ΔΑΜΑΣ. *Sub Tiberio Damaſia.*) Taurus.)(Caput Dianae adpoſita pharetra Muſ. *Pembrok* II. Tb. 8. 13.) *Guſſ.* III. p. 8. n. 51. inter Damaſci Coeleſyriae vrbis numos.

ΔΑΜΑΣΚ. *al.* ΔΑΜΑϹΚΗ. *al.* ΔΑΜΑϹΚΗΝΩΝ. *al.* ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ *al.* ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. *al.* ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ, *Damaſcenorum.* vid. *Damaſcus.*

ΔΑΜΑΣΚΟΥ, *Damaſci.* ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠ. *Damaſci Sacrae Metropolis.* — ΔΑΜΑCΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩ. *Damaſci Metroplis.* vid. *Damaſcus.*

ΔΑΜΑΣΤΙ. *Damaſtinorum.* Epiri. Tripus, ad cuius alterum latus litterae corruptae, quae magiſtratum deſignant.)(Caput Apollinis lareatum. *Criſtiani* Adpendic. ad Num. Graec. Tb. 1. fg. 4. p. 28. cui tetradrachmus eſt aeneus; argentea enim, qua tegebatur, bractea Hebraei male ſano vague exutus, etſi nitoris aliquid, nihil tamen pretii ex inſcriptionis conſeruatione amiſit.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 102. ſed caput muliebre laureatum.)(ΔΑΜΑ, ... ΝΩΝ. Tripus, intra quem duo ſigna monetariorum decuſſata. AR 1.) *Cimel. Vind.* I. Tb. 8. fg. 3. p. 32. vbi Damaſco Syriae perperam attribuitur.) Muſ. *Maurocenum* c. 6. p. 14. vbi ΔΑΜΑΣΤΙΝΩ. diſtinctiſſime legitur et magiſtratus etiam nomen ΚΗΦ.

Damaſtium Epiri. Vnicus repertus eſt *Strabo* L. VII. qui aliquod eiusdem indicium faceret, poſtquam dixiſſet, Epirotis plures Illyricas gentes eſſe permixtas addit: Alicubi vero in vicinia ſunt ἐν Δαμαστίῳ *in Damaſtio* argenti metalla. vid. ΔΑΜΑΣΤΙ.

ΔΑΜΑΤΗΡ loco Δημήτηρ, *Ceres*, in n. Hennae vrbis Siculae inſcripta, dialectus enim Dorica Siculis conſueta.

ΔΑΜΕΑC, *Dameas* ſcriba. ΕΠ. ΓΡ. ΔΑΜΕΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Scriba Damea Magnetum* ad Maeandrum. Æ 1. Gordiani Pii. In alio ligitur ΔΗΜΕΟΥ.

ΔΑΜΗΝΟΣ magiſtratus nomen. n. Dyrrhachii. *Golz.* Graec. Tb. 1. n. 8.) *Eckhel.* Num. Vet. p. 97. pariter

ΔΑΜΙΩ. nomen magiſtratus. n. Meſſeniae Peloponneſi.

ΔΑΜΝΕΥC, *Damneus*, i. e. *Domitor.* n. Myrinaeorum Aeolidis. ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ ΔΑΜΝΕΥC. Æ. max. Anton. Pii. *Seguin.* Sel. Num. p. 17. edit. pr.

ΔΑΜΟΝΑΚΤΟΣ, *Damonacti.* Damonax ex *Harduini* ſententia fuit rex Cyrenes. Conf. *Jean Harduine* explication d' une médaille d' or de Damonax, roi de Cyrene dans Memoir. de Trevoux 1717. Aug. p. 1444 ſq.) *Froelich.* Not. Elem. p. 242. vid. *Cyrenes* reges.

ΔΑΜΟΦΩΝΤΟΣ, vti in alio numo.

ΔΑΜΩ-

ΔΑΜΩΦΙΛΟΣ magiſtratus nomina Apolloniae Illyrici. *Golz.* Graec. Tb. 2. v. *Apollonia.*

ΔΑΜΟΣΤΡΑ. abruptum nomen magiſtratus Corcyrae inſulae. v. *Corcyra.*

ΔAMS. loco DAM*a*S*cus* in Æ 2. Saloninae: CL. ΔAMS. METRO. *Colonia Damaſcus Metropolis. Froelich.* 4. Tent. p. 144.

ΔΑΜΥΛΟΣ magiſtratus nomen Leucadiorum Acarnaniae.

Damyras Calabriae fluuius. *Golz.* Sicil. p. 41. 61.

Danace. Gr. Δανάκη a θανάς, *mortuus:* numiſma paruulum quoddam eſt, quod Charonti porrigere ſtygiam paludem tranſmiſſuri fingebantur Conf. *Io. Faes* animadu. ad *Gyrald.* de vario ſepeliendi ritu. p. 377.

ΔANK. id eſt ZANK*le.* vid. *Zancle.* poſtea *Meſſana.* — Non leui errore in Muſ. *Pembrok.* II, Tb. 8. fg. 8. et ex eo apud *Guſſem.* III p. 8. ex ordine alphabeti refertur numus argenteus inter illos, qui ad quartam litteram collocantur, tanquam *Dancle* vrbs dicta eſſet. vid. *Meſſana.*

DANVBIVS fluuius Europae nobiliſſimus, qui et alio nomine *Iſter* dicitur, at diſſenſionibus auctorum maxime incertum, quibus regionibus *Danubius* ſit et quibus *Iſter*, ὁ Ἴστρος. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 367. 368.) *Guſſeme* III, p. 8.) menſtr. an. 1690. Graeci ſcriptores mediis partibus ſaepius *Iſtrum*, Ἴστρον, Latini frequentius *Danubium* adpellant. *Xiphilinus* Traiani pontem, qui in Moeſia ſuperiore erat, ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ, *ſuper Iſtrum* conſtructum fuiſſe narrauit. vid. PONS TRAIANI DANVVIVS. — SALVS REIP. et infra DANVBIVS. Danubii fluminis ſimulacrum ſub figura hominis nudi iacentis cum hiſpida et longa barba, d. brachio quieſcentis ſuper hydriam aquam effundentem, quae profluit per pontem pulcerrimum ſupra fluuium Danubii exſtructum, in cuius ſuperficie cernitur Victoria alata gradiens, d. protenſam imponens capiti hominis ante ſe in alterum genu procumbentis, et ſupplicis inſtar manus extendentis, ſ. vero ſubleuatam tenens, cum facie verſa retrorſum ad hominem armatum et galeatum, d. haſtam ferentem, ſ. vero alas Victoriae tangentem)(IMP. CONSTANTINVS MAX. AVG. Protome Conſtant. M. laureata et galeata. *AV.* Æ. Conſtantini M. qui videtur hoc numo renouare voluiſſe memoriam magnae illus victoriae, quam de Sarmatis in ſua inuentute reportauit, vtpote qua *Reipublicae Salus* quam maxime procurata fuerit. *Band.* II. p. 249. et *al.* cum capitis epigr. D. N. CONSTANTINVS MAX. AVG.) *Guſſeme* II. p. 306. n. 77. *Hulſ.* Impp. Rom. Num. fg. 65. p. 131.) *Mdb.* p. 467.) *Oiſel.* Num. Sel. Tb. 24. fg. 4. p. 107.) *Vaill.* Pr. III. p. 91.

DANVVIVS litteris V et B alternantibus. COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. et infra DANVVIVS. Alterum *Danubii* fluminis decumbentis ſimulacrum cum veſtis lacinia in fornicis modum ſupra caput expanſa, ſ. cubito vrnae, ex qua aqua profluit, impoſito, d. vero naui adſtitutae adplicat. *Danubium* repraeſentat, in quo pontem lapideum, qui per veſtem illam ſupra caput forſan deſignatur, Traianus erexit. Qua de re *Dio Caſſius* in Traiano; Traianus pontem lapideum in Danubio faciendum curauit, quem ego quidem digne admirari non queo. Nam etſi Traiani ſunt alia opera magnifica, tamen is pons longe omnibus antecellit.„ Qui et eiuſdem pontis vberiorem deſcriptionem, quot pilis ſcilicet quam altis, quam latis, iſte ſuffultus eſſet, qua diſtantia a ſe mutuo pilae fornicibus coniunctae fuerint, ſubiungit.)(IMP. TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. Caput laureatum. Æ. Traiani.

tani. *Bie* N. *Arſchot.* aur. Tb. 16. et in *Arſchot.* Regg. et Impp. Num. Tb. 35, n 12.) *Ant. Auguſtin.* p. 107. 108.) *Bandur.* II. p. 248. obſ. 2.) *Beger.* Th. Br. II. 647.) *Eckhel.* Cat. II. 166.) *Guſſeme* III p. 9. VI. p. 408. n. 49.) *Harduin.* 749.) *Mdb.* 153.) *Muſell.* Impp. Tb. 60. fg. 3.) *Oiſel.* l. c. fg. 3.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* II. Tb. 30.) *Triſtan.* I. 395.) *Iuſt. Lipſius* in admirandis, ſiue de magnitudine vrbis Rom. p. 163.) *Fabrett.* de columna Traiani p. 303. — DANVVIVS. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. *Danubius* iacens ſub fornice arundinem tenens, d. Daciae iacentis collum premit, d. genu eius femori impoſito. Æ. 1. 2. *Eckhel* Cat. II. p. 166.) *Guſſ.* l. c) *Hard.* l. p. 48. 749.) *Magnan.* Miſcell. Num. I. Tb. 54. fg. 11.) *Mdb.* 153 — PONS TRAIANI DANVVIVS. Pons a Traiano Danubio impoſitus. Æ. Traiani. *Guſſ.* III. p. 9. VI. p. 414. n. 104.) *Harduin.* p. 48.) *Mdb.* 154.) *Occo* p. 204.

Daorſi in Illyrica, quae gens Plinio L. III. c. 21. *Daorizi* vocatur, Straboni L. VII. Δαόριζοι *Polybio* excerpt. legat. c. 124. Δαόρσοι. Sunt hi Iſſenſibus oppoſiti ſecundum *Ptolemaeum*, cui dicantur Δαουερσοι, *Velleio* Hiſt. L. II. c. 15. qui ſimul eius gentis indolem explicat: „*Daoriſi* et Deſitiates Dalmatiae ſitu locorum ac montium, ingeniorum ferocia, mira etiam pugnandi ſcientia, et praecipue anguſtiis ſaltuum paene inexpugnabiles. — „Soli ſunt, qui vſque modo in lucem prodierunt nummi: 1. Caput Iouis videtur.)(ΔΑ. Caper ſtans. Æ 1. *Neumann.* Pop. Num. II. Tb. 5. fg. 6. p. 149. 150. Is nummus Illyridis, vnde ad *Neumanni* manus peruenit, prae ſe fert omnes characteres. Addicunt artificium, vtriuſque partis ſymbola, nomen vna ſyllaba inſinuatum more Dalmaticae pecuniae. Cum praeſto non eſſet opportunior locus, apud *Daorſos* Dalmatiae ſubſtituit. — 2. Caput virile imberbe pileo tectum.)(.. ΑΟΡΣΩΝ, Nauis. Æ. 3. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 6. fg. 22. p. 95. *et* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 98. Principio cum in numo aliud non legeret *Eckhelius*, quam ΑΟΡΣΩΝ, coepit in gentes hoc nomine praeditas inquirere. *Aorſorum* nationes diuerſae tres a veteribus memorantur. Vnam *Strabo* et *Plinius* mari Caſpio admouent, aliam *Ptolemaeus* et Plinius ſupra Iſtrum in Dacia collocant; tertiae meminit *Plinius* L. IV. c. 11. eamque in Thracia ſtatuit, qua Haemus in Iſtrum deuexus eſt. A prima atque altera opes numiſmaticas non exiges. Tertia non repugnaret quidem, ſed ab Illyrico ſingularem hunc numum remoueri non vult, id quod vetat Gentii regis numus *ibid.* fg. 23. alioqui parum cognitus. Vterque numus et metallo et magnitudine et fabrica et vtriuſque partis typo, ipſis adeo oris lineamentis adeo conſpirat, vt diffiteri nemo poſſit, ad eandem regionem ambos eſſe referendos, neque dubium, caput alterius numi, etſi inſcriptio abſit, Gentium quoque exhibere. Si integer eſſet numus, legeretur abſque dubio integrum ΔΑΟΡΣΩΝ.

ΔΑΦΝ. Δαφνη. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝ. *Antiochenorum Ad Daphnem.* Figura ſtans, d. extenſa, adſtat tripus. Æ. M. *Pembrok.* II. Tb. 96. fg. 9.

Daphne, Penei, ſiue vt alii habent, Ladonis fluuii filia, quae cum Apollinis vim effugere non poſſet, implorato paterni numinis auxilio in laurum arborem eſt commutata. *Ouid.* Metam. L. I. vſ. 557 ſq. Inde

Daphnaeus, Gr. Δαφναῖος, h. e. *laureus* vel *laurifer* dictus *Apollo* a δάφνη, laurus, vel potius a nomine nymphae in laurum conuerſae. Apollo Antiochiae cultus dicebatur Daphnaeus, cui ſuperbiſſimum Antiochus Epiphanes templum exſtruxit,

xit, idemque Apollinis typus, qui in Romanis Imperatoribus, in Syriae etiam regum numis exhibetur. *Wilde* Sel. Num. p. 43.) *Vaill.* Col. I. 172 etc.

ΔΑΦΝΗ, *Daphne*, ſuburbium celeberrimum et lucus Antiochiae ad Daphnen, vbi Apollinis et Dianae fana. *Strabo* L. XVI. et *Sozom.* L. V. c. 19. — In Graecis eius numis, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΙ vel ΔΑΦΝΗΝ, *Antiochenſium qui ſunt Ad Daphnen*, inſcriptis cum titulo praeſidis Romani. vid. *Antiochus* IV — An exemta ab omni poteſtate Romani praeſidis? Conf. *Spanh.* Pr. I. p. 684 ſq.

Daphnus vrbs Phocidis in litore. *Plin.* L. IV. c. 12. *Stephano* Δαφνοῦς, πόλις Φωκίδος, ὁ πολίτης Δαφνούντιος, ἢ Δαφνούσιος, hinc ΔΑΦΝΟΥΣΙΩΝ in n. *Caii*, quem e Theſ. *Golzii* p. 213. repetit *Harduin.* Oper. p. 49.

ΔΑΡΔ. Δαρδάνων, *Dardanorum*, vel vt in plurimis integre legitur ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. vid. Dardanus Troadis.

Dardania, Δαρδανία, regiuncula *Straboni* dicta. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 44

DARDANICI. Matrona decenti habitu ſtans, d. lauri vel oleae ramum tenens, ſ. ſtolam colligens, *Dardaniam* repraeſentare videtur, quae Traianum Imp. per eius oras in Daciam tranſeuntem ciuili more cum pacis ſigno exceperit. *Plin.* L. III. c. 29. Æ. Æ. Traiani. Num. *Arſchot.* Tb. 36. n. 3.) *Guſſeme* VI. p. 408. n. 50.) *Harduin.* p. 48.) *Mdb.* p. 147. 148.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 22. fg. 10. p. 101.) *Patin.* Ind. p. 10.) *Pioucne.* Muſ. *Farneſ.* X. Tb. 9. ſed d. ſpicas.

Dardanus Troadis vrbs, *Plinio* L. V. c. 33. *Dardanium*, oppidum ſubaudiens; *Stephano* Δάρδανος, πόλις Τρωάδος, incolae Δαρδάνιοι. Idem *Stephanus* memorat, primum Teucrim dictam, a Dardano aedificatam; maritimam facit *Plinius*; ab Abydo 70 ſtadiis diſtare ait *Strabo*; Achillem ibi, Abydi Aiacem ſepultum teſtatur *Ammian. Marcellinus.* Neutro genere Δάρδανον ſcripſit *Ptolemaeus.* Sita vrbs ad promontorium, quod *Dardanium* vocatur.

A) *Autonomi* numi. 1. Vir armatus inſidet equo, forte Dardanus, vrbis conditor.)(ΔΑΡΔ. Gallus pugnantis ſitu pedibus tenet ariſtas. Æ. *Haym.* Theſ. Brit. I. Tb. 23. fg. 7. p. 239. Dardanos a pugnis gallorum celebres fuiſſe oportet; *Harduin.* Oper p. 49.) *Cambden.* tract. de moneta in fragmentis.) *Eckhel.* Num. Vet. p. 73. — Inde forſan idem mos Romam manauit; ex his enim ludis fatales Caracallam inter et Getam, viuente etiam Seuero, diſcordias fuiſſe exortas auctor eſt *Herodianus* L. III. Spicae, ex *Haymii* iudicio, frugum his in regionibus abundantiam indicant. — 2. Idem gallus in n. Alexandri apud *Pellerin.* Mel. I. p. 132.

B) *Sub Auguſtis.*

a) *Auguſto.* 3. *Sine epigr.* Caput Auguſti nudum.)(ΔΑΡΔ. Victoria gradiens. Æ 4. Muſ. *Theup.* p. 832.

b) *Antonino Pio.* 4. ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ *Dardaniorum.* Mulier turrita et ſtolata ſtans in templo duarum columnarum, d. victoriolam, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Guſſeme* III. p. 9. n. 1.) *Harduin.* Oper. p. 48.) *Vaill.* Gr. —

c) *Sept. Seuero.* 5. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ, *Sub Archonte Philippo* etc. Dardanii ab archontibus regebantur. Aquila ſupra columnam, ad cuius imum ara ignita, ante quam ſacerdos ſuccinctus d. pateram, humero ſiniſtro ba-

baculum, prope taurus. Æ 1. *Guſſ.* n. 2.) *Hard.* p. 49.) *Vaill.* Gr.

d) *Iul. Domna.* 6. ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. Bacchus d. thyrſum, pro pedibus tigris. Æ 2. *Guſſ.* n. 3.) *Vaill.* Gr. p. 90. — 7. *Al.* ſed Aeneas humeris Anchiſen, d. Aſcanium ducit. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Hard.* ib. *Vaill.* ib. — 8. ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ ΡΟΔΙΟC. *Rhodius* amnis muliebri facie decumbit, d. ramum, prope cymba, ſ. cubito vrnae impoſito. Æ 2. *Guſſ.* n. 4.) *Hard.* ib.) *Vaill.* ib.

e) *Geta.* 9. Π. CΕΠΤ. ΓΕΤΑC ΚΑΙCΑΡ Caput eius nudum.)(ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. Aen eas gradiens, d. Aſcanium filium ducit, ſ. brachio Anchiſen patrem amplectitur. Æ 2. *Guſſ.* n. 5.) *Harduin.* p. 49. 800.) *Vaill.* Gr. — 10. *Al.* ſed Ganymedes nudus cum pileo Phrygio ab aquila rapitur. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

Dardanus, Iouis filius ex Electra Atlantis filia, qui cum fratrem interemiſſet, inde fugiens, in Samothraciam primum, deinde in Aſiam venit, locaque tenuit Helleſponto proxima, vrbemque ibi *Dardanum* de nomine ſuo condidit, regionemque totam nominauit *Dardaniam*, quam poſtea Tros, Erichtonii filius *Troiam* adpellauit.

ΔΑΡΕΙΟΥ, *Darii* archontis nomen. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΔΑΡΕΙΟΥ ΜΙΛΗCΙΩΝ, *Sub Archonte Dario Mileſiorum.* n. M. Aurel. — ΕΠΙ ΔΑΡΕΙΟΥ CΑΡΔΙΑΝΩΝ, *Sub Dario Sardianorum.* Æ. M. Aurel.

Daricus, qui et *ſtater Daricus*, fuit numus aureus ſagittarum nota inſculptus, vt teſtatur *Plutarch.* Apophth. Laconic. a Dario aliquo Perſarum rege percuſſus, a quo et nomen accepit, teſte *Herodoto* L. IV. „Darius ex auro quam potuit purgatiſſimo monetam percuſſit.„ Meminit eiuſdem numi *Xenophon* L. I. Expedit. Cyri, vbi ait, ſtipendium militare apud Perſas fuiſſe Daricum in ſingulos menſes, quod Cyrus auxit, vt deinceps pro Darico acciperet miles *ſeſquidaricum* menſtruum. Valor *Darici* vt monuit *Lipſius*, fuit viginti drachmarum Atticarum, quae Romano denario ſunt pares. De *Darico*, antiquae apud Perſas monetae ſpecimine *Spanhem.* Pr. I. p. 558.

Darius nomen regum Perſarum commune. Vltimus, qui Alexandri adoleſcentiam deſpicatui habens, bello eum adgreſſus eſt, ab eoque quamuis exiguis copiis tribus ingentibus proeliis victus, cum ſe fuga victori eripere conaretur, a ſuis comprehenſus eſt et trucidatus. — Vel huic vltimo, vel alio ex anteceſſoribus adſcribitur vulgo numus, in quo caput leonis.)(Figura coronata ſ. arcum tenens.

Darrhae, populi iuxta rubrum mare, Δαῤῥαὶ διὰ δύο etc. vid. *Stephanum*. admonetque idem et alias praeterea eſſe vrbem Δάραι, cuius gentile nomen ait eſſe Δαρηνὸς et Δαῤῥαῖος. Hinc

ΔΑΡΡΑΡΩΝ in Theſ. *Golzii* p. 113. et apud *Harduin.* Oper. p. 49. In ea regione forte numus ille cuſus, in qua comprehenſus olim Darius ab Alexandro, vnde ei nomen.

Daſcylos Bithyniae. v. ΔΑΣΚΥΛΙΤΩΝ.

DASISC. *Siſciae* cuſus numus cum nota monetarii.

ΔΑΣΚΥΛΙΤΩΝ in Galbae numo e Theſ. *Golzii* p. 213. et in Opera *Harduini* p. 49. — Bithyniae vrbs, cuius nomen *Ptolemaeo* Δασκύλειον, *Daſcyleum*, quod ita etiam *Strabo* ſcripſit, ſed ad paludem Daſcylitidem poſuit, vt intus ſitum videatur fuiſſe; niſi haec palus prope mare ſeu Propontidem fuit, nam et *Plinio* L. V. c. 40. cui *Daſcylos* tribus ſyllabis eſt, etiam

etiam in maritima ora ſitum eſt:„ in ora, inquit, *Daſcylos*.„ A *Mela* nomen habet, qui L. I. c. 19. „Trans Rhyndacum eſt *Daſcylos*.„ *Stephano* Δασκύλειον περὶ Βιθυνίαν, τὸ ἐθνικὸν Δασκυλίτης. Pariter in Notitiis eſt Δασκύλιον, *Daſcylium*.

DAT. *Datum*. vid. CONG. AVG. — CONG. I. *al*. II. *al*. III. DAT. POP. — CONG. PR. DAT. POP. — CONG. TER. P. R. IMP. MAX. DAT. — CONGIAR. DAT. POP. — CONGIAR. PRIMVM P. R. DAT. *Congiarium Primum Populo Romano Datum*.

DAT. *Datus*. vid. REX ARMEN. DAT. *Rex Armeniis Datus*.

DATVS. In n. Traiani ipſe Imperator ſublimi in loco adſidet, ſtante retro praefecto praetorii, Parthomaſpaten ad pedes ſuos adſiſtentem Traianus protenſa dextra regem inſtituit cum lemmate: REX PARTHIS DATVS. — Simili in moneta Antoninus Pius effulget, vbi habetur: REX ARMENIIS DATVS. — Illud porro hiſtoricorum ſilentium egregie compenſat, quod de eodem Antonino numiſma prodidit, in quo Antoninus repraeſentatur barbaro adſtanti dextram porrigens, c. epigr. REX QVADIS DATVS. vid. REX etc.

D. AVG. *Diuo Auguſto*.

Daulis Phocidis vrbs. *Nonn*. ad *Golz*. Graec. vet. p. 33. *Stephano* Δαυλίς, ὁ πολίτης Δαυλίδος. Fuiſſe apud Daulidenſes Mineruae fanum, peruetuſque in eo fano deae ſignum, auctor eſt *Pauſanias* in Phocicis, ſeu L. X. — ΑΜΦΡΥΣΙΕΩΝ ΚΑΙ ΔΑΥΛΙΑΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Amphryſenſium Et Daulidenſium Concordia*. n. Domitillae. *Golz*. Theſ. p. 208.) *Harduin*. Oper. p. 15.

D. AVRELIANVS, *Decimus Aurelianus*. v. *Aurelianus* Imp.

D. C. A. *Diuus Caeſar Auguſtus*.

D. CAEL. BALBINVS, *Decimus Caelius Balbinus*. v. *Balbinus* Imp.

D. C. BASSVS, *Decimus Caeſius*, ſiue *Caeſonius Baſſus*. n. Vticae.

D. C. C. N. C. *Decuriones Coloniae Concordiae Norbae Caeſarianae*, Hiſpaniae Alcantera.

DCCCLXXIIII. *Annus* 874. in Hadriani numiſmate, quod eius anno imperii quinto percuſſum eſt, egregie annum vrbis conditae illuſtrat, ita inſcriptum: ANN. DCCCLXXIIII. NAT. VRB. etc. *Anno Octingenteſimo Septuageſimo Quarto Natali Vrbis*. vid. ANN.

DCCX litterae numerales in vertice quinarii a Vibio Panſa cum capite deae Monetae, minime numerum quinariorum a Vibio percuſſorum indicant, ſed annum potius V. C. 710. deſignant, quo percuſſa eſt haec moneta, quando creatus eſt conſul Vibius. vid. *Vibia* g.

D. CL. SEPT. ALBIN. *al*. D. CLO. SEP. ALB. *al*. D. CLODIVS ALBINVS. *al*. D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS etc. *Decimus Albinus*. v. *Albinus* Imp.

D. C. S. *De Conſulum Sententia*.

D. D. *Decreto Decurionum*, de licentia cudendi numi intelligi ſolet, vel in coloniarum numis idem dicit, quod in Romanis numis S. C. *Senatus Conſulto*. vid. Apamea Bithyniae, Babba, Carteia, Carthago, Corinthus, Dium Macedoniae, Emporiae, Patrae, Sinope etc. — EX D. D. *Ex Decreto Decurionum*. *Bimard*. ad *Iob*. II. p. 230.

ΔΔ duplex littera ad vultum Auguſti in n. Corinth. apud *Morell*. Theſ-

Theſ. Fam. p. 11. quae ſignificant cuſum numiſa *Decreto Decurionum.*

DD. *Dedicauit.* TER. DD. *Terminum Dedicauit.*

D. D. *Dono Dedit.*

D. D. *Domini*, de duobus, vt DDD. de tribus.

D. D. AVG. NN. *al.* DD. AVGG. NN. *al.* DD. AVGGG. NN. *al.* DD. AVGG. Q. NN. *Dominorum Auguſtorum — Que Noſtrorum.* vid. VICTORIA. — VICTORIAE.

DDD. *Dedicauerunt Decuriones.* vel *Datus Decreto Decurionum.*

DDD. NNN. Trium *Dominorum Noſtrorum.* vid. VICTORIA DDD. NNN. AVG. in *AV.* Conſtantis. *Khell.* Suppl. p. 254.

DDD. NNN. AAA. VVV. CCC. *Domini Noſtri Auguſti.* Tres Imperatores, ſupra crucicula. Æ 3. Heraclii. *Band.* II. p. 686.

DD. N. HER IA *(ſic)* Æ 3. eiuſd. Heraclii. *Ibid.*

DD. NN. *Domini Noſtri*, aut *Dominorum Noſtrorum.* Titulus D. N. *Dominus Noſter*, circa Diocletiani tempora inualuit, vti ex numis colligitur. Eundem Octauianus Auguſtus deteſtatus eſt; Caius vero et Domitianus ambiuere quidem Domini adpellationem, ſed numis committere non ſunt auſi. In Antiocheno Getae numiſmate apud *Vaillantium* primum occurrit hic titulus: VICT. DD NN. *Victoria Dominorum Noſtrorum*, videlicet Getae et Caracallae. — DD. NN. PHILIPPIS AVG. *Dominis Noſtris Philippis Auguſtis*, ſumto in conſortium Philippo filio, a quo tempore etiam legitur: IMPP. DD. NN. PHILIPP. vt in Damaſcenorum numo.

DD. NN. vid. CONCORDIA. — CONSVL. — IOVI ET VICT. — SECVRIT. PERPET. — VICTORIA. — VICTORIAE. — *Domini Noſtri* dicebantur Imperatores, cum vellent omnibus imperare videri, nec eſſe in orbe hominum genus, quod ipſorum Dominio non ſubſit. Decreſcente enim eorum potentia, creuit nominum poteſtas.

— — AVG. *al.* AVG. ET CA. aut CAE. ſiue CAES. vel CAESS. v. SALVS. — VICTORIAE.

— — AVGG. v. VICTORIAE. — VIRTVS.

— — AVGG. ET CAES. vel CAESS. vel VICT. — VICTORIA. — VICTORIAE. — VOTA X.

DD. NN. AVGG. P. TVICIOTLN. *(ſic)* Figura barbata et togata ſtans, vtraque manu zonam extenſam, qua veſtem diducit.)(HADRIANVS AVGVSTVS. Caput Hadriani laureatum. *AV.* Anecd. *Cimel. Vindob.* I. Tb. 2. fg. 6. p. 9.) *Eckhel.* Cat. II.

DD. NN. ЄRACLIVS ERA CON. *al.*

— — HЄRACLIY ЄT HЄRA CONST. etc. *Bandur.* II. 685. vid. *Heraclius.*

— — IOVII LICINII AVG. ET CAES. Liciniorum Patris et filii. *Band.* II. 201.) *Vaill.* Pr. I. 291. — *Al.*

— — IOVII LICINII INVICTi AVG. ET CAES. Eorundem. *Band.* II. 186. 191. 197.) *Harduin.* 470.) *Muſell.* Impp. Tb. 246. n. 10.) *Vaill.* Pr. I. 287. 288.

DDP

DDP. *Decuriones Poſuerunt*, vel *Decreto Decurionum Poſuerunt*. *Morell*. Fam. p. 124.

DD

PP ad ſtatuam Liuiae ex ſententia *Bimardi* ad *Iob*. II. p. 140. et *Zaccariae* Iſtit. p. 271. *Decreto Decurionum Pecunia Publica*. *Angelonus* perperam: *Decreto Decurionum Populi Patrenſis*, quem ſecutus eſt *Vrſatus* de not. Rom. *Aliis*: *Decreto Decurionum Publice Poſita* ſcil. ſtatua. *Al*. *Decuriones Poſuerunt*. *Vaill*. Col. p. 77. 89. 90.

DD. PROCOS. *Decreto Proconſulis*, epigr. numi cum Auguſti capite radiato a Panormitanis Siciliae ſignati.

D. D. PVB. *Data* ſcil. corona *Decreto Publico*, forte.

D. D. S. P. Q. R. LAETITIAE. C. V. intra coronam. Æ 2. Commodi. *Eckbel*. Cat. II. p. 257.

DE. *Decennalia*. VO. DE. *Vota decennalia* in clipeo. vid. SAEC. FEL.

Δε. Δεκελέων, *Decelienſium* in Attica.

ΔЄ. Δεκιμὸς, *Decimus*. ΑΥΤ. Κ. ΔЄ. ΚЄΛ. ΒΑΛΒЄΙΝΟϹ ϹЄΒ. Π. Π. *Imperat. Caeſ. Decimus Celius Balbinus Aug. Pater Patriae*. n. Tarſi. *Froelich*. 4. Tent. p. 323.

Δε. Δέκιος, *Decius*, nomen gentile Imperatoris Traiani Decii.

ΔΕ ſeu litterae Δ Ε monogrammate compoſitae pone capram iacentem ac reſpicientem, quas nexas litteras ΔΕΛΦΩΝ legit *Witzleben* in vulgata numorum aliquot explicatione. Lipſiae 1754.) *Froelich*. Not. Elem. Tb. I. fg. 6. p. 22.

DE. *Detulit*, vel *Delata eſt*. AD A. DE. *Ad Aerarium detulit*. vid. QVOD V. M. S.

ΔΕ ſuperne in n. Argolidis. *Eckbel*. Num. Vet. p. 78.

Δ. Ε. Δημαρχικῆς Ἐξουσίας, *Tribunitia Poteſtate*. Quae litterae tantum in duarum vrbium numis, Antiochenis nimirum et Laodicenis occurrunt; in illis quidem cum S. C. nota, in his autem ſolae ſunt. *Vaill*. Col. II. p. 24. 84. et alibi. — Ex *Harduini* vero ſententia, Oper. p. 19. 812. 813. 814. 815. 816. 818. 829. 836 etc. quam *Iobert* Science des Méd. I. p. 169. indicat, explicari poſſint: Δημόσιαι Εὐχαὶ, *Vota Publica*, ſiue Δήμου Εὐχαὶ, *Vota Populi*, vel *Populi Rogatu*; Alii malunt: Δόγματι Ἐπαρχίας, *Decreto Prouinciae*; reiicit vero illas explicationes *Bimard*. ad *Iob*. I. p. 211. 212. — *Patinus* haſce litteras Δ. Ε. ad annorum numerum poſitas perperam arbitratur. *Triſtanus* eaſdem notas ad Imperatorem, et non ad vrbem ſpectare tradit, quas vero *Vaillantius* ad vrbem rectius refert. „Minime, inquit, litterae Δ. Ε. de tribunitia poteſtate Imperatoris intelligi poſſunt; aduerſantur enim numi Auguſtarum et Caeſarum, in quibus eaedem voces occurrunt. Teſtis *Vaillantio* Col. II. p. 71. Herenniae Etruſcillae numus eſt prae ceteris, in quibus circa eius effigiem ΕΡΕΝΝΙΑ ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ legitur, in auerſa vero parte ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ circa ambitum, S. C. in area cum aquila pro typo ſolito. Quis enim haec Δημαρχικῆς Ἐξουσίας verba ad Etruſcillam principem feminam ſpectare eximiſtet? — In Antiochenſium Syriae numis itaque litterae cum S. C. coniunctae ſunt, vt indicaret vrbs, facultatem cudendae pecuniae a Pompeio M ſibi conceſſam, *ſenatus conſulto* fuiſſe confirmatam, illamque etiam plebiſcito laudatam in memoriam Pompeii, qui tribunitiam poteſtatem a Sulla extinctam reſtituerat.

DE praepoſitio ablatiuum adiiciſcens, ob partes aliquot victorias in periſtylio arcus triumphalis vel aliter legitur. Sic ad captas ſubactaſque a Romanis gentes ſpectant inſcriptiones:

DE BRITAN. *al.* integre DE BRITANNIS. Arcus triumphalis, in cuius faſtigio figura Claudii Imp. equeſtris inter duo tropaea e Britannorum armis erecta. *AV.* *AR.* Claudii, qui in Britanniam primus poſt Iul. Caeſarem profectus eſt An. 796. ſine vllo proelio, parte inſulae recepta, ſexto quam profectus erat, menſe Romam rediit, triumphauitque maximo adparatu, et ei arcus in noua regione erectus eſt An. 799. N. *Arſchot.* Tb. 6. n. 12.) *Beger.* Th. Br. II. p. 620.) *Cimel. Vindob.* I. p. 50.) *Eckhel.* Cat. II.) *Guſſeme* II. p. 186. n. 11.) *Harduin.* Oper. p. 719.) *Mdb.* p. 83. 84.) *Morell.* in Claudio Tb. 4. fg. 3. 4. 9. *et* Tb. 5. fgg. 31. 32. 33. 34.) *Patin.* in *Sueton.* ſuo p. 261.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* *AV.* Tb. 4. n. 7. *it.* *AR.* Tb. 14.) *Oiſel.* Num. Sel. Tb. 27. fg. 2. p. 119.) *Vaill.* Pr. II. p. 53. 54.

DE BRITANNIS. S. C. Duo clipei cum vexillo et aliis ſignis militaribus Claudii. *Mdb.* p. 83.

DE CALDAEIS. S. C. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Mas et femina palmae adligati, adiuncto camelo. Æ. Traiani. *Guſſeme* VI. p. 408. n. 51.) *Mdb.* p. 162.

DE GER. *De Germanis* ſcil. ſpolia reportata, quae hic exhibentur arma varii generis, ſcuta duo oblonga decuſſatim poſita, cum quatuor ſpiculis, tubis, cornibus et vexillo militari intermedio, in ſignum victoriae bellicoſiſſimae gentis. *AV.* Domitiani. *Guſſ.* III. p. 80. n. 21.) *Mdb.* p. 132.) *Oiſel.* Tb. 24. fg. 12. p. 109.

— — ſcriptum in ſcuto, quod Victoria ſ. pede galeam calcans, manibus adpendet tropaeo erecto, ſub quo mulier captiua Germaniam referens ſedet gemebunda S. C. Æ 1. Domitiani. *Guſſ.* ib.) *Harduin.* p. 740.) *Mdb.* 133. 135.) *Morell.* Impp. II. in Domit. Tb. 15. fg. 17. p. 415.) Muſ. *Theup.* p. 433. — DE GER. in clipeo adpenſo etc. Æ 1. M. Aurel. *Mdb.* p. 223.) *Vaill.* Pr. I. p. 83.

DE GER. TR. P. II. COS. P. P. Tropaeum, in cuius imo duo captiui ſedent, manibus ad tergum reuinctis, Æ. Commodi. *Vaill.* Pr. I. 101.

DE GERM. vel integre DE GERMANIS in n. Neronis Druſi, Claudii, Domitiani, M. Aurelii aliquorum. *Eckhel.* Cat. II. et alibi.

— — Arcus triumphalis, ſupra quem figura equeſtris in medio duorum tropaeorum. *AV.* *AR.* Druſi Senioris, in cuius honorem erectus eſt arcus ille poſt eius mortem in regione prima. *Sueton.* in Claudio c. 1. Druſus ſupra arcum eques, vt Romam An. 743. ouans ingreſſus erat; hinc et inde tropaeum in memoriam eorum, quae in Germania, vt et trans Rhenum erexerat. *Cimel. Vind.* I. p. 49.) *Guſſeme* III. p. 96. n. 1.) *Mdb.* p. 59. *Oiſel.* Num. Sel. Tb. 25. fg. 3. p. 110.) *Patin.* Theſ.) *Vaill.* Pr. II. p. 45. — *it.* a Domitiano reſtitutus numus.

— — Idem Druſi arcus triumphalis de Germanis in via Appia erectus. *AV.* *AR.* Claudii. *Morell.* in Claud. Tb. 4. fg. 4.) *Vaill.* II. p. 54.

— — in clipeo, quem Victoria arbori adpendet. Æ max. Domitiani. *Morell.* in Domitiano Tb. 13. fg. 1.) *Mdb.* p. 135.

— — Clipei, tubae, vexillum et cetera ſpoliorum de Germanis genera. *AV.* Domitiani. Num. *Arſchot.* Tb. 31. n. 6.) *Mdb.* 132.

— — Tropaeum, ad pedes Captiui duo ſedent. Æ 1. M. Aurel. *Hard.* p. 786.

DE GERM. Congeries armorum. AV. AR. Commodi, qui patre viuente Germanicus dictus eſt, vt M. Aurelius, quem in bello Germanico comitatus erat. *Guſſ.* II. p. 235. n. 25.) *Mdb.* p. 240. 241.) *Vaill.* Pr. II. 183.

— —. IMP. VI. etc. Tropaeum cum duobus captiuis. Æ. M. Aurel. *Geſner* Tb. 110. n. 44.) *Mdb.* 223.) *Muſell.* Imp. Tb. 121. fg. 6.) *Vicus* Tb. 39. n. 68.

— — IMP. VIII. etc. Idem tropaei typus: adſiſtentibus humi duobus captiuis. AR. Æ 2. M. Aurel. *Angelon.* p. 194. n. 30.) N. *Arſchot.* Tb. 47. n. 12.) *Eckhel.* Cat. II.) *Geſner.* Tb. 110. n. 45.) *Harduin.* p. 786.) *Mdb.* 225. 226.) *Muſell.* l. c. fg. 7.) *Oiſel.* Tb. 25. fg. 6. p. 111.) *Vicus* Tb. 39. n. 69.

— — TR. P. II. COS. P. P. S. C. Tropaeum. Æ 1. 2. Commodi. *Eckb.* Cat. II.) *Mdb.* 242.) *Vaill.* Pr. I. 101.

— — TR. P. XXXI. IMP. VIII. COS. III. P. P. Congeries armorum Germanicorum. AV. AR. M. Aurelii, qui cum in trib. pot. XXX. die 22. decembris anni 929. de Germanis et Sarmatis triumphaſſet, illi anno ſequente cum earum gentium armorum congerie tanquam tropaeo, in victoriae memoriam percuſſi ſunt. *Eckhel.* Cat. II.) *Mdb.* 225. 226.) *Vaill.* Pr. II. 171.

DE GERM. VOTA SVSCEPTA n. Seueri. *Eckhel.* Cat.

VICTORIA DE GERM. S. P. Q. R. Pegaſus. Æ. Rrr. Caligulae. Halliſche wöchentl. Anzeigen 1739. n. 7. 10.) *Schulz.* MzCab. II. p. 17.

DE GERMAN*is*. Duo ſcuta transuerſim poſita. AR. Druſi Sen. *Harduin.* p. 701.

DE GERMANIS. Duo ſcuta per transuerſum, labaro medio, cum aliis militaribus inſtrumentis. AR. Auguſti. N. *Arſchot.* Tb. 10. n. 11.) *Mdb.* p. 38.) *Guſſeme* I. p. 318. n. 93.

— — Arcus triumphalis, ſupra quem figura equeſtris d. elata pacificatoris habitu, inter duo tropaea. AV. AR. Druſi Sen M, *Arſchot.* Tb. 17. n. 19.) *Guſſeme* III. p. 97. n. 2.) *Mdb.* 59.) *Vaill.* Pr. II. p. 45.) *Oiſel.* Tb. 25. fg. 2. p. 110.

ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Figura, forte Apollinis, muliebri veſtitu ſedens, d. ſagittam, ſ. cornucopiae; ſellae figura quaſi ſphingem refert; inferius mon. [67] AR 1. *Eckhel.* Cat. n. 4.) *Froelich.* Tb. 9. fg. 5. — 13. Caput regis idem, retro aſtrum.)(*Ead. epigr.* Iupiter ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam. AR 3. *Eckhel.* Cat. n. 5. — 14. Caput regis diadem.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΤΥΡΙΩΝ. ΗΞΡ. *Tyriorum, Anno* 168. Nauis, infra quam litterae Phoeniciae. Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 13.) *Froelich.* Tb. 10. fg. 6.) M. *Theup.* p. 1231.) *Vaill.* Seleuc. — 15. Caput Iouis laur. ac barb.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. ΗΞΡ. *An.* 168. Pallas, ſeu Victoria alata et galeata ſtans, d. victoriolam, ſ. haſtam et ſcutum; in area ΣΙ. Æ 2. *Froelich.* ib. p. 71. n. 1.) *Guſſeme* III. p. 30. n. 1.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 7. fg. 2. p. 73. — 16. *Al.* ſimilis praecedenti, ſed abſque epocha. Æ 1. M. *Theup.* p. 1232. — 17. Caput Apollinis muliebri ferme capitis ornatu.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΗΞΡ. *An.* 168. Cornucopiae, in area Η. et inferius Ξ. Æ. 3. *Froelich.* Tb. 10. fg. 8.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 7. fg. 6. p. 79.) Similis AR. cum aliis in area litteris, ſeu ſiglis, a *Nonnio* p. 201. ad *Golz.* Graec. vet. Tb. 38. fg. 10. male Demetrio Macedoniae regi, Antigoni Gonatae filio tribuitur. Eodem anno eiuſdem vtique Demetrii II. Syriae regis numiſmata, alia nullis, pluribus alia, alia paucioribus titulis inſcripta. Fruſtra igitur ſunt, qui e ſola hac titulorum varietate numiſmata diuerſis tribuenda regibus contendunt. Conf. *Froelich.* Prolegom. Annal. Syr. P. IV. c 1 et 2. — 18. Caput diadematum regis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. ΗΞΡ. *An.* 168. Apollo nudus ſedens, d. ſagittam, ſ. arcum. AR 1. *Froelich.* Tb. 10. fg. 9. — 19. Caput Apollinis laur.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. ΗΞΡ. *An.* 168. Tripus ſtans. Æ 3. *Froelich.* ib. p. 71. n. 10.) M. *Theup.* p. 1231. — 20. *Al.* ſimilis, ſed ſine epocha. *Froelich.* ib.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 6. fg. 10. p. 72. — 21. *Alius*, ſed cum epocha eroſa... ΞΡ. in area Ω. *Eckh.* Cat. n. 10. — 22. *Simile* caput.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. Tripus ſtans Æ 3. *Froel.* ib. n. 11.) M. *Theup.* p. 1231. — 23. 24. Caput Apollinis laureatum et comatum cincinnis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Tripus ſtans. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 11. 12.) *Froelich.* Tb. 10. fg. 12.) *Haym.* Th. Br. Tb. 6. fg. 9. p. 72. — 25. *Simile* caput laur.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Tripus ſtans, in area littera Α. Æ 3. *Froelich.* n. 13.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 6. fg. 8. p. 71. — 26. Caput muliebre ornatu decorum:)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Forceps, inſolitus typus, ſi aliorum Graecorum et Latinorum numorum ſymbola ſimilia conſulamus, aut Vulcani cultum, aut aliquid ad monetae fabricam ſpectans indicat. Æ 3. *Froelich.* fg. 14. — 27. Caput muliebre peregrino ornatu, forte Cleopatrae vxoris.)(*Ead. epigr.* Tripus ſtans. Æ 3. *Froelich.* n. 15. — 28. *Alius* ſimilis, ſed ornatu capitis diuerſo. Æ 3. *Froelich.* n. 16.) *Haym.* Th. Br. — 29. Caput imberbe faſcia obuolutum, dependentibus cincinnis.)(*Ead. epigr.* Figura virili veſtitu ſtans, d. facem longam, ſ.... Æ 3. *Froelich.* n. 17.) M. *Theup.* p. 1231. — 30. Caput Demetrii diadematum.)(*Ead. inſcr.* Ancora. Æ 3. *Froelich.* ib. fg 18. p. 73.) *Spanhem.* Pr.) *Vaill.* Seleuc.) M. *Theup.* p. 1232. — 31. Caput ſimile.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Ancora inuerſa. Æ 3. *Froelich.* fg. 19.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 6. fg. 7. p. 70.) M. *Theup.* p. 1232. — 32. Idem regis caput diad.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΣΙΔΩΝΙΩΝ. ΘΞΡ. *Sidoniorum. An.* 169. Aquila ſtans cum ramo palmae, po-

e acroſtolium, in area mon. [A] x A et Π. Æ 1. *Froelich.* fg. 29.) M. *Theup.* p. 1232. — 33. Caput ſimile.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΞΡ. ΤΥΡίων. *An.* 169. *Tyriorum.* Vterque numus egregie nos docet, Phoeniciam huic Demetrio, non Antiocho, tunc ſubiectam fuiſſe. Aquila cum ramo prorae nauis inſiſtit. Æ 1. *Froelich.* p. 73. n. 21.) M. *Theup.* p. 1232. — 34. Idem regis caput diad.)(ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΙΔΩνίων. ΟΡ. *Sidoniorum,* *An.* 170. Aquila cum ramo, in area acroſtolium. Æ 3. *Froelich.* p. 75. n. 22.) *Vaill.* Seleuc. — 35. Simile caput Demetrii.)(ΒΑ. ΔΗ. id eſt, Βασιλέως Δημητρίου, *Regis Demetrii.* Figura longo veſtitu ſtans, capite tutulato, d. extenſa, ſ. baculum cruce armatum, ſeu Nilometrum geſtat; forte Iſidos figura. Æ . *Froelich.* Tb. 10. fg. 23.) *Vaill.* Seleuc. — 36. Simile caput, et auerſae partis figura, ſed naui inſiſtens. Inſcriptio Phoeniciis, aut aliis litteris incognitis inſerta. Æ 3. *Froelich.* fg. 24.) *Vaill.* ib. — 37. Caput Demetrii diadematum, in area A.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Figura forte Aſtartes, ſeu Veneris coeleſtis ſtolata ſtans, capite corona radita et floribus ornato, infulis quoque dependentibus, d. thyrſum, ſ. pomum, vel globum tenet; ad pedes vtrimque exporriguntur quaſi bacilli modice incurui; prope caput in area ſummi vtrimque aſtrum. Æ. 246. d. *Froelich.* fg. 25.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 7. fg. 5. p. 75 ſq. — 38. Idem caput regis diad.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Apollo nudus ſtans, d. ſagittam, ſ. arcum. Æ 3. *Froelich.* p. 77. n. 26.) M. *Theup.* p. 1232. — 39. 40. Caput Iouis laureatum et barbatum.)(*Ead.* *Inſcr.* Apollo nudus cortinae inſidens, d. ſagittam, ſ. arcum, in area infima mon. [62] et M* Æ 2. 3. *Froelich.* Tb. 10. fg. 27. — 41. *Al.* ſimilis, ſed cum aliis ſignis. Æ . *Froelich.* p. 77. n. 27. — 42. *Al.* ſimilis, ſed ſine monogrammate, aut alia nota. Æ 2. *Froelich.* ib.) *Haym.* Th. Br.) M. *Theup.* — 43. Caput Demetrii laureatum.)(ΔΗΜΗΤΡίου ΒΑΣΙΛΕως, *Demetrii Regis.* Palma arbor. Æ 3. *Froelich.* p. 77. n. 29.) M. *Theup.* p. 1232. — 44. Caput idem laur.)(Inſcriptio incerta, praeter ΑΟΡ. *An.* 171. Aquila ſtans cum ramo. Æ 1. *Froelich.* ib. n. 28.) *Wilde* Sel. Num. — 45. Caput Demetrii diadem.)(ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ ΒΟΡ. *Demetrii Regis. Tyri Sacrae Et Aſylo gaudentis, Anno* 172. Aquila inſiſtens prorae nauis cum ramo, in area claua et mon. [53] Æ. 194. pd. *Guſſeme* n. 4.) M. *Pembrok.* II. Tb. 62. fg. 2.) *Harduin.* Oper. ſed auerſae figura non memoratur.) *Froelich.* ib. n. 30. cui hic primus videtur Tyriorum numus, qui titulos vrbis ſacrae et Aſyli offerat. Demetrius forte fideles ſibi Phoenicios priuilegiis, aliiſque gratiis ornauit. — 46. *Al.* cum epocha ΓΟΡ. *An.* 173. indicatur in chronologia Vet. Teſt. ab *Harduino.* — 47. Caput Demetrii diadematum imberbe)(ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΙΔΩνίων. ΔΟΡ. *Sidoniorum, An.* 174. Aquila ſtans cum ramo, in area hinc ramus alter, inde monogramma. Æ. 1. *Vaill.* Seleuc. p. 289.) *Froelich.* Annal. Syr. p. 79. n. 32.) *Haym.* Theſ. Br. I. p. 85. Hic et praecedens numus Demetrii iam capti memoriae et honoribus a fidelibus Phoeniciis ſignati ſunt, non inuitis Cleopatra et Antiocho VII. — 48. Caput Demetrii barbatum et diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. ΠΡ. *An.* 180. niſi ante Π alia defuit littera Iupiter ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam, in area monogrammata. Æ 1. *Froelich.* p. 83. n. 33.) *Haym.* Th. Br. I. p. 85.) *Vaill.* Seleuc. p. 308) *Hanthaler.* proem. Tb. 1. fg. 6. p. 27.) *Spanh.* Pr. I. p. 408.) *Golz.* Graec. Vet. Tb. 36. fg. 3. ſed. Macedoniae regi. *Demetrio Poliorceti* perquam infeliciter attri-

buit

buit. — 49. Caput Demetrii imberbe diadematum. Alii monetarii vultum Demetrii barbatum, vti tum erat, alii imberbem numis conſignabant; iſti fortaſſe veteribus typariis vſi ſunt, aut parſimoniae cauſa, aut quod barbae ſqualorem, et captiuitatis memoriam in aere perennare nollent.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑΣΥ. ΑΠΡ. *Tyri Sacrae*, *Aſylo gaudentis*, *Anno* 181. Triremis. Æ 2 vel 3. *Froelich.* ib. n. 34.) M. *Theup.* p. 1233. — 50. Caput Demetrii diadematum, vultu barbato, in memoriam ſuae ab exſilio liberationis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Iupiter ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. AR 1. *Froelich.* p. 85. n. 35.) *Geſner.* Reg. Num.) M. *Theup.* — 51. *Al.* ſimilis, ſed in area mon. [341 et 413] AR. 231. pd. M. *Pembrok.* II. Tb. 62. fg. 8. ad Demetrium reducem refert; *Froelichius* vero l. c. cenſet, defectu epochae definiri non poſſe, vtrum numiſmata haec captiui adhuc tum regis Demetrii, an iam in regnum reducis honoribus percuſſa ſint; ad medium igitur quoddam tempus eadem referenda duxit. — 52. *Al.* ſimilis, in area monogrammata prioribus ſimilia, ſed AV 3. *Beger.* Th. Br.) *Froel.* ib. — 53. *Al.* ſimilis, ſed monogramma inferius poſitum non ſatis diſcernitur. AR 3. *Froelich.* ib. — 54. *Al.* ſimilis, ſed in area ƶ et Δ. Æ 3. *Froel.* ib. n. 37.) *Vaill.* Seleuc. — 55. Caput Demetrii diadematum, vultu barbato.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Apollo nudus ſt. d. ſagittam, ſ. arcum. Æ 3. *Froelich.* Tb. 10. fg. 38.) M. *Theup.*) *Vaill.* ib. — 56. Caput diadematum imberbe.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑΣΥ. ΓΠΡ. *Tyri Sacrae*, *Aſyli*, *Anno* 183. Aquila. AR. 1. *Froelich.* p. 85. n. 39) *Guſſeme* n. 3. — 57. Caput Demetrii diadem. vultu barbato, totum intra lauream.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. ΔΠΡ. *Anno* 184. Iupiter ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam; in area ƶ et Δ. AR 1. *Froelich.* Tb 10. fg. 40. *Guſſeme* n. 5.) M. *Theup.* 1232.) *Vaill.* Seleuc. — 58. Caput Demetrii, barba in cuſpidem coeunte.)(*Eadem inſcriptio*, et epocha ΔΠΡ. *An.* 184. Apollo nudus ſtans, d. ſagittam, ſ. arcum. Æ 3. *Froelich.* p. 87. n. 41.) M. *Theup.* 1233. — 59. Caput huius regis diadematum, vultu imberbi. Ea varietas aut monetariorum negligentiae, aut ipſius Demetrii voluntati adſcribenda eſt, qui poſt reditum e captiuitate in quibuſdam numiſmatibus barbato, in aliis imberbi vultu comparet.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΔΠΡ. *An.* 184. Cornucopiae, in area monogramma. AR 1. *Froelich.* Tb. 10. fg. 42. *Golz.* Graec. Tb. 38. fg. 10. ſed Demetrio Macedoniae regi hoc numiſma attribuit male, quod epocha demonſtrat. — 60. Caput Demetrii barbatum et diadematum.)(ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΡ. *An.* 185. Aquila fulmini inſiſtens; intra eius pedes Μ. in area mon. [256 et 341] AR. 1. *Vaill.* Seleuc.) *Froelich.* p. 89. n. 43. τὸ Μ. legi poteſt *Marathoniorum*; nam huius Phoeniciae vrbis ciues Demetrio huic perpetuo fideles manſiſſe teſtatur *Pompon. Mela* L. I. c. 12. — 61. Caput Demetrii imberbe diadematum.)(ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑΣΥ. ΕΠΡ. *Tyri Sacrae*, *Aſylo gaudentis*, *Anno* 185. Aquila cum palmae ramo inſiſtens roſtro nauis, claua in area, ſupra quam Tyri monogramma. AR 1. *Froelich.* Tb. 10. fg. 44.) *Vaill.* ib. — 62. Caput Demetrii barbatum et diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Vir nudus, cui e tutulato capite amiculum defluit, d. ſertum, ſ. poculum gerens, pharetra a tergo armatus, inſiſtit tergo animalis quadrupedis forma incerta, cauda canina, ad cuius occiput imo ad collum cornu recuruum prominet; in area duo monogrammata. AR 3. *Froelich.* ib. fg. 45.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 8. fg. 2. p. 88. qui Sar-

Sardanapalum hac figura repraeſentatum opinatur; quid ſi Hercules ſit? *Vaill.* Seleuc. p. 314. — 63. *Al.* ſed vultu imberbi.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΥΡ. (in monogrammate ſupra clauam) ΙΕΡΑ ΑΣΥ. ς̄ΠΡ. *Tyri Sacrae, Aſylo gaudentis, Anno* 186. Aquila temoni inſiſtens, infra ΜΛ. Ꜳ 1. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 214. n. 14.) *Froelich.* p. 89. n. 46.) *Vaillant.* Seleuc. — 64. *Al.* Tyri ſignatus, ſed cum epocha ζΠΡ. *Anno* 187. Ꜳ 1. *Froelich.* ib. n. 47.) *Liebe* Goth. Num. — 65. Caput Demetrii diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. Spica, in area monogramma, et X. Ꜳ 3. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 15. fg. 7. p. 278. Cum alia criteria deſint, ſola oris lineamenta perſuadent, ineditum hunc numum Demetrio II. adſcribendum. — 66. vid. *Aradus* n. 47.

Demetrius III. *Philometor Euergetes Callinicus*, rex Syriae, Antiochi VIII. Epiphanis et Tryphaenae quartus ex numero filius, inſtigante Lathuro, fratribus opem laturus contra Antiochum X. e Cnido vrbe aduenit, an. 221. aer. Seleuc. ante Chr. 92. in parte Syriae ſeu Damaſci regnauit per annos quatuor. Vulgo dictus *Eucaerus, Tempeſtiuus*, aut ab aliis dicacibus *Acaerus, Intempeſtiuus*, dicebatur. In numis vero titulis ornatus ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ, *Philometoros*, ſeu matrem amantis, *Euergetis*, ſiue Benefici, et *Callinici*, ſiue praeclari victoris; in aliis tantum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, omiſſa ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ adpellatione. *Spanhem.* Pr. I. p. 414. Et quidem vocatus eſt ΦΙΛΟΜΗΤΩΡ ob ſummam erga matrem pietatem; ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ, vt ſibi populorum beneuolentiam conciliaret; ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ, ob victorias tum contra Antiochum Euſeben cum fratre Philippo, tum contra Alexandrum, Iudaeorum regem, relatas. — Vultu modeſte barbato et cum diademate effigiatus eſt. — Eximiae raritatis ſunt Demetrii hoc nomine III. numi, neque aliud huius regis numiſma *Vaillantius* inſpexit, quam cum fulminis typo in auerſa parte. Nec *Vaillantio*, nec *Haymio*, nec alteri cuiquam antiquariorum, quos excuſſerit *Froelichius*, vſquam occurrit ſingularis numulus 1. cum capite Demetrii diademato et barbato.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. Mulier ſtolata ſtans, dextram fulcit temone, ſeu id ancora eſt, ſ. cornucopiae. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 218. n. 1.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 15. fg. 1. p. 111.) *Golz.* ſed cum *Philometoris* et *Euergetis*, non vero *Callinici* adpellatione. *Spanh.* I. p. 415 ſq. — 2. Simile caput Demetrii lanugine ornatum et diadem.)(*Eadem inſcriptio.* Fulmen Seleuciae ſymbolum coronatum ſellae vel arae impoſitum. Æ 3. *Beger.* Th. Br.) *Froelich.* ib. fg. 2.) *Guſſeme* III. p. 30 n. 1.) M. *Theup.* p. 1239.) *Vaill.* Seleuc. — 3. Caput diadematum cum modica barba; in area ΑΚ. *Anno* 21.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΙΔΩΝΙΩΝ, *Regis Demetrii Sidoniorum.* Nauis remis inſtructa, pone litterae Phoeniciae. Æ 2 vel 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 15. fg. 3. p. 111.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 10. fg. 2.) *Noriſ.* Epoch. diſſ. IV. §. 1.) *Maſſon.* apud *Haym.* I. p. 100. merito hunc numum Demetrio III. adiudicat, etſi reliqui huius regis tituli non ſint inſculpti. Nam hic ex parte capitis notati characteres haud dubie annum nouae Sidoniorum aerae viceſimum primum ſignificant, quae quoniam coepit anno Seleucidarum 202. annus iſte 21 Sidoniorum reſpondet anno Seleucidarum viceſimo ſecundo ſupra ducenteſimum. Singulare quoddam beneficium in Sidonios contuliſſe videtur Demetrius, quod eius vultu hoc tempore numum ſignauerit. Huius numi imago, modulus et metalli genus in *Haymii* libro deſiderantur, ſed in *Relandi* Palaeſtina habentur.

De-

Demetrius nomen magiſtratus; Sic in numis a) *Apollonidis* Ioniae: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΔΗΔΗΤΡΙΟΥ, *Sub Archonte Demetrio*; *al.* ΕΠΙ Τ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. *Sub Tito Demetrio Archonte Iterum*; *al.* ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΠΕΛΛΑ Β. *Sub Praetore Demetrio Apella Iterum.* vid. *Apollinis.* — b) *Byzantii* Thraciae: ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, *Sub Demetrio.* v. *Byzantium.* — c) *Cadorum* Myſiae: ΕΠΙ Μ. Ι. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. *al.* ΕΠΙ ΑΥΡ. ΡΟΥΦΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, *Sub Aurelio Rufo Demetrio.* v. *Cadi.*

Demoſthenes archon Ancyrae in Phrygia, cuius nomen legitur in Æ. M. Aurelii: ΕΠΙ Λ. ΚΛΩ. ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΑΡΧ. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. *Sub Lucio Clodio Demoſthene Archonte Ancyranorum.* *Haym.* Th. Br. II. Tb. 35. n. 4. p. 286.

Demtionis litterae ſpecimen offerunt priſca illa NASIDIV. deſiderata littera S. — CAPTV. pro *Captum.* — PREIVERNV. pro *Priuernum.* — In medio autem vocabulo SVLA loco *Sulla*; CRASVS pro Craſſus; item PILIPVS, vnico P medio, cum alias duplici ſcribatur PILIPPVS vel PHILIPPVS. De adſpiratione H omiſſa, v. H.

DEN. *Dentatus*, cognomen. L. S. DEN. *Lucius Sicinius Dentatus.*

Denarius moneta Romana celeberrima ex argento, ſic dicta ab initio, quod decem aſſibus conſtaret, vnde et *decuſſis* nomen habuit. Si adiectiue nomen accipias et ſubaudias numus, *δηνᾶς* a *denus* formatur; at ſi ſubſtantiuum credas, compoſitum eſt ex *denus* et *aes*, aeris, quatenus hoc idem, quod as fuit. Bene proinde *Varro* de L. L. Lib. IV. c. 3. „*Denarii*, quod denos aeris valebant; ſed eo ineptius *Iſidorus* L. XVI. c. 24.„ *Denarius* a dando dictus, quia pro decem numis imputatur. — *Vitruuius* L. III. c. 1. rem ſic teſtatur: „Noſtri primo decem fecerunt antiquum numerum, et in denario decem aereos aſſes conſtituerunt, et ea re compoſitio numi ad hodiernum diem denarii nomen retinet. *Plinius* etiam L. III. c. 3. „Placuit denarius pro decem libris aeris. — Sub primum bellum Punicum ob inopiam reip. aſſibus duarum vnciarum percuſſis, denarius non amplius decem aſſes, ſed ſexdecim habuit. Vnde *Vitruu.* l. c. „Poſtea quoniam animaduerterunt vtroſque numeros eſſe perfectos, et ſex et decem, vtroſque in vnum coniecerunt et fecerunt perfectiſſimum Decuſſiſexis; et *Plin.* l. c. „placuitque denarium ſexdecim aſſibus permutari, — Denique ſub Auguſto denarius a ſexdecim aſſibus ad duodecim redactus eſt. Verum in hiſce mutationibus manſit ſemper idem pretium, quod fuit *drachmae Atticae* reſpondens, vt *Budaeus* cenſet et *Plinius* L. XXI. c. 34. diſerte tradit: „Drachma Attica argentei denarii habet pondus. Idem etiam ex aliis ſcriptoribus colligitur, qui haec duo, denarium et drachmam pro eodem ſumunt. Sic vbi *Tacitus* L. I. ait, milites tumultuantes poſtulaſſe *denarium diurnum*; *Dio* de re eadem loquens ponit *drachmam* diurnam, et *Zonaras* pro ſeptuaginta quinque denariis ponit ſeptuaginta quinque drachmas. Conf. *Raper.* diſſ. de valore monetar. Graec. et Rom. veter. inſerta Vol. LXI. P. II. p. 462 ſq. Philoſoph. Transact. — Primis temporibus, quibus denarii percuſſi ſunt, in iis frequens Romae caput galeatum, et Dioſcuri decurrentes in auerſa parte, vel Iupiter; dein multis modis variarunt typi ex arbitrio magiſtratuum et tandem triumuirorum. Tunc moris erat in auerſo denariorum latere bigas aut quadrigas ſignare, vnde illi *Bigati* aut *Quadrigati* ſunt adpellati, vt numi, in quibus Victoria depingebatur, *Victoriati* erant dicti, qui et *Quinarii*; Quinarius enim dimidius eſt denarius. Quarta pars denarii dicitur *Seſtertius*, quaſi numus ſemis tertius, qui duos aſſes cum ſemiſſe valebat. — *Nota denarii* vel X vel ✱. Illa nota X occurrit in numis

numis gentis Aeliae, Aemiliae, Afraniae, Anniae, Anteſtiae, Aquiliae, Atiliae, Aureliae, Baebiae, Caeciliae, Calpurniae, Caruiliae, Cipiae; Claudiae, Coeliae, Corneliae, Coſconiae, Cupienniae, Curiatiae, Curtiae, Didiae, Domitiae, Duilliae, Fabiae, Fanniae, Flaminiae, Fuluiae, Furiae, Gelliae, Herenniae, Horatiae, Hortenſiae, Itiae, Iuniae, Ogulniae, Opeimiae, Papiriae, Pinariae, Plautiae, Pompeiae, Pomponiae, Porciae, Poſtumiae, Quinctiae, Reniae, Saufeiae, Scriboniae, Semproniae, Sergiae, Seruiliae, Sextiae, Spuriliae, Sulpiciae, Terentiae, Treboniae, Tulliae, Valeriae et Veturiae. *Aſteriſci* ✱ vero ſignum ſuis denariis impreſſis gens Aburia, Acilia, Aemilia, Annia, Antonia, Atilia, Aurelia, Caecilia, Calidia, Calpurnia, Caruilia, Caſſia, Claudia, Cornelia, Didia, Domitia. Duilia, Fabia, Fonteia, Fuluia, Hortenſia, Iulia, Opeimia, Papiria, Poblicia, Pompeia, Porcia, Poſtumia, Quinctia, Seruilia, Silia, Sulpicia, Tullia, Valeria, Varguhteia, aliaeque. — Saepe denarii mentio eſt etiam in ſacris, vbi dicitur diurna merces fuiſſe operarii. *Salmaſius* recte obſeruat, numum hunc Romanum, cuius et in ſacris tabulis *Matth.* XVIII, 28. XX, 2. XXII, 19. *Marc.* VI, 37. XIV, 3. *Luc.* VII, 41. *Ioa.* VI, 7. XII, 5. *Apoc.* VI, 6. fit mentio, a didrachmis *Matth.* XVII, 24. probe diſtinguendum eſſe. — *Harduinus* Oper. Sel. p. 629. refert, Tiberium eiuſmodi denarios cum vultu ſuo cudendos curaſſe, vt a Iudaeis in ſingula capita vnus horum ſolueretur.

De *denariis* praeter alios fuſius egit *Hauercamp.* ad *Morell.* Theſ. Famil. Roman. vbi *denarius* quidam duplo maior et ponderoſior vulgaribus. p. 465. — *denarii* ex argento publico quando ſignari incepti. p. 383. — poſt cannenſem cladem, ob argenti penuriam, adulterari coepti. p. 412. — pretium bello Punico II. ad ſedecim aſſes auctum, eiuſque exemplum. p. 202. — manſit pretium nouum, nomen vetus. *ibid.* — quales pro X. notam XVI. habeant. p. 38. 39. 419. — valoris eorundem permutatio. p. 39. — quando cuſi. p. 429. — quinam primi ex argento Romae ſignati ſint. p. 171. — quo typus denariorum ſimplicior eſt, eo vetuſtiores; quo operoſior, recentiores. p. 406. — quot e libra argenti ſignarentur. p. 265. — Conſulendi ſunt *Wachter.* Archaeolog. Num. c. 10. p. 126 ſqq.) *Iohn Greaves* diſcourſe of the Romane Foot and *Denarius* etc. London 1647. 8.) Litterae de re numaria, in oppoſition to the common opinion, that the *Denarii* Romani were never larger than ſeven in an Ounce etc. 1729. 8.) *Matth. Hoſti* Hiſtor. rei numar. L. II. c. 6. de denario, in collect. *Rechenberg.* p. 146 ſq.

Denariorum typaria etiam auro feriundo a monetariis ſemper adhibita fuiſſe, atque adeo cuiuſuis aurei vel argentei, qui hactenus ſunt vnici, quaſi fratres diuerſi metalli complures poſteris noſtris eruendos ſupereſſe, paene certum eſt, vt cenſet *Khell.* Suppl. p. 1.

Denarius centeſimus et ducenteſimus an in numis reperiatur? *Woltereck.* El. Num. p. 338. 348.

Denarii Romani ſub aedilibus curulibus cuſi. *Vaill.* Col. Num. I. p. 71.

Dentes apri, deſuper venabulum cum epigr. ΑΙΤΩΛΩΝ. Æ 3. Aetolorum. *Beger.* Th. Br. I. p. 464.) *Schulz.* Numoph. I. p. 20.

Dentes apri Calydonii, inuſitatae magnitudinis, dimidiam enim venam longitudine adaequabant, Calydone ſeruati ad Auguſti vſque tempora, qui illos Romam tranſtulit, quorum alter in forum Augu-

ſti collocabatur, alter in Bacchi templum in hortos imperatorios. *Beger.* l. c. p. 467. *et* eiuſd. obſeruatt. in numiſm. quaedam antiqua p. 1 ſq.) *Nonn.* Comment. in *Golz.* Graec. p. 27. ſq.

Denticulata ora in numis quibuſdam Syriae regum aereis, in quibus ornatus cauſa ambitus ſic effictus magis quam neceſſitatis, quod et argenteis numis accidit, circa quos monetariorum malities eo vſque proceſſit, vt et formas monetae imitarentur, refuſumque denuo aes lamina argentea incruſtatum ſat ſcite ſignarent. Cuius generis numiſmata *pelliculata* dicta ſunt, Gallis *fourrées.*

DEO AESC. SVB. in numis Parii Myſiae cum litteris ſolitis C. G. I. H. P. *Colonia Gemella Iulia Hadriana Pariana* apud *Belley* Mem. des Inſcr. T. XXV. p. 94. et *Pellerin.* Addit. aux neuf Vol. p. 29. Vna parte caput eſt Commodi, altera figura ſedens imberbi et nudo capite, qui bouis ante ſe ſtantis pedem dextrum manibus tenet velut exploraturus. *Belleius* interpretatur inſcriptionem: DEO AESC*ulapio* SVB*uenienti*; *Pellerinius*: DEO AESC*ulapio* SVB*urbano*. Vterque pro certo habet exhiberi Aeſculapium, ſed adhuc iuuenem et prima ſcientiae ſalutaris pericula facientem cum animalibus aegrotantibus; nullius vero auctoris fidem protulerunt, ſtatuam aliquam, ſiue templum, in vrbe Pario extitiſſe deo illi conſecratum, aut eius cultum ibidem viguiſſe *Neumanno* Pop. Num. II. p. 23. in eo ſcrupulus haeret, an non alius hic lateat Aeſculapius, quam celebris ille Apollinis filius; qui fere ſemper alias bene barbatus laureatuſque comparet, neque in nullo alio monumento veteri eo habitu et boue comite cernitur, vt in numo illo Parii. Ecquis autem fuerit ille alius Aeſculapius? Forte is, cuius meminit *Athenagoras* in Legatione pro chriſtianis. Ait nempe: Alexandriam Troadem habuiſſe iconem Neryllini, Parium vero Protei et Alexandri (Paridis) ac huius quidem in foro ſepulcrum et ſimulacrum fuiſſe. Mox ſubdit, credi eos conſulentibus aegrotis reſponſa dare, et ferre opem, Alexandri vero ſtatuae ſacrificari publice, et feſta peragi *tanquam exaudienti deo* c. 23. p. 107. edit. Oxon. Praeſtantiſſimus hic locus haud vanam coniecturam ſufficit, Parianos popularem ſuum Alexandrum Paridem, aegrotantibus propitiam et ſubuenientem deum, velut domeſticum Aeſculapium habuiſſe, eoque nomine condecoraſſe. Vnde nec mirum, ſi ei dedicauerint numos inſcriptos: DEO AESC*ulapio* SVB*uenienti*, quae inſcriptio *Athenagorae* verba ὡς ἐπηκόῳ θεῷ ad verbum interpretatur. Simili modo Antinoum, Hadriani delicias, et ſui ciues Bithyni, et alii populi Apollinem, Bacchum, Mercurium, Serapidem in numis ac inſcriptionibus vocarunt et exhibuerunt. Quid quod ſedentis numinis aetas iuuenilis formoſo Paridi multo aptius competat, quam Aeſculapio? Phliunti quidem et Sicyoni, Achaiae vrbibus, imberbem placuiſſe nouimus. Sed hoc ipſum, quia admodum inſolens, accurate a *Pauſania* notatum.

DEO AVGVSTO. Statua Auguſti, qui Iouis ritu ſedet, ſ. haſtam, d. victoriolam, capite radiato.)(C. V. T. T. *Colonia Victrix Togata Tarraco.* AETERNITATIS AVGVSTAE. Templum faſtigiatum octo columnarum. Æ 1. Tarraconenſes, qui viuo Auguſto, atque apud eos, vtpote homine, aegrotante, mortuum eundem, non velut immortalitatem coluerunt. Non igitur illi vt DIVO, ſed vt DEO, Graeca adulatione, ſicuti recte obſeruat *Vaill.* Col. I. p. 66. Statuam erexerunt, quam poſuerunt in templo magnificentiſſimo, vt ſtructura eiuſdem in numo euincit, aeternitati eius conſecrato.

Golz. in Aug. Tb. 80. ſgg. 1. 7.) *Hautbaler.* Exerc. VI. Tb. 1. ſg. 9. p. 97.) *Harduin.* Oper. p. 704.) *Morell.* in Aug. Tb. 27. ſgg. 3. 4. p. 356.) *Aen. Vicus* inter Arg. Aug. n. 36.) *Ant. Auguſtin.* Dial. VII.

DEO AVGVSTO. Statua Auguſti ſedentis ritu, radiato capite, d. pateram, ſ. haſtam. AV. Auguſti. *Morell.* in Aug. Tb. 57. ſg. 8. p. 472. vid. AETERNITATIS AVGVSTAE CVST.

— — Caput Auguſti laureatum.)(GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laur. AV. Gallieni. *Band.* I. p. 152. 187.) *Guſſ.* III. p. 304. n. 41.) *Harduin.* Oper. p. 848.) *Mdb.* p. 372.) *Morell.* Specim. Tb. 6. p. 75 ſq.) *Vaill.* Pr. II. p. 352. Principes Romani inter diuos relati a Gallieno reſtituti ſunt plerique, in quorum numis ex vna parte cernitur eorum effigies cum epigraphe, nimirum circa effigiem Auguſti legitur DIVO AVGVSTO; ex altera vero parte viſitur modo ara ignita, modo aquila, conſecrationis ſymbolum, cum epigr. CONSECRATIO; et ita ſe habent omnes numi argentei Impp. Romanorum a Gallieno reſtituti. Verum in hoc numo aureo Auguſtum vt imperii fundatorem ad aliorum diſtinctionem cum effigie ſuo Gallienus coniunxit, et epigraphe DEO AVGVSTO donauit; inſolens quidem et veſana *Dei* pro *Diui* adpellatio. — *Seruius* inter *Deos* et *Diuos* ita diſtinguit, vt *Dii* dicantur aeterni, *Diui* autem, qui ex hominibus fiunt, qua ratione templum et Iulii et Auguſti Romae apud *Dionem* Ἡρῷον dictum eſt, Ἡρῷον autem vere erat fanum Heroi conſtructum, vnde *Diui* titulo illi Romanorum principes poſt mortem decorati ſunt, qui in vita praeclarum aliquid in republica fecerant. Poſtea tamen creſcente in dies adulatione, plerique ne viui quidem id honoris adſpernati ſunt, immo *Dei* adpellationem ambierunt, vt de Domitiano ſcribit *Eutropius*, qui ſe *Dominum* et *Deum* primus adpellari iuſſit, ſed poſt mortem nec *Diuus* adpellari meruit.

DEO CABIRO. Cabirus deus cum pileo, alte cinctus ſtans, d. malleum, ſ. forcipem. Æ 3. Rrr. Claudii Gothici. *Band.* I. p. 340.) *Vaill.* Pr. I. p. 206.

DEO ET DOMINO CARO. Solis radiati ad humeros cum paludamento, et Cari radiati ad pectus cum lorica capita aduerſa. Æ 3. Cari, qui adhuc ſuperſtes *Dei* nomine coli voluit et adpellari, quod docent eiuſdem aetatis poetae; a quibus adhuc imperans Deus eſt ſubinde honoratus. *Band.* I. p. 504.) *Harduin.* Oper. p. 876. pariter

DEO ET DOMINO CARO AVG. legitur in Cari Imperatoria AV. circum eius caput laur. *Band.* I. p. 499.) *Hautbaler.* V. p. 20.) *Spanb.* Pr. II. p. 491.) *Vaill.* Pr. III. p. 39.

— — — duo capita radiata Solis et Cari. Æ 2. 3. Cari. *Band.* I. p. 503.) *Guſſeme* II. p. 105.) *Vaill.* Pr. I. p. 239.) Similem e *Gorlaeo* memorat *Scaliger.* Animadu. ad *Euſeb.* Chron. p. 242. quem vero male ad Carum iam conſecratum ac proinde velut poſt eius obitum percuſſum refert; cum tamen deſint in eo ſolita conſecrationis apud Romanos nomina ac ſymbola; dentur vero alii eiuſdem conſecrati principis numi cum conſueto titulo DIVO CARO, eoque inſuper PERSICO, ac in aliis PARTHICO praeterea dicto; vel in Graecis ΘΕΩ ΚΑΡΩ, ſiue in Aegyptiacis cum conſecrationis dictione ΑΦΙΕΡΩCIC. — *Al.* ſed DOMINO ET DEO CARO AVG. *Band.* I. 499.

DEO ET DOMINO CARO INVICT. AVG. cum aduerſis et radia-

diatis Solis et Cari capitibus. Æ. 3. Cari. *Band.* I. 505.) Muſ. St. *Genouefae* p. 86.) *Spanb.* Pr. II. 491.

DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO AVG. Caput Aureliani radiatum.)(RESTITVT. ORBIS. Dea orbis terrarum ſtolata, coronam porrigit Imperatori paludato, ſtanti cum haſta, in ima parte KAΔ. Æ 2. Rrr. Aureliani, poſt eius mortem cuſus, nam ipſi mortuo tantum diuinos honores delatos teſtatur *Vopiſcus* in eius vita; *Dominus* autem natus dictus fortaſſis fuit Aurelianus ob plura Auſpicia, quae Aureliano fuiſſe narrat idem ſcriptor. *Band.* I. p. 371.) *Harduin.* Oper. p. 863.) *Spanhem.* Pr. II. p. 484. 491.) *Vaill.* Pr. I. 215.) Eundem Aureliani numum *Triſtan.* III. et *Patin.* Num. Impp. p. 344. cum epigr. auerſae partis RESTITVTOR ORBIS protulerunt, nulla autem facta prioris eius partis et inſcriptionis fllius DEO ET DOMINO NATO etc. mentione. — *Al.* ſed duae figurae militares ſtantes, lauream intermediam ſuſtinentes; harum vna f. haſtam tenet. Æ. Aureliani. *Band.* I. 388. — *Aliam* ſimilis numi inſcriptionem refert *Savot* Diſcours ſur les medailles p. 385. et Muſ. St. *Genov.* p. 80. ſed quae perperam NOSTRO habet pro NATO, nempe ibidem legitur: DEO ET DOMINO NOSTRO AVRELIANO AVG. *Nati* inſcriptio tribuitur Aureliano, quo is a Sole, velut DEO ET DOMINO IMPERII ROMANI, vt in alio eiuſdem Imperatoris numo dicitur, continuo diſtingueretur; qui Sol nempe eſſet e numero Deorum ingenitorum, Aurelianus vero e numero Deorum natorum, ſeu indigenarum. *Spanb.* Pr. II. p. 491.) *Band.* I. 372.

DEO MARTI. Templum tetraſtylum, in quo Mars ſtans, d. clipeum, humi poſitum, ſ. haſtae adnititur. Martis templum in nona regione circi Flaminii adſignatur a *Sexto Rufo*, quod fortaſſis poſtmodum reſtauratum fuit a Gallieno ea forma, qua in Gallieni numis AR et Æ 2. cernitur. *Band.* I. 159. 214.) *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. 371.) *Guſſeme* III. p. 304. n. 42.) *Harduin.* Oper. p. 847.) *Mdb.* p. 377.) *Vaill.* Pr. II. p. 353.

— — Mars galeatus in templo 4. columnarum.)(P. COR. SAL. VALERIANVS CAES. Caput Salonini radiatum, in cuius numo AR. templi Martis icon exhibetur in memoriam, quod Gallienus eius pater illud in circo Flaminio reſtauraſſet; vt enim Gallienus Iouem Victorem filii ſui nutritorem praedicabat, ita Martis cultorem filium exemplo ſuo eſſe demonſtrare voluit. *Band.* I. 259.) *Guſſeme* VI. p. 84. n. 4.) *Harduin.* p. 848.) *Mdb.* 382.) *Vaill.* Pr. II. 379.

DEO SANCTO NILO. Vir barbatus vel Nili figura humi ſedens, d. arundinem, ſ. vrnae innixa cornucopiae. Æ 3. Iuliani Apoſtatae. *Band.* II. p. 433.) *Guſſeme* IV. p. 185. n. 2. — *Al.* ſimilis ſed iuxta fluuii typum hippocampus. Æ 3. Iuliani Apoſt. *Eckbel.* Cat. II. 505.

DEO SANCTO SERAPIDI. Caput Serapidis cum modio ad humeros cum paludamento. Æ 3. Iuliani. *Band.* II. p. 433.

DEO SARAPIDI vel DEO SERAPIDI inſcriptiones numorum, quos antiquarii *Iuliano Apoſtatae* tribuunt, ad ſingularem eius obſeruantiam erga Serapidem, qui in numis atque inſcriptionibus Latinis et *Sarapis* et *Serapis* dicitur, denotandam, fabrica numorum ipſorum ducti, quae cum ſtructura, a Conſtantini M. tempore cuſorum conueniens, huic tantummodo tempori ſoli tribui poteſt, quo Imperator iſte rebus praefuit, ob typos paganiſmi, quam amplexus fuerat et in detrimentum chriſtianae reli-

gionis reſtaurare conabatur, cui iam primum locum conceſſerat Conſtantinus, cum eam eſſet publice profeſſus. *Bandur.* II. p. 435 et 437. pariter *Spanhemius* et *Gallandus* eoſdem aereos tertiae magnitudinis produxerunt numos. *Primus e quatuor* inſcriptionem gerit DEO SERAPIDI, duaſque facies iugatas exhibet, quarum vna eſt Serapidis cum modio et barba, eadem ratione, qua in aliorum Impp. Rom. numis, qui eum praeferunt, cernitur, hoc eſt, ductibus ipſi conuenientibus, quibus cum capite Iuliani Apoſtatae multa intercedit ſimilitudo. Altera eſt Iſidis cum loto. Auerſa vero pars inſcriptionem ſiſtit VOTA PVBLICA et Iſidem ſedentem, quae Orum paruum genubus ſuſtentat. — *Alter* numus priori minor c. inſcr. DEO SERAPIDI, Serapidis tantum faciem eadem, qua ſupra forma atque figura repraeſentat abſque vllis, qui Iuliani conuenire poſſent ductibus. Auerſa pars, cui itidem inſcripta leguntur VOTA PVBLICA, Iſidem oſtendit ſtantem in naui. v. *Iſis.* — *Tertius* eiuſdem cum priori magnitudinis et inſcriptionis DEO SERAPIDI, itidem caput Serapidis exhibet, ſed imberbe et capillis pauliſper prolixis, adeo vt pro Solis facie poſſet accipi, niſi modius adeſſet. Conſtat enim Serapidem atque Solem vnum fuiſſe eundemque Aegyptiis. Auerſa pars inſcripta ſiſtit VOTA PVBLICA et nudum repraeſentat Deum Harpocratem, qui dextram ori admouet, ſiniſtro brachio cornu abundantiae tenet. — *Quartus* numus caput cum modio praefert cinctum corona radiata et capillis promiſſis, inſtar capillorum Apollinis ſeu Rhodiorum Solis cicinnatis, in cuius facie nonnulli ductus, quanquam tenues Iuliani Apoſtatae obſeruantur. M. *Pembrok.* III. Tb. 59. fgg. 3. 4. cum inſcriptione DEO SARAPIDI. —

DEO SERAPIDI. Caput turritum Æ. Diocletiani apud *Band.* II. p. 40.) *Mdb.* p. 423. ex *Occone.*

DEO SERAPIDI in Æ 3. Iuliani Apoſtatae. *Band.* II. 435. 436. 437. 438.) *Mdb.* 498.) *Guſſeme* IV. p. 185. n. 3.

DEO SOLI ELAGABAL. n. Elagabali. vid. SANCTO DEO etc.

DEO VOLCANO. Templi facies quatuor columnis ſuffulta, in qua Vulcanus ſtans d. malleum elatum, ſ. forcipem, prope eum incus. Ꝗ. Valeriani Sen. *Band.* I. p. 106.) *Beger.* Th. Br.) *Mdb.* p. 365. 366. — *Al.* ſed Æ. eiuſdem. *Band.* I. p. 142.) *Guſſeme* VI. p. 499. n. 19.

— — Idem typus Vulcani ad incudem. Ꝗ. Gallieni. *Band.* I. p. 160. — *Al.* ſed Valeriani Iun. *Guſſ.* VI. p. 507.

DEO VOLKANO. Idem templum tetraſtylum in quo Vulcanus ſtans ante incudem, d. malleum, ſ. forcipem. Ꝗ. Valerian. Sen. *Band.* I. p. 106.) *Eckhel*, Cat. II. 364.) *Guſſ.* VI. p. 499.) *Hard.* 846.) *Triſtan.* III. p. 130, qui exiſtimat, Valerianum Vulcano hoc templum exſtruxiſſe; at *Vaill.* Pr. II. p. 343. eundem ſaltem Vulcano illud reſtauraſſe, vt hunc propitium ſentiret in ſubminiſtrandis armis contra barbaros capeſſendis. Templum hoc a *Sexto Rufo* in IX. regione circi Flaminii collocatur. — *Al.* eiuſdem ſimilis, ſed Æ 3. *Band.* I. p. 139.

— — Idem typus. Æ 3. Salonini. *Band.* I. p. 264.) *Guſſeme* VI. p. 84. n. 5.

— — Idem typus. Ꝗ. Valeriani Iun. *Band.* I. p. 267.) *Eckhel.* Cat. II. p. 383.) *Guſſeme* VI. p. 507. n. 4.) *Mdb.* p. 383.) *Triſtan.* III. p. 130.

DEO-

DEOBRIGA Vettonum vrbs erat in Luſitania *Ptolemaeo* L. II. c. 5. — DEOBRIGA. MVN*icipium*. n. Galbae, quem e Theſ. *Golzii* p. 224. repetit *Harduin*. Oper. p. 49.

DEOR. *Deorum*. vid. PROV. — PROVID. — PROVIDEN. — PROVIDENT.

DEORVM. vid. FELICIT. — PROVID. — PROVIDENT. — PROVIDENTIA. — PROVIDENTIAE.

Deorum, quos in primis colebant, *capita ciuitates* ſolebant olim in moneta ſua exprimere, neglectis regum, quibus ſubiecti erant formis. Sic e. c. Seleucenſes in Syria Pieria vt plurimum caput Iouis Caſii, cuius praecipue cultus apud eos vigebat, cudendum curabant. Bigam horum numiſmatum vide ſis in *Iac. Gronov.* Supplement. lacunarum etc. p. 34. Pariter Cephaleodis vrbs, Bacchi cultu nobilis; Lilybaetani, Apollinis veneratores, et Coi Aeſculapium, Dianam atque Herculem adorantes, in numiſmatibus non ſolum horum numinum ſymbola, ſed capita etiam frequenter exhibuerunt. Conf. *Beger*. Th. Brand. I. p. 364. 371. 417. — Deorum figurae quinque n. Mytilen. *Seguin*. Sel. n. p. 18. ed. pr.

Deorum capita in numis *familiarum* expreſſa: *Aeſculapii*, freq. — *Apollinis* laureatum, Claud. — *Bacchi*, freq. — *Boni Euentus*, Scrib. — *Caſtoris*, Sang. — *Cupidinis*, Egn. — *Ditis*, Claud. — *Fauni*, Iunia. — *Genii*, Atil. — *Herculis*, freq. — *Honoris*, Caecil. — *Iani* bifrontis, freq. — *Iouis* Ammonis, freq. — Iouis Capitolini, freq. — Iouis Axuris, freq. — Iouis Terminalis, Pompeia. — *Martis*, freq. — *Mercurii*, freq. — *Neptuni*, freq. — *Saturni*, freq. — *Sileni*, Iunia. *Triumphi*, Furia. — *Veiouis*, Licinia. vid. *Capita Deorum*.

Deorum capita iugata, quae in familiarum numis viſuntur: *Caſtoris* et *Pollucis*, Cordia. — *Honoris* et *Virtutis*, Fuſia. — *Iani bifrontis*, freq. — *Penatium*, Sulpicia. cf. Abr. *Ortelii* deorum dearumque capita ex antiquis numiſmatibus collecta a *Franc. Swertio* in volum. VII. Theſaur. antiq. Graecar. *Iacobi Gronovii* n. 67. p. 253 ſqq. Separatim cuſa Bruxell. 1683. cum antea a *Phil. Gallaeo* Antverpiae 1573. et poſtea ibidem 1602 a *Franc. Swertio* edita.) *Ant. du Verdier* les images des dieux des anciens etc.) *Vinc. Cartarii* le vere e nouve imagini degli dei delli antichi etc.) *Henr. Spoor* deorum etc. imagines antiquae illuſtratae.) *Iul. Car. Schlaeger* de diis hominibuſque ſeruatoribus ex numis etc.) *Seb. Erizzo* diſc. ſopra le medaglie etc. le imagini delle deita dei gentili.) Deorum imagines in numiſmatibus aereis Imperatorum, pariter in denariis familiarum, in M. *Pembrok*. III. Tbb. 1. 2. 3. 4.

Deorum ſimulacra, quae diſcriminatim in veterum numis ſignificantur: *Aeſculapius* bacillo et ſerpente. — *Anubis* capite canino. — *Apis* ſeu *Oſiris* bouis ſimulacro, inter cuius cornua lotus emicat. — *Apollo* lyra et lauro, aut arcu et ſagittis; Apollo Actius togatus, ſed Lycaeus Apollo cum lupo. — *Bacchus* corona pampinea vel hederacea, thyrſo, vrceo, panthera et tigribus, taurinis cornibus et claua. — *Canopus* vrceo victili et flore Iſidis in capite. — *Caſtor* et *Pollux* ſtellis geminis, radiato capite, cum haſtis in decurſione. — *Chiron* centauro et lyra. — *Hercules* claua, pelle leonina et corona hederacea. — *Ianus* bifrons in numis conſulum, prora nauis in altera numi parte. — *Iupiter* fulmine, aquila et haſta pura; Iupiter Ammon cornibus arietinis; Iupiter Caſius montis figura repraeſentatus; Iupiter Labradenſis ſecur

arma.

armatus. — *Lunus*, luna in humeris, gallo gallinaceo et mitra Phrygia. — *Marini dei*, Melicerta, Palaemon et Portumnus, pueris delphino inſidentibus. — *Mars* caſſide, haſta et galea. — *Mercurius* caduceo, petaſo alato, alis et gallo gallinaceo, vel ariete, vel cane. — *Neptunus* dextra delphinum, laeua tridentem plerumque gerit. — *Pluto* barba. — *Serapis* modio in capite; dextram extollens, ſiniſtra haſtam tenens. — *Teleſphorus* pallio, mitella nautica, vel peregrino pileo. — *Vulcanus* ac cyclopae mitellis et inſtrumentis fabrilibus. — Romanorum dii plerumque nudi, vel haſtati, vel clipeati, nonnumquam galeati, raro enſigeri adparent, ſceptrum vero eorum proprium eſt et patera. — Effigies Deorum denotat vel templorum, dedicationem, vel ludos, ni ratio altera certi conſtet idoli.

Deorum cognomina. Conf. *Iul. Aurel. Leſtignienſis* diatribe de cognominibus deorum gentilium. Franeq. 8.

Deorum gentilium *adpellationes* in numis chriſtianorum Imperatorum, Conſtantini nimirum, et Criſpi eius filii. vid. IOVI CONSERVATORI. — MARTI CONSERVATORI. — SOLI INVICTO COMITI. *Spanhem.* Pr. II. 414.

Deorum numerus. Conf. *Io. Geo. Wilh. Koehleri* oratio de cauſis, cur tantus apud veteres deorum numerus reperiatur. Ienae 1770. 4.

Deorum Fratrum. v. ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. n. Deli inſulae. *Golz.* Graec. Inſ. Tb. 18. fg. 3.

DE PARTHIS. n. Auguſti vid. *DE* praepoſitio.

ΔΕΡ. Δερβηνῶν, *Derbenorum* in Lycaonia. Lyſtram et Derben ciuitates Lycaoniae commemorat *Lucas* in Actis Apoſtolor. c. XIV, 6. XVI, 1. — Ad Derben Lycaoniae vrbem referunt *Harduin.* Oper. p. 49. et *Haym.* Th. Br. II. p. 243. ex *Morellio* Fauſtinae Iun. numum, in quo ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Huius caput. ✕ ΚΛΑΥδία ΔΕΡβη ΚΟΙνον ΛΥΚΑΟΝΙΑϹ, *Claudia Derbe Commune Lycaoniae*, Fortuna ſtans cum temone et cornucopiae. At idem procul dubio numus ab *Eckhel.* Num. Vet. p. 273. *Claudiae Iconio* reſtituitur. v. *Claudiopolis*.

Derceto, Gr. Δερκετώ, vel vt alii ex *Diodoro* malunt *Decreta*, nomen fabuloſae apud Syros deae, quae dimidia parte mulier, a femoribus autem ad pedes piſcis. v. *Atergatis*. — Scopulo inſidens et parte inferiori aquis immerſa in priſcis Syriae ac Meſopotamiae numis. — eidem inſiſtens Semiramis cum creſcente luna, d. cornucopiae, ſ. acroſtolium. n. Aſcolinitarum.

ΔΕΡΚΥΛΛΟΣ magiſtratus nomen. n. Chiorum.

DERT. vid. *Dertoſa* Hiſpaniae. *Vaillantius* Col. I. p. 77. M. H. vel MVN. HIB. et cum IVL. cognomento, vel MV. H. I. ILLERGAVONIA DERT. explicat: *Municipium Hibera Iulia Illergauonia Dertoſanorum*, Cataloniae *Tordoſa*. Idem *Vaillantius* litteras C. I. A. D. in numis Auguſti et Tiberii interpretatur: *Colonia Iulia Auguſta Dertoſa* Hiſpaniae Tarraconenſis; *Harduinus* vero Oper. p. 49. *Dertonae* Liguriae, vel Italiae Liguſticae tribuit, ad cuius vero ſententiam monet *Vaillantius* Col. I. p. 74. „Numos Imperatorum in Italiae coloniis ſignatos vix ac ne vix quidem reperiri, quod eis monetae cudendae facultas raro conceſſa videatur, contra frequentes Hiſpaniae coloniarum numos cum Auguſti et Tiberii effigie occurrere, eorumque formam rudem in hoc ipſo numo deprehendi. Sed nec *Har-*

Harduino deeſt, quo *Vaillantii* opinionem labefactet; obſeruat enim:„ *Dertoſam* in Hiſpania municipium fuiſſe, minimeque coloniam. Eaſdem inde litteras C. I. A. D. *Liebe* Goth. Num. p. 404. ad *Coloniam Iuliam Auguſtam Dienſem* Macedoniae vrbem refert ob typum Mineruae, Macedonum numis admodum familiaris deae. Sed alia quaerenda videtur interpretatio *Spanhemio* Pr. II. p. 600.

Dertona colonia *Plinio* L. III. c. 7. in regione Italiae nona, qua Liguria continetur, hodie *Tortona* in ducatu Mediolanenſi. Apud *Gruter*. p. 487. 6. IVL. DERTONA legitur. Huic vrbi adſcribit *Harduin*. Oper. p. 49. Tiberii numum: TI. CAES. C. I. A. D. *Tiberius Caeſar. Colonia Iulia Auguſta Dertona*.)(AVG. C. I. A. D. *Auguſtus*. Capite radiato. Alii aliter.

Dertoſa, hodie *Tortoſa*, Hiſpaniae Tarraconenſis ad Iberum fluuium, municipium ſeu oppidum ciuium Romanorum, vt docet *Plin*. L. III. c. 4. et *Golzius* in numo Tiberii cum epigr. MVN. DERTOSA, *Municipium Dertoſa*; quod *Vaill*. Num. Col. I. p. 77. non aduertit, qui numum MV. H. I. ILLERGAVONIA DERT. *Municipium Hibera Illergauonia Dertoſanorum* pro *Dertoſa* legendum cenſet, diuerſaſque eſſe Illergauoniam et Dertoſam ex eo, quod illa municipium, haec vero colonia dicatur in numo. *Strabo* L. III. Dertoſam nominat coloniam, eamque ab Iulio Caeſare colonis frequentatam fuiſſe, ſuadet numus capitibus Auguſti et Tiberii, atque his litteris C. I. A. D. inſignis, quas felici diuinatione, reiecta *Harduini*, qui Pop. et Vrb. p. 137. Dertonam Liguriae pro Dertoſa obtruſit opinione, ita legerat *Vaillantius* Col. I. p. 33. 74. *Colonia Iulia Auguſta Dertoſa*. At *Harduinus* non ſolum animum in priore ſua ſententia, qua Dertoſam nunquam coloniam, ſed municipium fuiſſe contendit, in altera operum ſuorum editione p. 49. obfirmauit, ſed etiam *Strabonem* ipſum his verbis impetit: Dertoſam coloniam fuiſſe tam falſo *Strabo* prodidit L. III. p. 159, quam Panormum L. VI. p. 172. Verum numiſma Æ. ab *Haymio* in Theſ. Br. II. Tb. 25. fg. 3. vulgatum litem omnem clare decidit; non ſolum enim pro *Strabone* coloniam, ſed a Iulio Caeſare fundatam pro *Vaillantio* pronuntiat; adſunt praeterea duumuirorum nomina, vrbi praefectorum: Caput Caeſaris laureatum, ante I — L. quod legi poterit; *Ilergauonia*, vel ad rem etiam aptius; *Hibera Ilergauonia*, ſolutum ſcilicet monogramma ob punctum medium magis oblongum in tres has litteras H. IL.)(Q. LVCRET. L. PONTI. Duumuir vel ſacerdos agens boues, ſignum coloniae deductae, infra COL. DERTOSA. *Haym*. l. c. p. 211.) *Guſſeme* III. p. 33. — 2. AVG. Caput Auguſti radiatum.)(C. I. A. D. TI. CA. Caput Tiberii laur. *Florez*. Medallas de las Colonias.) *Guſſ*. ib. p. 34. — 3. C I. A. D. AVG. Caput Auguſti radiat.)(C. I. A. D. TI. CAES. Caput Tib. laur. Æ 2. *Florez*. ib.) *Guſſ*. ib. n. 3. ſed AVGV.)(TI. CA. etc.) *Harduin*. Oper. p. 49.) *Mdb*. p. 69.) *Spanhem*. Pr. II. p. 599.) *Vaill*. Col. I. 33. 74. — 4. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii laur.)(M. H. I. ILERGAVONIA. Nauis, ſub qua DERT. et ſignum incuſum DD. *Velazquez* Enſayo Tb. 11. fg. 6. p. 89. — Qui ſequitur a *Liebio* Goth. Num. p. 404. 405. ad *Dium* Macedoniae relatus eſt: AVGVSTVS CAESAR. Caput Auguſti nudum.)(C. VRMIVS. M. HERENNIVS II. VIR. QVINQ. in area C. I. A. D. Pallas ſtans d. pateram, ſ. haſtam. — Commemorat *Guſſeme* III. p. 34. et VI.

p.

p. 24. n. 6. Reccaredi Gothici regis numum: RECCAREDVS RE. Protome regis.)(DERTOSA IVSAS. Crux in ſubſtructione.

Des ex *de* et *as*, idem quod *bes*, nempe numus conſtans duabus ex triente partibus. vid. *Bes*.

DES. monetarii vitio loco AVG. in Æ I. Veſpaſiani et Domitiani. *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 122.

DES. *Deſignatus.* COS. DES. *Conſul. Deſignatus*, h. e. antequam primum conſulatum iniuit. Ita occurrit: M. AGRIPPA L. F. COS. DES. *M. Agrippa.* — C. CAES. COS. DES. *Caius Caeſar.* — L. CAES. COS. DES. *Lucius Caeſar.* — CAESAR DOMITIAN. COS. DES. *Domitianus.* — COS. DES. IT. *Conſul Deſignatus Iterum* ſic *Claudius, Titus, Domitianus.* — COS. DES. IT. ET TER. *Conſul Deſignatus Iterum Et Tertium.* M. Antonius. — COS. ITER. ET TER. DES. *Conſul Iterum Et Tertium Deſignatus.* Auguſtus. — COS. DES II. *Conſul Deſignatus Secundum.* Domitianus. — CAES. AVG. F. DES. IMP. AVG. F. COS. DES. IT. *Caeſar Auguſti Filius Deſignatus Imperator, Auguſti Filius, Conſul Deſignatus Iterum.* Titus et Domitianus, Veſpaſiani filii. *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 13. n. 17. 19. — AVRELIVS CAES. AVG. PII F. COS. DES. *M. Aurelius.* — COS. VII. DES. VIII. *al.* COS. VIII. DES VIIII. *Domitianus.* — GERMANICVS CAESAR TI. F. AVG. N. COS. DES. *Gernamicus.* — Q. DES. *Quaeſtor Deſignatus.* — TR. PL. DES. *Tribuni Plebis Deſignati.*

DES. *Deſpota.* ΘΕΟΤΟΣ ΒΗΘ. NICHF. DES. *Mater Dei Adiuua Niceporum Deſpotam.* AV. Nicephori. M. *Theup.* p. 381.

ΔΕC. Δεσπότης. *Dominus*, rei cuiuſque poſſeſſor. IѠ. ΔΕC. ΠΟΡΦΥΡ. B. Ioan. Comneni. *Band.* II. p. 756. — ΘΕΟΤΟC ΒΟΗΘ. PѠ. ΔΕS. n. Romani IV. Diogenis. *Eckhel.* Cat. II. 553.) *Band.* II. 749.

DE SARM. vel integre DE SARMATIS in n. M. Aurelii et Commodi. vid. DE praepoſitio.

A. E. S. C. combinatae litterae innuunt Δημαρχικὴν Ἐξουσίαν, *Tribunitiam Poteſtatem* et *Senatus Conſulto.* vid. A. E.

Deſiderius, Magnentii ac Decentii frater, vna cum hoc Caeſar eſt declaratus. A fratre Magnentio in furorem ex deſperatione conuerſo, dum morti proximus eſſet, vulnere vero conualeſcens, ſupplicem ſeſe exhibuit Conſtantio, veniamque obtinuit ao. Chr. 353. — Vnum Deſiderii numum aereum e *Strada* p. 189. exſcripſit *Mediobarbus* p. 485. item alterius partem e *Golzio*; vtrumque exhibent *Band.* II. p. 416.) *Guſſeme* III. p. 34. — I. DESID. N. C. Buſtum Deſiderii armatum d. haſtam, ſ. capiſtro equum retinens.)(MACCOMO. (*ſic*). Figura rupi inſidens, caput laeua ſuſtentans. — D. N. DESIDERIVS NOB. C. *Band.* ib.) *Golz.*

DESIG. *Deſignatus.* Qui in comitiis in annum ſequentem creati conſules, quaeſtores, aediles, dicebantur *Deſignati. Spanhem.* Pr. II. p. 153. Sic in numis legitur COS. DESIG. *Conſul Deſignatus*; e. c. M. AGRIPPA COS. DESIG. antequam primum conſulatum inibat M. Agrippa. — M. ANT. IMP. COS. ITER. DESIG. TERT. *al.* COS. DESIG. ITER. ET TERT. *al.* COS ITER ET. TERT. DESIG. *Conſul Iterum Et Tertium Deſignatus* M. Antonius. — TI. SEMPRON. GRACCVS IIIIVIR. Q. DESIG. Tiberius Sempronius Graccus Quatuoruir *Quaeſtor Deſignatus. Cim. Vind.* I. p. 48.

DESIGN. *Deſignatus.* Ita ſcriptum occurrit: M. ANT. IMP.

TER

TER. COS. DESIGN. TER. III. VIR. R. P. C. *M. Antonius*. — L. ATRATINVS COS. DESIGN. TER. *Lucius Atratinus Conſul Deſignatus Tertium*. — Q. VOCONIVS VITVLVS Q. DESIGN. *Quaeſtor Deſignatus*. — COS. II. DESIGN. III. *Conſul Secundum, Deſignatus Tertium*, Nerua. *Vaill*. Pr. II. 113.

DESIGNATO IMPERAT. Lituus, apex, tripus ſimpulum, retro ſceleton capitis bouini. ℞. Caracallae vid. DESTINATO IMPERAT.

DESIGNATVS OCTAVO. Victoria gradiens. n. Auguſti. *Guſſeme* I. p. 318. n. 95.

DESNOS loco HONOS errore monetarii ſcriptum in n. M. Aurelii apud *Froelich*. 4. Tent. p. 374. 375.

ΔЄCΠ. Δεσπότης, *Deſpota. Dominus*, nomen quod poſteriores Conſtantinopolitani Imperatores genere maluerunt. Graeca haec vox vi originis ſuae id ſignificat, quod Latinis *Herus*, et Gallis *Maitre*, ratione nimirum ad ſeruos ſiue miniſtros habita. Fere enim idem diſcrimen, quod Latini *Caeſaris* inter et *Auguſti* vocabula fecerant, obſeruarunt Graeci, ſic vt ΒΑCΙΛΕΥC reſponderet voci AVGVSTVS, et ΔЄCΠΟΤΗC idem eſſet quod CAESAR. Sic cum Nicephorus filium ſuum coronari ſollemniter curaſſet, noluit hic aliud quam Δεσπότης nomen ſibi tribui, patri Βασιλέως adpellationem ex veneratione relinquens. Factum autem illud eſt tunc ſtatim, cum Imperatores Graeci in Latinarum inſcriptionum vicem Graecis vterentur. Verum nec haec ratio placuit ſecutis Imperatoribus, vtpote qui Δεσπότου nomen praetulerunt nomini Βασιλέως, quod feciſſe videmus Conſtantinum, Michaelem Ducam, Nicephorum Botaniatem, Romanum, Diogenem, Comnenos, et quoſdam alios *Harduin*. Oper. p. 497.) *Spanh*. Pr. II. p. 487 ſq. — Quin et principes feminae, vt viros aemularentur, nomen ΔЄCΠΟΙΝΑ effinxerunt, quod patet adſciuiſſe ſibi Theodoram Theophili coniugem. *Iobert* dans la Science des Medailles I. p. 244. 245. Vocis Δεσπότου indices ſunt e. c. numi Ioan. Comneni, in quibus ΙΩ ΔЄCΠ. ΠΟΡΦ. *Band*. II. p. 756. — Manuelis Comneni: ΜΑΝΥΗΛ ΔЄCΠ. *al*. ΜΑΝΟΗΛ ΔЄC... *Band*. ib. 758.) *Ducang*. n. 18. 19. — Ducae: ΔЄCΠ. Ο ΔΟΚΑC. *Band*. II. 748. etc. — Poſtea *Deſpotae* adpellatio tranſlata ad praecipuae dignitatis proceres aulae Byzantinae. *Spanb*. Pr. II. 489.

DESPOIE in n. aureo inſcripto: STAVRACIS DESPOIЄ. Protome Stauracii cum ſtemmate crucigero, d. globum crucigerum. *Eckhel*. Cat. II. p. 547.) M. *Pembrok*. I. Tb. 35. fg. 2.

ΔЄCΠΟΤ. Δεσπότης. a) *Ioannes Comnenus*: ΙΩ. ΔЄCΠΟΤ. *al*. ΙΩ. ΔЄCΠΟΤ. ΠΟΡΦ. M. *Pembr*. I. Tb. 36. n. 7. *al*. ΙΩ. ΟЄCΠΟΤ. (*ſic*) ὁ ΠΟΡΦΥΡΟΓ. *al*. ΙΩ. ΔЄCΠΟΤ. ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓЄΝ. *al*. ΙΩ ΔЄCΠΟΤ. ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓЄΝΝ. *Band*. II. 756. 757. — b) *Manuel Comnenus*. ΜΑΝΟΗΛ ΔЄCΠΟΤ. *al*. ΜΑΝΥΗΛ ΔЄCΠΟΤ Ο ΠΟΡΦΥΡΟΓ. *Band*. II. 758.) *Ducang*. n. 14. 15. — c) *Andronicus*. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ЄΝ Χ. ΔЄCΠΟΤ. ΠΟΛ. ΡΟΜ. *Andronicus In Chriſto Dominus Vrbis Romae*. — d) *Iſaacius Angelus*. ΙCΑΑΚΙΟC ΔЄCΠΟΤ. *al*. ΔЄCΠΟΤ. *Band*. II. 762.

ΔЄCΠΟΤΑ loco Δεσπότης. Sic ΜΑΝΟΗΛ ΔЄCΠΟΤΑ, *Manuel Comnenus* legitur in Æ. 3. apud *Bandur*. II. p. 758.

ΔЄCΠΟΤΗ. a) *Romanus* IV. *Diogenes*. ΘΗΚΟ. ΡΩΜΑΝΩ ΔЄCΠΟΤΗ ΤΩ ΔΙΟΓЄΝЄΙ in medio numo Æ. *Band*. II. 750. e *Ducangio*. — b) *Alexius Comnenus*. ΑΛЄΞΙΩ ΔЄCΠΟΤΗ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ. *Band*. II. 753 754. ex

ex *Ducang.* *al.* ΑΛΕΞΙΟ ΔΕCΠΟΤΗ *ibid.* *Spanb.* Pr. II. p. 487. — c) *Ioan.* *Comnenus.* ΙΩ. ΔΕCΠΟΤΗ. *Band.* II. 756.) *Beger.* Th. Br, — d) *Manuel Comnenus.* ΜΑΝΘΗΛ ΔΕCΠΟΤΗ etc. *Band.* II. p. 758. ex *Ducang.* — e) *Alexius.* II. *Comnenus.* ΑΛΕΞΙΩ ΔΕCΠΟΤΗ ΤΩ ΚΟΜ.... *Band.* II. 760.

ΔΕCΠΟΤΗC, *Deſpota.* v. gr. a) *Alexius Comnenus.* ΑΛΕΞΙC. *al.* ΑΛΕΞΙΟC ΔΕCΠΟΤΗC. *Band.* II. 754. — b) *Ioan.* *Comnenus.* ΙΩ. ΔΕCΠΟΤΗC ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. *Band.* II. 756. — c) *Manuel.* *Comnenus.* ΜΑΝΘΗΛ Δ ΕCΠΟΤΗC. *Band.* II. 758. ex *Ducang.* Muſ. *Pembr.* I. Tb. 36. n. 8. — *al.* ΜΑΝΘΗΛ ΔΕCΠΟΤΗC ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩ. *Band.* ib. — d) *Andronicus.* ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΔΕCΠΟΤΗC. *Eckhel.* Cat. II. Tb. 2. n. 11. p. 556. — e) *Iſaac Angelus.* ΙCΑΑΚΙΟC ΔΕCΠΟΤΗC. *Band.* II. 762. ex *Ducang.*) *Eckhel.* Cat. II. p. 552. — f) *Alexius* III. *Angelus.* ΑΛΕΞΙΟC *al.* ΑΛΕΞΙΟC ΔΕCΠΟΤΗC. *Band.* II. 763.) *Beger.* Th. Br.) *Ducang.*

Δέσποινα, aut Δέσποινα γυνὴ dicitur apud Graecos, quemadmodum apud Romanos *Domina*, ſeu *Domina vxor.* *Spanbem.* Pr. II. 488. — ΘΕΟDORA DΕSPVNA, in n. Theodorae Theophili Imp. vxoris. *Band.* II. p. 720. ex *Ducangio.*

ΔΕCΠΟΙΝΑ CΩΖΟΙC, *Domina Serues.* Deipara relata ſtans manibus expanſis, in area ΜΡ ΘΥ. Μήτηρ Θεοῦ, *Mater Dei.* n. Conſtantini cognomento Monomachi. v. *Conſtantinus Monomachus.* Eadem Dei mater in aliis numis Θεοτόκος frequentiſſime adpellatur. — Δέσποινα apud ethnicos κατ' ἐξοχὴν Deorum mater nuncupata; hinc de Rhea viri docti illa interpretantur in antiquis lapidibus. Apud Arcades Δέσποινα dicta Cereris Neptuni filia, memorat *Pauſanias* Arcad. c. 36. eius Deae templum ἱερὸν τῆς Δεσποίνης. Aliis etiam profanarum gentium deabus, Iunoni, Iſidi, Cereri, Proſerpinae tributum id nominis; eodemque ornatae Auguſtorum matres et vxores, cum apud ethnicos, etiam apud Chriſtianos, exempla *Ducangius*, *Spanbemius*, *Bandurius*, aliique dabunt. *Zonaras* in vita Monomachi narrat, eum vbi Sclerenam concubinam in palatio recepit et iuſtae vxoris loco habuit, illud etiam addidiſſe, vt Δεσποίνης titulo inſigniret. At nulli profecto mortalium hic titulus vnquam melius fuit tributus quam virgini matri, quae rerum omnium δεσπότην peperit.

ΔΕCCΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. legit *Patin.* Impp. p. 353. in Alexandri Seueri, quem *Triſtan.* II. p. 405. corrupte vulgauerat, eumque cuidam ciuitati ad Nili catarractas et ad Aethiopiae confinia poſitae tribuerat, cuius vnus *Ariſtides* Serm. ſacr. IV. p. 538. meminit ſub nomine Δέσσης. Cui vero *Spanbem.* Pr. I. p. 127. contradicit, non ad *Deſſam*, ſed rectius ad Ἔδεσσαν, *Edeſſam* Meſopotamiae vrbem referens *Triſtani* numum, in quo Iſis ſedens, d. ſiſtrum, adpoſito aſtro.

DESTINATO IMPERAT. Caput victimae, apex, lituus et capeduncula, quae ſigna ſunt auguratus et pontificatus, quibus ſacerdotiis Caracalla a patre collatis Caeſar declarabatur et ad *Imperium deſtinabatur.* Æ. Caracallae. *Guſſeme* II. p. 78. n. 26.) *Harduin.* Oper. p. 799.) *Mdb.* p. 284.) *M. Theup.* 220. *Vaill.* Pr. II. 243.

DESTINATO IMPERATORE. *al.* IMPERATORI. Inſtrumenta pontificalia. Æ. Caracallae, qui a patre Sept. Seuero factus pontifex, Auguſti exemplo apud *Dionem*, qui Caio et Lucio ſacerdotia contulit, cum eos Caeſares declaraſſet. *Guſſeme* ib. n. 25. et III. p. 34.) *Mdb.* ib.) *Vaill.* ib.

Deſul-

Deſultor in equo currente d. habenas, ſ. humero palmam geſtans ad memoriam ludorum Apollinarium ob equorum curſum ſpectat in n. Fam. Calpurniae, Liciniae ac Marciae. *Morell.* Fam. p. 62. 63. 64. 239. 267. 384. 460.) *Vaill.* Fam. — ſed d. flagrum, ſ. alterum equum ducens, pone quem corona et palmae ramus, victorum praemia. n. Fam. Calpurniae, Marciae ac Sepulliae. *Morell.* Fam. I. p. 62. 70. etc.) *Vaill.* Fam.

Deſultorii equi ſunt, per quos Circenſium miniſtri denuntiant exituros vt luciferi, quadam in aſtris ſimilitudine, praecurſorias velocitates imitari videntur. Binos autem trahebant equos deſultores et alternatim ex vno in alterum, mira celeritate, tranſultabant.

DETVLIT. vid. QVOD. V. M. S. EX EA P. Q. IS AD A. DETVLIT. Æ. Auguſti, prout apud *Harduin.* p. 701.

Deucalion et Pyrrha in arca cui inſiſtit auis, altera volat roſtro ramum; adſtant iterum eaedem figurae Deucalionis et Pyrrhae. n. Sept. Seueri, *it.* Macrini *it.* Philipp. Sen. vid. *Apamea* Phrygiae. — *Diluuium.*

DEVICT. *Deuictis.* DEVICT. GERM*anis* SIGNIS RECEPT*is.* S. C. Vir gradiens militari habitu, dextra ſcipionem, in cuius apice aquila. n. Germanici. *Oiſel.* Num. Sel. Tb. 25. fg. 12. p. 114.

Deuictae prouinciae in numis frequentiſſime ſedentes ac plorantes inducuntur; nam non ſolum apud Ebraeos, ceteroſque Orientis populos, ſedentes moerorem ſuum ſignificabant, verum et apud Graecos, Etruſcos atque alios, quod in Tomo III. Muſei Etruſci oſtendit *Gorius.*

ALAMANNIA DEVICTA. Victoria ſ. pede captiuum calcans, d. tropaeum, ſ. palmam. Æ 3. Criſpi. *Band.* II. 323.) *Eckhel.* Cat. II. p. 481.) *Mdb.* 471. — *it.* Æ. Conſtantini Iun. *Band.* II. 32. — *Al.* eiuſd. ſed Æ 3. *Band.* II. 334.) *Eckhel.* Cat. II. 485.) *Ducang.* Tb. 8.) *Mdb.* 475.

Raſche Lex. Num. T. II.

ALEMANNIA DEVICTA. Idem Victoriae captiuum calcantis typus. Æ 3. Criſpi. *Band.* II. p. 313.) *Guſſeme* II. p. 394. n. 1.

ARMENIA DEVICTA. Caput M. Antonii retro tiara Armenica. Æ. M. Antonii. N. *Arſchot.* Tb. 7. fg. 5.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 12. fg. 2.) *Guſſeme* I. p. 206. 271.) *Hard.* p. 697.) *Oiſel.* Num. Sel. Tb. 20. fg. 7. p. 94.) M. *Pembrok.* III. Tb. 22. fg. 10. — *Ead. epigr.* ſed Armenia ſedens, Æ. Traiani. *Mdb.* 162. — *Ead. inſcr.* ſed Armenia ſedens inter labarum et peltam. Æ. L. Veri. *Mdb.* p. 235.

IVDAEA DEVICTA. Mulier ſtans, manibus poſt terga reuinctis, palmae arbori adligata. N. Æ. Æ 1. Veſpaſiani. *Mdb.* p. 110. 111. 113.) *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 5. fg. 3. p. 270. 286.) *Patin.* Sueton. p. 391.) *Vaill.* Pr. I. p. 31.

SARMATIA DEVICTA. Figura moeſta inſidens ſcuto oblongo, prope quod ſagitta fracta. N. Domitiani. N. *Arſchot.* Tb. 32. fg. 11.) *Mdb.* p. 129.) *Oiſel.* Num. Sel. Tb. 23. fg. 10. p. 105. — *Al.* ſed Victoria ſtans captiuum pede proterens, d. palmam, ſ. tropaeum. Æ. Æ 3. Conſtantini M. *Band.* II. p. 253. 280. 281. 299.) *Beger.* Th. Br.) *Ducang.* Tb. 2.) *Eckhel.* Cat. II. p. 476.) *Mdb.* p. 465.) *Oiſel.* Tb. 24. fg. 1. p. 106. — *Al.* ſed Victoria captiuum calcans, d. tropaeum, ſ. ramum palmae. Æ 3. Criſpi. *Band.* II. p. 318.

DEVICTIS GERMANIS SIGnis REceptis. Aquila legionaria inter

inter ſignum et vexillum militare. *AV.* Germanici, fide *Golzii* apud *Morell.* in Germanico Tb. 13. fg. 8.) *Guſſeme* III. p. 356. n. 14. ſed SIGNIS RECEPT*is* DEVICTIS GERM.

GOTHIS DEVICTIS. Victoria ſtans, d. ſertum, ſ. palmam. *Æ.* Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 45. fg. 15.

SARMATIS DEVICTIS. Victoria turrita d. lauream, ſ. palmam, pede captiuum calcans. *Æ* 3. Conſtant. M. *Band.* II. 281.) *Guſſeme* II. 306.

DEVICTO CAPTOQ. IVGVRTHA. Iugurtha ferme nudus armorum aceruo, lugubri habitu inſidens, atque adligatus columnae, in cuius ſummitate victoriola ſtat, d. coronam tenens; a tergo ſuccreſcit olea. *AR.* Mariae gentis, editus in ipſo titulo Numoph. *Burckhard.* I. et p. 43. n. 181. recenſitus.

DEVLT. *Deultum* in Thracia. COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flauia Pacifica Deultum.*

Deultum vrbs Thraciae, de qua *Ptolemaeus* L. III. c. 13. Δέυελτος Κολωνία. *Develtus colonia* in mediterraneis Thraciae ciuitatibus; pariter *Euſebius* L. V. Hiſt. Eccleſ. c. 19. Δέβελτος κολωνία τῆς Θεάκης; item *Plinius* L. IV. c. 18. *Deuelton*, quod nunc *Deultum.* vocatur. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 1083. — A Veſpaſiano ex veteranis deducta eſt *colonia*, quae de nomine gentis ſuae dicta eſt *Flauia*, et ob ſingularem erga deam Pacem eius cultum, cui templum Romae in quarta aedificauit regione vocata eſt *Pacenſis*, vel *Pacifera*, vt *Patinus* Impp. p. 301. interpretatur, vel *Pacifica*, vt *Triſtanus* II. p. 454. et alii eum ſecuti. — Vrbem reſtaurauit Baiaceth, Turcarum Imperator, dictaque eſt *Zagora.* — In numis ſcribitur C. F. P. D. ſiue COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flauia Pacenſis* (Pacifera, Pacifica) *Deultum.* — Numos percuſſit colonia Deultum

a) Traiano. 1. IMP. CAE. NER. TRA. AVG. GER. P. M. TR. P. COS. III. P. P. Caput Traiani laureatum.)(C. F. P. D. Caput bouis. *Æ* 3. *Guſſeme* III. p. 35. n. 1.) *Harduin.* Oper. p. 49.) M. *Theup.* p. 678.) *Vaill.* Col.

b) *Domnae.* 2. IVLIA AVGVSTA. Caput Iul. Domnae.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Diana gradiens cum cane. *Æ* 2. *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 59. n. 8.

c) *Carhcallae.* 3. IMP. M AVREL. ANTONINVS. Caput eius laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Minerua, a Deultanis culta, ſtans, d. clipeo innixa, ſ. haſtam. *Æ* 3. *Guſſeme* ib. n. 2.) *Vaill.* Col. — 4. *Al.* ſed lupa praebens vbera Romulo et Remo, ſymbolum togatorum ciuium, etiam praeter veteranos milites in hancce coloniam miſſorum. *Æ* 2. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 1083.) *Guſſ.* ib.) *Harduin.* p. 49.) *Mdb.* p. 298.) *Patin.* Impp. p. 301.) *Vaill.* ib.

d) *Macrino.* 5. IMP. M. OPEL. MACRINVS AVG. Caput Macrini laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Bacchus ſtans, d. cantharum, ſ. thyrſum pro pedibus panthera, ob vitium in illius agro abundantiam, ad Bacchi cultum in hac vrbe indicandum. *Æ* 2. *Guſſeme* n. 3.) *Vaill.* Col. — 6. IMP. M. OPEL. SEV. MACRINVS P. AV. Caput Macrini radiata corona cinctum.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Silenus, Bacchi nutritius et paedagogus, in colonia ad vites conſeruandas veneratus, d. attollens, ſ. humero vtrem gerit hircinum. *Æ* 3. *Guſſeme* III. p. 36. n. 4.) *Vaill.* ib.) *Harduin.* Oper. p. 812. — 7. IMP. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG. Caput Macrini laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Fortuna

tuna ſtolata ſtans cum calatho, d. temonem, ſ. cornucopiae; Deultani enim, vt et plurimi populi, Fortunam ſunt venerati. Æ 2. *Guſſeme* n. 6.) *Vaill.* ib. — 8. *Eadem* capitis, ſed radiati, epigraphe.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Lupa cum gemellis etc. vt n. 4. Æ 2. *Guſſ.* n. 6.) *Harduin.* p. 50.) *Vaill.* ib.

e) *Diadumeniano.* 9. M. OPEL. ANTONINVS DIADV. C. Diadumeniani Caeſaris caput nudum.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Iupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, pro pedibus aquila. Æ 2. *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 67. n. 1.) *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 61. n. 13. eundum Iouis ſedentis typum exhibet, ſed in antica: M. OPEL. ANTONIVS (*ſic*) DIADV. C. Verum in 4. Tent. p. 114. *Froelichius* typum edidit: Figura ſedens cum patera et haſta, abſque aquila; typus in Deultanorum numis inſolitus. — 10. *Alius*, ſed Fortuna ſtans cum attributis vt n. 7. Æ 2 et 3. *Guſſeme* n. 7.) *Vaill.* Col.

f) *Alexandro Seuero.* 11. IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Caput eius laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Hygia ſtans, ſerpentem ex patera paſcens. Æ 2. *Eckbel.* Cat. n. 2.) *Froelich.* 4. Tent. p. 115. — 12. *Al.* ſed genius mulier, calatho inſignis, ſtans ad aram accenſam ſacrificans, d. pateram, ſ. cornucopiae. Æ 3. *Guſſeme* n. 8.) *Mdb.* p. 325.) *Vaill.* Col.) *Patin.* Impp. cui Serapis cum modio in capite ſtans ante aram. — 13. IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. Caput idem laur.)(*Ead. epigr.* Mercurius ſtans cum ſtrophio, d. crumenam, ſ. caduceum. Æ 2. *Eckbel.* Cat. n. 3.) *Froelich.* 4. Tent. p. 116.) Muſ. *Theup.* p. 727. ſed IMP. C. M. AVR. ALEXAND. omiſſis SEV. et AVG. vocibus.) *Guſſeme* n. 10. — 14. *Al.* ſed mulier ſtans, d. pateram, ſ. cornucopiae. Æ 2. M. *Theup.* p. 727. — 15. *Al.* ſed Ceres ſtans, d. ſpicas, ſ. facem. Æ 2. *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 62. n. 16. — 16. *Al.* ſed mulier ſtans, d. ramum, ſ. haſtam. Æ 2. *Eckbel.* Cat. n. 4. — 17. *Al.* ſed Diana venatricia habitu in colonia culta, ſuccincta gradiens, d. ſagittam e pharetra depromit, comite cane venatico. Æ 2. *Eckbel.* ib. n. 5.) *Guſſeme* n. 8.) *Harduin.* p. 50.) *Vaill.* Col. — 18. *Ead.* capitis epigr.)(C. F. P. D. Aeſculapius ſtans cum baculo, cui ſerpens inuolutus. *Guſſeme* n. 11. — 19. IMP. C. M. AVR. SE. ALEXAND. AVG. Caput laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Fortunae ſtantis typus. Æ 2. *Guſſ.* n 8) *Vaill.* ib. — 20. IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. Caput laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Aquila ſupra aram alis expanſis, in cuius roſtro corona, hinc et inde ſignum militare, ad originem coloniae arguendam. Æ 3. *Guſſ.* n. 8) M. *Theup.* p. 727. — 21. IMP. CAES. SEV. ALEXANDER AVG. Caput laur.)(*Ead. epigr.* Charites, tres figurae muliebres nudae ſeſe amplectentes, in Deultana colonia, vt et in aliis Thraciae vrbibus cultae. Æ 2. *Guſſ.* n. 7. *Vaill.* Col.

g) *Mamaeae.* 22. IVLIA MAMAEA. Huius caput.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Ceres ſtans, d. ſpicas, ſ. facem. Æ 2. *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 62. n. 18. — 23. IVLIA MAMAEA AVG. Caput eius.)(*Ead. epigr.* Mulier ſt. d. ſpicas, ſ. haſtam. Æ 2. *Eckbel.* Cat. n. 6. — 24. *Al.* ſed Fortuna ſtans. Æ 2. *Guſſeme* n. 12.) *Mdb.* p. 327.) *Spanhem.* Pr. p. 769. ed. pr.) *Vaill.* Col. — 25. *Al.* ſed Salus ſtans, ſ. pateram, ex qua d. anguem paſcit. Æ 2. *Guſſ.* n. 13.) M. *Theup.* p. 730. — 26. *Alius*, ſed aquila baſi inſiſtens coronam roſtro tenens, hinc et inde ſignum militare, in quorum altero in-

inſculptum aſtrum. Æ 2. *Eckhel.* Cat. n. 7.) *Froelich.* 4. Tent. p. 117. — 27. *Al.* ſed Diana Venatrix cum cane. Æ 2. *Harduin.* p. 50.) *Patin.* p. 343.) *Vaill.* ib.) *Guſſeme.* n. 12. cum *Mediobarbo* p. 327. IVLIA MAMMAEA (*ſic*) AVGVSTA.

h) *Maximino.* 28. IMP. MAXIMINVS AVG. Caput laureat.)(C. F. P. D. Aeſculapius ſtans, d. baculum cum ſerpente, ſ. . . . Æ 4. *Guſſeme* n. 14.) M. *Theup.* p. 731. — 29. IMP. C. MAXIMINVS AVG. Idem laur. caput.)(C. F. P. D. Delphinus. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Harduin.* p. 49.) *Vaill.* Col. — 30. IMP. MAXIMINVS PIVS AVG. Caput eius laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Mulier veſte talari ſtans ante aram, d. pateram, ſ. cornucopiae. Æ 2. Rrr. *Eckhel.* Cat. n. 8.) *Froelich.* Adpend. II. nouis Tb. 1. fg. 7. p. 63.

i) *Maximo.* — 31. C. IVL. VERVS MAXIMVS CES. (*ſic*) Caput Maximi nudum.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Silenus ſtans, d. elata, ſ. vtrem ſupra humerum. Æ 3. *Eckhel.* Num. Vet. p. 57. — 32. IMP. IVL. VER. MAXIMVS CAES, Caput nudum.)(*Ead. epigr.* Apollo nudus, d. ramum ſuper aram accenſam porrendens, ſ. citharam tripodi inſiſtentem tenens; qui typus Apollinis ſui cultum in hac colonia indicat. Æ 3. *Guſſeme* n. 15.) *Harduin.* p. 50.) *Mdb.* p. 330.) *Patin.* p. 358.) *Triſtan.* II. p. 454.) *Vaill.* Col. — 33. *Al.* ſed mulier ſtans d. temonem, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Eckhel.* Cat. n. 9. — 34. *Al.* ſed genius ſtans ad aram, d. pateram, ſ. cornuc. Æ 2. Rrr. *Guſſ.* n. 15.) *Vaill.* ib.

k) *Gordiano Pio.* 35. IMP. GORDIANVS PIVS AVG. Caput eius laureat.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Nemeſis ſtans, d. bilancem, ſ. flagellum, pro pedibus rota. Æ 2. *Eckhel.* Cat. n. 10.) *Froelich.* 4 Tent. p. 120. — 36. IMP. GORDIANVS PIVS FE. AVG. Caput laureat.)(COL. FL. DEVLT. (*ſic* omiſſa PAC dictione) Bacchus ſtans d. cantharum, ſ. thyrſum, ad pedes tigris. Æ 2 vel 3. *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 65. n. 26.) — 37. *Eadem* capitis, ſed radiati, epigr.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Lupa gemellos lactans. Æ 2. *Eckhel.* Cat. n. 11.) *Froelich.* 4. Tent. p. 121.) *Hantbaler.* Exercit.) *Harduin.* p. 50. — 38 . . . . . GOR*dianus* PIVS FEL. AV. Caput eiuſdem laur.)(COL. FL. *Pac.* *De*VLT. eroſa eſt epigraphe. Iupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes aquila. Æ 2. *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 65. n. 25. — 39 40. IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Caput laur.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Aeſculapius d. innixus baculo, cui ſerpens inuolutus. Æ 2 et 3. *Guſſeme* III. p. 37. n. 17.) *Mdb.* p. 341.) *Vaill.* Col. — 41. *Al.* ſed figura nuda ſtans, d. pateram, ſ. haſtam. Æ 3. *Guſſ.* ib.) Muſ. *Theup.* p. 735. — 42. *Al.* ſimilis, ſed d. ramum, ſ. haſtam. Æ 3. M. *Theup.* ib. — 43. IMP. C. M. ANT. GORDIANVS AVG. Caput laur.)(*Ead. epigr.* COL. FL. PAC. DEVLT. Vir nudus gradiens, d. extenſa. M. *Theup.* p. 736. — 44. *Al.* ſed fluuii duo decumbentes ad ſitum vrbis docendum, alter quidem barbatus, d. arundinem, ſ. cornucopiae, vrnae aquas vomenti innixo; alter autem muliebri effigie, d. etiam arundinem, laeuo cubito pariter innixo; ante figuram prioris nauis cum velo, nauigabilem eſſe fluuium Panyſum denotans; cornucopiae arguit abundantiam vrbis ex nauigatione. Æ 2. *Guſſeme* n. 16.) *Vaill.* Col. — 45. *Al.* ſed Apollo ſtans nudus, d. laurum, ſ. lyram tripodi ſuperpoſitam, pro pedibus ara luculenta. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 46 . . . . . Caput, vt videtur, eiuſdem Gordiani.)(C. F. P. D. Teleſphorus

tus ſtans. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 12.

l) *Tranquillinae.* 47. SABINIA TRANQVILLINA AVG. Huius caput.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Pallas ſtans, d. clipeo innixa, ſ. haſtam. Æ 3. *Guſſeme* n. 18.) *Vaill.* Col.) Muſ. *Theup.* p. 738. ſed SAB. etc. — 48. *Al.* ſed aquila cippo impoſita inter duo ſigna militaria. Æ 3. Rrr. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 49. SAB. TRANQVILLINA AVG. Huius caput.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Aquila alis expanſis. Æ 2. *Guſſ.* n. 19.) M. *Theup.* p. 739.

m) *Philippo Seniori.* 50. IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Caput Phil. patris laureatum.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Aeſculapius cum baculo ſolito. Æ 3. *Guſſ.* n. 20.) *Mdb.* p. 347.) *Vaill.* Col. — 51. *Al.* ſed Cybele, ſui cultum in colonia Deultana denotans, turrito capite ſedens, d. pateram, ſ. tympanum, hinc et inde pro pedibus leo. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 52. *Al.* ſed C. F. P. D. Leo gradiens. An Matri Magnae ſacer; an ſymbolum coloniae ob abundantiam leonum in Thracia; an inſigne legionis IV. Flauiae? Æ 3. *Guſſ.* n. 21.) *Hard.* p. 49.) *Vaill.* Col.

n) *Otaciliae.* 53. M. OTAC. SEVERA AVG. Huius caput.)(COL. FL. PAC. DEVLT. Hygia ſtans, d. ſerpentem, ſ. pateram, e qua ſerpens depaſcitur. Æ 2. *Guſſeme* n. 22.) *Harduin.* p. 49.) *Vaill.* Col.

o) *Philippo Iuniori.* 54. M. IVL. PHILIPPVS CAES. Caput eius laur.)(C. F. P. D. Leo. Æ 3. *Guſſeme* n. 23.) *Hard.* p. 49.) *Vaill.* Col. — 55. *Ead.* capitis, ſed radiati, epigraphe.)(COL. FL. P...... Mulier ſtans, d. extenſa, ſ. facem oblongam. Æ 2. M. *Theup.* in Addend. p. 1309.

DEVM loco *Deorum*, vid. MATER DEVM, ita dicta Cybele et ex arrogantia Iulia Domna, Seueri coniux. In omnibus, quos collectores cum hac inſcriptione protulerunt, numis Cybele, vt aetatem condecet, ſedens repraeſentatur; ſtans vero in denario ſingularis raritatis apud *Khell.* Suppl. p. 115. — In *al.* Cybele itidem ſtans c. epigr. MATRI DEVM. *ibid.*

Deunx, vndecim vnciae, quaſi dicas, *deeſt vncia*, quod verum huius nominis etymon eſt; in cimeliis autem nondum obſeruatus eſt *deunx*.

Deus. Caeca paganorum antiquitas quos deos coluit, in *deos maiorum gentium*, qui fuerunt et *conſentes* et *ſelecti*, diſtribuit, et in *deos minorum gentium*, quibus in primis indigetes adnumerantur. *Conſentium*, quibus velut conſiliariis in maximis rebus agendis vſus ſit Iupiter, nomina *Ennius* hoc diſticho complexus eſt:

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Praeter hos alii octo adducuntur, qui cum conſentibus *ſelecti* adpellabantur, propter maiores in mundo adminiſtrationes, vel quod populis magnis innotuiſſent, maiorque illis cultus exhiberetur. Sunt autem *ſelecti dii* hi: Ianus, Saturnus, Genius, Rhea, Pluto, Sol, Liber pater, Luna. Erant etiam praeter hos conſentes et ſelectos, qui ex hominibus in deos relati ſunt, quippe communi nomine *Indigetes* dicuntur, quorum maximus eſt numerus, ſed ipſi gentiles eos enumerando non conſentiunt. *Semones* dicuntur, quaſi ſemi-homines, quod pluribus docet *Lipſius* antiq. lect. L. II, c. 18. „Semones dici voluerunt, quos nec coelo adſcriberent, ob meriti paupertatem;

nec terrenos eos deputare vellent, pro gratiae veneratione. — Nomina deorum gentilium in Conſtantinorum numis ſunt rariſſima. *Mediobarbus* ne vnicum quidem vulgauit. — A loco non raro denominabantur dii, vnde in numis Heliopolitanis I. O. M. H. *Ioui Optimo Maximo Heliopolitano*, vbi Iupiter ab incolis Heliopolis vrbis dictus eſt Heliopolitanus. — Corinthii forſan Graeco more Imperatoribus adulantes, eorum geſta ſub deorum ſuorum ſimulacris repraeſentarunt, nihil enim fruſtra in numis percuſſum eſt. Sic Aurelius ſub Neptuni figura in quadrigis exhibetur, d. vt Neptunus tridentem, ſ. vt Imperator victoriolam gerens. — Permulti Syriae regum numi Iouis, Apollinis, aliorumque numinum effigiem exhibent. Tanta etiam regum Syriae erat arrogantia, vt ſe *Deos* in numis adpellarent. Conf. *Galland.* Diction. voce *Deus*.) *Spanhem.* Pr. I. diſſ. 7.

Adulationis genus admodum erat ſollemne populo Romano, vt Imperatoribus ſuis atque Auguſtis, figuras et titulos tribuerent, diis, quos adorabant, proprios. Vnde in antiquis monumentis ac numis, in primis Auguſti, Antonini Pii, Commodi, et aliorum obuiae inſcriptiones: APOLLINI AVGVSTO. — IOVI AVGVSTO. — HERCVLI ROMANO AVGVSTO. — HERCVLI COMMODIANO. — IOVIO GALERIO; pariter Diocletianus: IOVIVS DIOCLETIANVS; et Maximianus: MAXIMIANVS HERCVLEVS. Frequentes etiam in iiſdem numis vel IVNO, vel CERES, vel VENVS AVGVSTA cum dearum nempe habitu et Auguſtarum effigie; vt praeterea in earundem ſtatuis licet paſſim intueri, immo in ſelectis quibuſdam numis ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ, *Liuiam Iunonem;* ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ, *Iuliam*, Auguſti nempe filiam, *Venerem;* ac in inſcriptione apud *Sponium* ΣΑΒΙΝΑΝ ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ, *Sabinam Iuniorem Cererem*, Hadriani coniugem.

Diis viciſſim ac deabus indita virorum ac mulierum cognomina, vt IOVIS AGAMEMNONIS Spartae; STRATONICIDIS VENERIS apud Smyrnaeos in marmoribus.

DEVS ADIVTA ROMANIS. Crux inſiſtens gradibus. Æ. max. mod. Heraclii et Heraclii Conſtantini filii. *Cim. Vindob.* I. p. 46.) *Ducang.* Tb. 33.) *Band.* II. p. 684.) *Eckhel.* Cat. II. 542.) *Mdb.* 584. — *Al.* ſed Æ 2. Heraclii et filii. *Band.* II 681. 686. ex *Ducang.* — *Al.* ſed Æ. max. mod. Conſtantis II. *Eckhel.* Cat. 543.) *Guſſeme* III. p. 37.

Deus Dei Filius. Nero adpellatus eſſe voluit a Claudio adoptatus: ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. *Spanhem.* Pr. II. diſſ. 12.

Deus Dominus. Dei titulum cum illo Domini coniunctum in Cari atque Aureliani numis adulatio inſcripſit, quaſue adpellationes viuentibus adhuc datas fuiſſe putat *Spanhemius*. vid. DEO ET DOMINO etc.

Deuſo vel *Deuſona* oppidum aut caſtellum Germaniae in Francorum finibus vltra Rhenum. Plerique *Duiz* oppidulum eſſe prope Coloniam putant. Deuſonis meminit *Hieronymus* ad Chronicum *Euſebii*, atque ad annum 376. „Saxones, inquit, caeſi Deuſone in regione Francorum. — Templum ibi erat celebre Herculi dicatum, dicto propterea HERC. DEVSONIENSI in Poſtumi numis, qui templum quatuor columnarum effingi curauit cum gradibus; in cuius aditu ſtat Hercules ille nudus, d. clauam tenet humo nixam, ſ. leonis exuuias, forte ob deuictos, vel ad foedus et amicitiam compulſos Francos trans Rhenum habitantes. Æ. Poſtumi. Num. *Arſchot.* a *Rubenio* et *Begero* illuſtr. Tb. 61.) *Band.* I. p. 291.

p. 291.) *Guſſeme* III. p. 37. 38.) *Harduin.* Oper. p. 50.) *Patin.* Impp. p. 420.) *Triſtan.* III. p. 145.) *Vaill.* Pr. III. p. 4. vid. HERC. *al.* HERCVLI DEVSONIENSI, iuncta voce, non duabus DEVS ONIENSIS, vt exiſtimat *Golzius* in Theſ. rei antiquariae. Conf. *Oiſel.* Num. Sel. p. 238. ad Tb. 44. fg. 10.

Dextans, decem aſſis partes, ſiue decem vnciae, ex *de* et *ſextans*, qui duarum vnciarum eſt, ita vt ſex ſextantes aſſem faciant, cui cum vnus deeſt, remanent ſextantes quinque, qui vncias efficiunt decem, diciturque proinde *dextans*, quaſi *deſextans*, id eſt, cui deeſt ſextans, quo minus as integer ſit; quae vero moneta in cimeliis nondum obſeruata fuit.

Δ. ΕΞ. Δημαρχικῆς ᾿Εξουσίας, *Tribunitia Poteſtate.*

ΔΕΞΙΑ. vid. *Meſſene* Peloponneſi.

ΔΕΞΙΚΡΑΤΗΣ magiſtratus nomen in n. Rhodiorum.

Dexter in numis locus inferior, potior ſiniſter, vt cenſet *Harduin.* Oper. p. 443. cui haud alia quaerenda cauſa eius rei videtur, quam quod ita fieri ars pigendi poſtulat; nempe vt is, qui prior eſt ac nobilior, maxima ſui parte conſpiciendum ſe praebeat; qui inferior, minus adpareat. Atqui cum in numo vno Auguſti duo dextras iungunt, qui ſiniſter eſt, ille profecto totam exhibet anteriorem ſui partem conſpiciendam; qui dexter, obuertens ſe in ſiniſtrum latus, magnam ſui partem occultat. Sic in n. Maximiani, VOTIS X inſcripto, ſtant Auguſti duo pateram vnam interſam ambo dextra tenent ſuper aram; qui dexter eſt laeua fulmen tenet, ſymbolum Iouis et Iouii Diocletiani; qui ſiniſter bacillum imperatorium: Eſt autem, qui ſiniſter eſt, potior, ſcilicet Maximianus. Pariter in numo Traiani a Nerua adoptati, Nerua ſiniſtram numi aream occupat togatus, Traianus paludatus cum haſta pura dextram, quoniam dextras cum ambo iungunt, Nerua Traiani pater magis eſt in eo numo conſpicuus; Traiano fere, vt dextram cum Neruae dextra conſerat, terga monſtrante.

Dextra manus ſigno militari ſuperimpoſita, ex ritu, quo dextrae ad abſentes legiones et exercitus fuere miſſae, velut praeſens fidei, hoſpitii et concordiae teſſera, de quo *Tacitus* Hiſtor. L. I. „Miſerat ciuitas Lingonum vetere inſtituto dona legionibus, *dextras* hoſpitii inſigne; et alibi: „Centurionemque Siſennam *dextras* concordiae inſignia, Syriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem, variis artibus adgreſſus eſt; probe hoc obſeruante *Spanhemio.* Pr. I. diſſ. 2. p. 119. — Sic *dextrae*, ſeu manus legionariae perticis ſunt impoſitae cohortium ſignis in n. coloniae Caeſareae Auguſtae, quae Salduba primum, apud *Angelon.* p. 37. edit. ſecundae a *Bellono.*) *Mdb.* p. 79.) *Occonem* edit. vlt. p. 104.) *Morell.* Fam. Licinia Tb. 3. Litt. C. D. *et* in Caligula Tb. 4. fgg. 12. 13. p. 656.) *Patin.* Impp. p. 92. 142.) *Spanb.* l. c. p. 120. vbi tamen ſculptoris incuria, non ſolum facies Caligulae, ſed et litterae C. C. A. LICINIANO ET GERMANO II. VIRIS inuerſo ordine conſpiciuntur.) *Vaill.* Col. I. p. 148.

Dextra manus ceſtu armata inter quatuor globulos in quadratum diſpoſitos. Triens Tudertinorum. Conf. Epiſtola de num. aer. vncial. Tb. 1. fg. 3. p. 24. — Dextrae manus vola cum tribus globis, nota quadrantis. *Ibid.* Tb. 4. fgg. 1. 3. p. 28. — *Al.* ſed hinc tres globuli, inde adpoſita claua. *ib.* Tb. 4. fg. 2. — *Al.* ſed vncus loco clauae. *ibid.* Tb. 5. fg. 1. p. 29.

Dextra manus e nubibus. n. Conſtantini M. — ſed tenet crucem, *al.* coronam. n. Arcadii, Eudociae vxoris, Pulcheriae, Manuelis Comneni.

Dextra manus elata in Auguſti numo apud *Triſtan.* I. p. 89. datam ab Aſiaticis fidem Auguſto denotat, et his ab Auguſto. *Harduin.* Oper. p. 699. — Vel in hoſpitii memoriam manus addita imagini Auguſti ab aliqua colonia, vel in fidei procul dubio ſymbolum. *Spanh.* Pr. I. p. 163.

Dextra ſe antiqui venerabantur, et per dextram iurabant, tanquam fidei ſedem, virtutis miniſtram. Numa, Romanorum rex, Flamines manibus inuolutis ad digitos vſque, rem facere voluit diuinam, ſignificans, foedera eſſe ſeruanda, ac eius ſedem in dextris eſſe ſacratam. Meminit *Aen. Vicus* in Iulio: „Dextram deae Fidei eſſe conſecratam, aurem Memoriae, frontem Genio, digitos Mineruae, genua Miſericordiae. *Seruius* in Aeneid. L I. „Iungere dextras fuit maiorum ſalutatio, cuius cauſam dicit *Varro* Callimachum ſecutus adſerens, omnem eorum honorem dextrae conſtituiſſe virtute, ob quam has ſe venerabantur corporis parte.

Dextrae iunctae apud priſcos ſymbolum concordiae et fidei commune, quod ex *Virgilii* inter alia planum redditur Aen. VIII. vſ. 150.

Accipe, daque fidem.

Et Aen. XI. vſ. 165.

Iunximus hoſpitio dextras.

Item alibi:

En dextra fideſque.

Hocque *Ouidii* Epiſt. 2. vſ. 31.

Commiſſaque dextera dextrae.

Iſtoque *Plinii* L. IX. c. 45. „Ineſt et aliis partibus quaedam religio, ſicut dextra oſculis auerſa adpetitur, in fide porrigitur. Iſte dextras iungendi mos a Perſis dimanaſſe videtur, cum ea res apud eos pro firmiſſima fide haberetur, vt narrat *Diodorus* L. VI. in Hiſtoria Philippi. — Eodem inde ſymbolo implicatae vtriuſque dextrae concordia et fides indicatur vel coniugum, vel collegarum, vel exercituum pariter ac foederatorum, vt loquitur *Tacitus Annal.* L. XII. „Mos eſt regibus, quibus in ſocietatem coeant, implicare dextras; qua de re *Liuius:* Dextra data fidem futurae amicitiae ſanxerunt. — In numis notandum, dextras inuicem vbique iungi, laeuas vero numquam.

Dextrae duae iunctae in n. Alexandriae Aegypti, Aſpendi, Cotiaei Paeſti.

— — Traiani et Hadriani. v. ADOPTIO.

— — Valeriani et Gallieni. v. AETERNITAS.

— — Balbini et Pupieni. v. AMOR MVTVVS AVGG.

— — Auguſti et M. Antonii cum epigr. ANTONIVS IMP.

— — Pupieni et Balbini. v. CARITAS MVTVA AVGG.

— — Criſpinae; *it.* Herennii; *it.* Gallieni. v. CONCORDIA.

— — Balbini et Pupieni. v. CONCORDIA AVGG. *Pariter* Aemiliani, Treboniani et Voluſiani: *it.* Tetrici.

— — Macrini. v. CONCORDIA EXERCITVVM.

— — Neruae. v. CONCORDIAE EXERCITVVM.

Dextrae

Dextrae duae iunctae Marii; *it.* Aureoli. v. CONCORDIA MILIT. *al.* MILITVM.

— — M. Antonii; *it.* Vitellii. v. FIDES EXERCITVVM. Idem Vitellii numus a Traiano reſtitutus. *Vaill.* Pr. II. p. 115.

— — Balbini et Pupieni. v. FIDES MVTVA AVGG.

— — Iul. Caeſaris: *it.* Aemiliae gentis. v. L. AEMILIVS BVCA IIII.VIR.

— — Imperatoris et Senatus. n. Balbini; *it.* Pupieni. v. PATRES SENATVS.

— — Balbini et Pupieni. v. PIETAS MVTVA AVGG.

— — Traiani c. epigr. TRIBVNITIA POTESTAS.

— — Seueri et Caracallae. v. VICTORIA AVGG.

— — in familiarum numis, caduceum alatum tenentes, concordiam indicant modo inter triumuiros reipubl. conſtituendae, modo Caeſaris et Auguſti cum ſenatu, modo fratrum; illae caduceum tenent, ex ea felicitatem vt indicent, in denariis g. Aeliae, Aemiliae, Anniae, Claudiae, Iuniae, Liuineiae, Mummiae, Muſſidiae, Semproniae, Siliae, Statiliae, Vibiae, aliarum. *Similiter* complectuntur duae dextrae caduceum ad concordiam arguendam in n. Impp. Iul. Caeſaris, Auguſti, M. Antonii, Lepidi, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, Neruae, Antonini Pii, M. Aurelii. *Item* tenetur caduceus a duabus dextris in n. Amorii Phrygiae, Commagenes Syriae etc.

— — coniunctae tenent caduceum medium inter binas ſpicas. AV. AR. Æ. Antononi Pii: — idem typus cum epigr. FIDES PVBLICA. n. Titi.

Dextrae duae iunctae ſed caduceum inter quatuor ſpicus ſtringunt. AR. Domitiani.

— — ſed caduceum medium inter ſpicas et papauera. n. Caniniae gentis, Galbae Imp.

— — ſe iungentes caduceo, ſpicis et papaueribus intermediis, c. epigr. FIDES PVBL. n. Veſpaſiani.

— — ſed cum caduceo et duobus c. c. et inſcr. PAX. n. Auguſti.

— — ſed duas tenent ſpicas, intermedio papauere. AR. Claudii.

— — aquilam legionariam ſuſtinent cum epigr. FIDES LEG. n. Albini.

— — ſed epigraphe eſt: FIDES MILITVM. — *alia:* PRINCEPS IVVENTVTIS. n. Domitiani.

— — ſed aliud ſignum militare tenent. n. M. Aurel. *it.* L. Veri. v. CONCORD. EXERC. *al.* EXERCIT.

— — ſed ſignum militare nauis prorae infixum. n. M. Antonii, Veſpaſiani, Domitiani, Neruae, Traiani, M. Aurelii, Commodi. v. CONCORDIA EXERCITVVM.

— — ſed tropaeo intermedio. n. Neruae. *ibid.*

— — ſed intermedio aſtro. n. Elagabali. v. CONCORDIA EXERCITVS.

Dextrae tres ſe iungentes n. Antonini.

— — ſed cum epigr. CONCORDIA AVGG. n. Saloninae, Valeriani Iun.

Dextrae tres ſed caduceo intermedio, hinc inde alia ſigna. n. Auguſti.

— — complectentes caduceum et faſcem c. epigr. SALVS GENERIS HVMANI. n. Triumuirorum M. Antonii, Auguſti et Lepidi.

Dextris ſuſtinent duae Victoriae clipeum. n. Valeriani Senioris, Claudii Gothici. v. VOTA ORBIS.

— — ſed in clipeo ſcriptum: VOT. X. MVLT. XV. n. Conſtantis. v. OB VICTORIAM TRIVMPHALEM.

— — Roma antiqua ſedens, inde noua pedem naui imponens, ambae clipeum, in quo VOT. XXX. MVLT. XXXX. n. Conſtantii. v. GLORIA REIPVBLICAE.

Dextris ſuſtinent globum Valerianus et Gallienus. n. Valer. Sen. v. VICTORIA AVGVSTORVM.

— — ſed globo ſuperpoſita eſt victoriola. n. Licin. Sen. v. CONCORDIA AVGG. DD. NN. AET. — *al.* Conſtantii Chlori. v. CONCORDIA AVGG. ET CAESS.

— — ſed globum ſuperuolitat Victoria cum corona in vtraque manu. n. Diocletiani. v. CONCORDIAE AVGG. NN.

— — ſed Imperatores duo habitu auguſtali in ſolio imperatorio ſedentes; a tergo ſolii adeſt Victoria, aut forſan angelus tutelaris alis expanſis, Imperatores quaſi protegens. n. Conſtantini Iun. Idem ſchema ſaepius in numis poſteriorum Impp. occurrit. v. VICTORIA AVGG.

— — ſed orbi terrarum victoriola inſiſtit, quem Maximianus Imp. et Iupiter vel Hercules tenent. n. Maximiani c. epigr. CONCORDIA MILITVM.

Dextris admotis ſuſtinent Victoria et Libertas erectum tropaeum. n. Magnentii. v. VICTORIA AVG. LIB. ROMANOR.

Dextras ſibi iungunt pro concordiae coniugalis ſymbolo in complurimis veterum numiſmatibus Imperator et Auguſta, quo argumento fidem dextris tutandam et ſacratam eſſe ſignificabant, quod et dextra dextrae iuncta denarium efficit numerum, qui ſacratiſſimus, vt refert *Gyraldus*. Sic in ſignum coniugalis concordiae.

Dextras iungunt Domitianus togatus cum Domitia vxore. n. Pergamenor.

— — Antoninus Pius cum Fauſtina coniuge. v. CONCORDIAE. — *Al.* ſed infra hos medii ſtantes M. Aurelius et Fauſtina Iun. duae minores figurae, item dextram ſibi iungentes ſuper aram intermediam. v. CONCORDIAE.

— — M. Aurelius et Fauſtina Iun. intermedia figura muliebri. v. VOTA PVBLICA. — Iidem dextras iungentes, ſed infra Commodus et Criſpina dextras dant ſuper accenſam aram. n. Commodi. v. CONCORDIAE.

— — Commodus et Criſpina pro matrimonio contrahendo. v. VOTA PVBLICA.

— — duae figurae, alia figura intermedia. n. Iul. Domnae. v. CONCOR....

— — Caracalla et Plautilla. n. Byzantii, Hierapolis, Tarſi. vid. CONCORDIA FELIX. — CONCORDIAE AETERNAE. — PROPAGO IMPERII.

Dextras

Dextras iungunt Elagabalus et Iulia Paula. v. CONCORDIA. — *Al.* ſed Concordia ipſa intermedia. n. Perinthi. vid. CONCORDIA AETERNA.

— — Idem Elagabalus cum Aquilia Seuera, ſed aſtro intermedio. v. CONCORDIA. — *Al.* ſed intermedia figura tertia. v. CONCORDIA AETERNA.

— — Idem Elagabalus cum Annia Fauſtina, intermedio itidem aſtro. v. CONCORDIA.

— — Alexander Seuerus cum Orbiana. v. CONCORDIA AVGVSTORVM.

— — Gordianus cum Tranquillina n. Tarſi. vid. CONCORDIA AVG *al.* AVGG. *al.* AVGVSTORVM. — *Al.* ſed ara intermedia. n. Antiochiae Piſidiae.

— — Gallienus cum Salonina. v. CONCORDIA AVGG.

— — Aurelianus cum Seuerina. v. *ibid.* — *Al.* ſed capite Solis intermedio. *ibid.*

— — Germanicus et Druſus togati ſtantes ad aram, adſcribitur in imo IVNCTIO. *Morell.* Impp. I p. 609.

— — Traianus et Hadrianus ſtantes. *AV.* Hadriani. *Khell.* Suppl. p. 70. — ſed in medio eorum ſtat Roma galeata. *AV.* et add. S. C. Æ I. Hadriani. *Eckkel.* Cat.

— — M. Aurelius et L. Verus, ambo togati, vt ſymbolum concordiae inter binos iſtos fratres, qui primi ſub Auguſtorum nomine ſimul imperio Romano praefuerunt. Hinc *Ariſtides* Orat. Cyzicena de Marco: „O mirabilem virum, qui nihil, niſi cum fratre velit regere. n. M. Aurel. et L. Veri. vid. CONCORD. AVG. *al.* AVGVSTOR. *al.* AVGVSTORVM. — CONCORDIA AVGVSTORVM. — CONCORDIAE AVGVSTOR. *al.* AVGVSTORVM. — ΟΜΟΝΟΙΑ ϹΕΒΑϹΤΩΝ. — *it.* n. Adramytii, Anazarbi, Argiuorum, Nyſae, Tarſi. *Vaill.* Gr. p. 48.

Dextras iungunt Seuerus cum filio ſuper aram ignitam adſtante tertia figura. v. SAECVLARIA SACRA. *Oiſel.* Th. Sel. Num. Tb. 100. fg. 4. p. 496.

— — Caracalla et Geta. n. Amaſiae, Byzantii, Laodiceae Syriae, Mytilenes, Perinthi, Traianopolis. — *it.* vid. CONCORDIA AVG. — CONCORDIAE AVGG. — PIETATI AVGVSTAE.

— — Iidem, ſed dextris eorum iunctis inſiſtit Victoria. n. Sept. Seueri. v. CONCORDIA AVGVSTORVM.

— — Iidem, ſed duae aliae figurae eorundem capitibus imponunt laureas. n. Caracallae. v. CONCORDIA AVGVSTORVM. — *it.* n. Getae. v. CONCORDIAE AVGG.

— — Macrinus et Diadumenianus. n. Thyatirae.

— — Maximinus et Maximus. v. VICTORIA AVGVSTORVM.

— — Balbinus cum Pupieno. v. PIETAS MVTVA AVGG.

— — Valerianus et Gallienus. v. CONCORDIA AVGG.

— — Carus et Carinus, Hercules lauream Caro, Apollo Carino imponit. v. VIRTVS AVGVSTOR.

— — duo Impp. cum epigr. CONCORDIA AVG. n. Gal. Maximiani. — *Al.* ſed epigr. eſt: CON-

CONCORDIA FELIX DD. NN. n. Val. Maximiani, Gal. Maximiani Conſtant. M. — *Al.* ſed cum epigr. CONCORDIA PERPET. DD. NN. n. Conſtant. M.

Dextram committit Imp. Antoninus Pius cum Quadorum rege. v. REX QVADIS DATVS.

— — L. Verus cum ſenatu adſtanti. v. PIETATI SENATVS. — Pariter Commodus dextram iungit cum ſenatu. v. PIETAT. *al.* PIETATI SENATVS.

— — L. Verus cum Roma galeata armis inſidente.

— — Galba cum tribuno militum, de quo Galbae adulterino numo *Chiflet* de Othon. aer. p. *16.* Alium eodem cum typo Galbae aureum verum protulit *ib.* p. *6.* cum epigr. CONCORDIA PRAETORIAN.

— — Domitianus cum figura militari, ara intermedia, adſtantibus militibus cum ſignis. v. FIDES EXERCITVVM.

— — Caracalla cum Amazone ſupra aram ignitam. n. Thyatirae.

— — Gordianus laureato capite cum figura muliebri, quae turrito capite, vel vrbis genius eſt, vel Tranquillina vxor ſub muliebri vrbis genii ſpecie. n. Marcianopolis.

— — Idem Gordianus cum Pallade. n. Sidetum.

— — Valerianus paludatus radiata corona cinctus ſtans cum alio viro paludato, cuius caput turritum eſt, ambo ſiniſtram haſta pura fulciunt, ad latus Imperatoris alia adſtat figura. n. Nicaeae. — *Al.* typo eiuſdem vrbis eodem, ſed cum capitis epigraphe: ΚΟΡΝ. ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. *Cornelia Salonina Auguſta. Froelich.* 4. Tent. p. 259.

Dextras ſungunt duae Amazones. n. Epheſ. et Smyrn. *it.* Sardium. — *Al.* ſed ara ignita intermedia. n. Amiſi.

— — Amazon et Diana. n. Smyrnae.

— — Amazon et genius vrbis n. Smyrn. et Nicomed. *it.* Smyrn. et Pergamen. *it.* Smyrn. et Thyatir. Concord. *it.* cum epigr: ΝΙΚΟ. ΜΗΤΡ. ΑΜΑϹΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

— — Bacchus et Pallas. n. Sidetum.

— — Caſtor et Pollux ſtantes. n. Lacedaemonis.

— — Diana et Serapis. n. Neronis; *it.* Epheſ. et Smyrn. Concord. *it.* Smyrn. et Nicomed. Concord.

— — Iuno Pronuba et Imp. Traianus. n. Samior.

— — duo Ioues, alter Epheſius, alter Cyzicenus. n. Antonini Pii; *it.* Epheſ. et Cyzici Concord. v. ΕΦΕϹΟϹ ΚΥΖΙΚΟϹ.

— — Iupiter et Diana. n. Pergam. et Epheſ. Concord.

— — Iupiter et Hercules. vid. VIRTVS AVGG.

— — Iupiter et Serapis. n. Mileſior. et Smyrn. Concord.

— — Mars et Pallas, capite vterque galeato. n. Tegeatis in Peloponneſo.

— — Mars et mulier. n. Metropolis Ioniae.

— — Sol. et mulier. n. Rhodiorum.

Dextras

Dextras iungunt Tmolus et Pergamus. n. Sardium et Pergamenor.

Dextras ſibi porrigunt GALLIA. HISPANIA. n. Galbae. *Oiſel.* Th. Sel. Num. Tb. 26. fg. 5.

— — Italia et Roma, quae n. Fufiae gentis nuncupantur IΤΑ. RO. *Oiſel.* ib. Tb. 28. fg. 12.

— — Ilii vrbis genius et Roma cum epigr. ΙΛΙΟΝ ΡΩΜΗ. n. Elagabali.

— — Pannonia ſuperior et inferior, iuxta ſignum militare intermedium c. epigr. PANNONIAE. n. Trai. Decii. *Oiſel.* ib. Tb. 23. fg. 1.

— — duae figurae. v. CONCORDIA AVG. *al.* AVGG. — ΚΥΖΙΚΟϹ ϹΜΥΡΝΑ.

— — ſed ambae nudae ſedentes. n. Nicaeae.

— — duae mulieres ſtolatae ſtantes n. Sardium.

— — ſed tertia intermedia c. epigr. VOTA PVBLICA. Æ. Othonis adulterinus. *Schulz.* Mz Cab. II. Tb. 1. fg. 6. p. 29.

— — ſed figura virilis imberbis et mulier ante eam ſtans, ara intermedia. n. Attaliae.

— — ſed virilis barbata et mulier turribus ornata. n. Nicomediae.

— — ſed duo viri togati ſtantes ad aram. n. Ilic. Hiſpaniae Tarracon.

Dextras iungunt duae mulieres in numis vrbium inter ſe concordiam exprimentibus, in cuius ſocietatis gratiam dextras ſibi porrigunt, quaſi iure iurando inter eas facto; Sic Antiochia et Laodicea c. ep. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

Dextras iungunt Apollonia Cariae cum Lyciis, addita epigr. ΑΠΟΛΛΩΝ. ΚΑΙ ΛΥΚΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

— — Epheſus et Smyrna c. ep. ΕΦΕ. ϹΜΥΡ. ΟΜΟΝΟΙΑ.

— — Smyrna et Nicomedia, vt in n. M. Aurelii.

— — duae figurae muliebres ſtantes, quarum vna turulata, altera cornucopiae gerit. n. Gazae cum epigr. ΓΑΖΑ ЄΙѰ.

— — duae mulieres coram ara. n. Amaſtris et Odeſſi.

Dextram porrigit Roma ſpoliis armorum inſidens Hadriano Imp. togato ſtanti, eique a peregrinationibus per orbem Romanum reduci aduentum gratulatur. Inſcriptio eſt ADVENTVS AVG. n. Hadriani. *Oiſel.* Th. Sel. Num. Tb. 90. fg. 12. p. 456. — Pariter Roma Amazonis inſtar galeata, ſ. clipeum et haſtam, data *dextra* Imp. aduenantem excipit, ſibique aduentum eius gratulatur cum epigr. ADVENTVS AVGVSTI. n. Vitellii. *Oiſel.* ib. fg. 5. p. 454.

— — praetorianus ſignifer Imperatori in fidei teſſearm n. Claudii. v. PRAETOR. RECEPT. — Idem typus, ſed n. Galbae c. epigr. CONCORDIA PRAETORIA-*Norum.* — Imp. Aurelianus togatus cum matrona adſtante, quae militum concordiam deſignat, *dextras* iungens, indicans ſe CONCORDIA MILITVM, ex numi epigraphe, ad imperium perueniſſe, teſte *Vopiſco* de Aureliano: „Conſenſu omnium legionum factus eſt Imperator. n. Aureliani. *Oiſel.* Tb. 81. fg. 4. p. 424. — Idem fere typus in n. Taciti, Floriani, Probi. v. CONCORD. MILI. *al.* MI-

D. F. *Decimi Filius.* D. F. D. N. *Decimi Filius, Decimi Nepos.* — D. IVNI. D. F. BRVTVS, Decimus Iunius, Decimi Filius, Brutus e Iunia gente.

D. F. *Diui Filius.* AVG. D. F. LVD. SAEC. FEC. *Auguſtus Diui Filius Ludos Saeculares Fecit.*

ΔΗ. in area n. Seleuciae in Cilicia. *Pellerin.* Tb. 74. n. 24.

ΔΗ. inter crura equi ſubſultantis. n. Gyrton. Theſſaliae apud *Peller.* Tb. 26. fg. 7.

ΔΗ. Δηλίων, *Deliorum.* v. *Delos.* inſula. Muſ. *Hunter.* Tb. 25. fg. 4. p. 127.

ΔΗ. vel ΔΗΜ. ΕΞ. Δημαρχικῆς Ἐξουσίας, *Tribunitia Poteſtate.* n. Antiochiae Syriae.

ΔΗ. Δημητρίου, *Demetrii,* in n. Demetrii II. Nicatoris · ΒΑ. ΔΗ. Βασιλέως Δημητρίου, vt in aliis eiuſdem Syriae regis integre legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, *Regis Demetrii.*

ΔΗ. in monogrammate Δημητρίου, *Demetrii,* vel *Demetriadis* filii.

ΔΗ. an Δήμια, *Demia,* ſeu publica teſta; an Δημήτρια, ſeu *Cerealia* certamina in Tarſi numo · ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ πόλεως ΤΑΡΣΟΥ ΔΗ. inſcripto. Æ mai. Alexandri Seueri. *Vaill.* Gr. p. 140. 133. vid. ΔΗΜΗΤΡΙΑ.

ΔΗ. Δημονίκου, *Demonico* prytane.

ΔΗ. Δῆμος, *Populus.* ΑΛΕ ΔΗ. in Ⱥ 1. Seleuci VI. Syriae regis legit *Harduinus.* et cum eo *Liebe* Goth. Num. p. 127. Ἀλεξανδρέων Δῆμος, *Alexandrinorum Populus,* quod de Alexandria ad Iſſum accipiendum videtur; pro quo *Froelich.* Annal. Syr. p. 107. ΑΛΑΙΑΙ. poſuit et ad incerta retulit.

ΔΗΛ. Δηλίων, *Delii.* Vel ΔΗΛΙΑΣ, ΔΗΛΙΟΣ, ΔΗΛΙΟΥ, ΔΗΛΙΩΝ. vide *Delos* inſula. *Golz.* Inſ. Graec. Tbb. 17. 18.

ΔΗΜ. abruptum magiſtratus nomen in n. Athenarum.

ΔΗΜ. Δημαρχικός, ή, όν, *Tribunitius, a, um.* ΔΗΜ. Ε. al. ΕΞ. al. ΕΞΟΥΣ, vel integre ΕΞΟΥΣΙΑΣ, Δημαρχικῆς Ἐξουσίας, *Tribunitia Poteſtate.* — ΔΗΜ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Β. al. Γ. vel aliter. *Tribunitia Poteſtate, Conſul Secundum, Tertium* etc. vt in numis Domitiani, Traiani, M. Aurelii, L. Veri.

ΔΗΜ. Δῆμος, *Populus.* ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΔΗΜ. n. Tiberii, *Aegaeorum* Ciliciae. *Vaill.* Gr. p. 8. — ΔΗΜ. ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ, *Populus Amphipolitarum.* n. Auguſti. *Golz.* in Aug. Tb. 54. *Morell.* in Aug. Tb. 39. — ΔΗΜ. ΑΝΤΙΠΟΛΕΙΤ. *Populus Antipolitanorum.* *Harduin.* Oper. p. 23. *Muſell.* Num. Pop. Tb. 3. n. 9. *Golz.* Gr. Tb. 36. n. 9. — ΔΗΜ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ, *Populus Philadelphenſium* Lydiae. M. *Pembrok.* II. Tb. 33. n. 4. — Adiiciuntur in quibuſdam numis litterae Γ. Π. Γερουσίας Προσθέγματι, *Senatus Edicto.*

ΔΗΜΑΡΑΤΟΣ, *Demaratus* nomen magiſtratus ſine titulo. In n. Neronis: ΡΟΔΙΩΝ ΔΗΜΑΡΑΤΟΥ, *Rhodiorum Demarati.* *Vaill.* Num. Gr.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. al. ΕΞΟΥΣ. al. ΕΞΟΥΣΙΑΣ vel etiam ΕΞΟΥΣΙΑΣ, Δημαρχικῆς Ἐξουσίας, *Tribunitia Poteſtate,* ex Δῆμος, *Populus,* et ἄρχων, *Princeps,* in Antiochiae Syriae numis frequentiſſime. — Cum in numis Auguſtae ſignata ſit rarum eſt, honos enim iſte non niſi viris conceſſus fuerit. Legitur tamen in n. Herenn. Etruſcillae apud *Patin.* Impp. p. 402. — Ad templum Veneris Paphiae in n. Tiberii: ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ. ΥΠΑΤ. *Vaill.* Gr.

Adp.

Adp. Tb. 4. — Traiani numi a Tyriis nos docent, etiam Graecos, vt Romanos numerum aditae Tribunitiae Poteſtatis nonnumquam neglexiſſe. *Khell.* Suppl. p. 58. ſeq. vbi de eodem Traiano occurrunt argentei numi cum annis ita; ΔΗΜΑΡΧ. ЄΞ. ΙЄ. ΥΠΑΤ. Є. *Trib.* poteſt. 15. Conſul. 5. quae notae in ao. V. C. 863 et 864 indicunt; *al.* ΔΗΜΑΡΧ. ЄΞ. ΙϚ. ΥΠΑ. Є. *al.* ΔΗΜΑΡΧ. ЄΞ. ΙϚ. ΥΠΑΤ. Ϛ. *Trib. Pot.* 16. *Conſ.* 6. *al.* ΔΗΜΑΡΧ. ЄΞ. ΙΖ. ΥΠΑΤ. Ϛ. *Trib. Pot.* 17. *Conſ.* 6. *al.* ΔΗΜΑΡΧ. ЄΞ. ΚΑ. ΥΠΑΤ. Ϛ. *Trib. Pot.* 21. *Conſ.* 6. Confer. *Belley.* Memoires de l'Acad. des bell. Lettr. T. XXI. p. 442. et *Pellerin* Melanges de Med. Tom. I. p. 185.) it. *Khell.* Suppl. p. 61. pariter in Caracalla. ib. p. 127.) *Vaill.* Pr. II. p. 126. ſq.

ΔΗΜ. ΑΡΧ. ΕΞΥΠΑΤΟΣ, ſed ſcribendum fuiſſet: ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤΟC. *Tribunitia Poteſtate Conſul.* Patin. Impp. p. 648. — Ita enim e. gr. circa ambitum in Diadumeniani numo, in cuius area S. C. Δ. Ε. et aquila alis expanſis. Bis quidem voces in hoc Diadumeniani numo Antiochiae in Syria cuſo adpoſitae ſunt, ſed non repetitae, vt ſibi perſuaſit *Harduinus.* Nam ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. in perigraphe ad Imp. Diadum. ſpectant, litterae vero Δ. Ε. in area ad Antiochiae vrbem pertinent, ob monetam ipſi populi iuſſu conceſſam.

ΔΗΜΑΡΧ. ЄΞΟΥCΙΑC. S. C. *al. ſimilis,* ſed add. ΥΠΑΤΟC ΑΝΤΙΟΧΙΑ. Aquila ſtans.)(ΜΑΡ. ΩΤΑΚΙΛ. CЄΟΥΗΡΑΝ. CЄΒ. Caput Otaciliae lunae falcatae impoſitum. AR. mai. mod. *Khell.* Suppl. p. 165. Epigraphes vero, quae *Tribunitiam poteſtatem* et *Conſulatum* indicant, ad Imperatorem pertinent, prout in AR. eiuſdem moduli, ſed Trebon. Galli. ΔΗΜΑΡΧ. ЄΞΟΥCΙΑC ΤΟ Β. *Khell.* ib. p. 172.

ΔΗΜΑΡΧΙΚ. ΕΞΟΥC. ΚΔ. *al.* ΚΕ. *al.* ΚϚ *Tribunitiae Poteſtatis* *Raſche Lex. Num.* T. II. 24. 25. 26. Caput Iouis Ammonis. Æ I. M. Aurelii. *Harduin.* Oper. p. 784.

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, expreſſis litteris, *Tribunitia Poteſtate,* addita numeri nota e. g. Δ. τετάρτης, *Quarta.*

ΔΗΜΕΑΣ magiſtratus nomen in n. Athenarum.

ΔΗΜΕΟΥ pro ΔΑΜΕΟΥ, *Dameae* nomen. ΕΠΙ ΓΡ. ΔΗΜΕΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Scriba Damea Magnetum.* Æ I. Gordiani Pii. *Vaill.* Num. Gr. p. 152.

ΔΗΜΗ. abruptum magiſtratus nomen. n. Athenarum.

ΔΗΜΗΙΕΡΩ ΑΘΗναι, *Sub Demeiero Athenae.* *Beger.* Th. Br. I. p. 470.) *Muſell.* Num. Pop. Tb. 4. n. 10.) Muſ. *Theup.* p. 1252.

ΔΗΜΗΤ. Δημήτηρ, *Ceres,* Deum mater, vel Terra a δῆ, id eſt, γῆ, *Terra,* et μήτηρ, *Mater;* Doribus autem vſitatum δᾶ pro δῆ ſiue γῆ, vnde et Attici Δάματερ in vocatiuo caſu. — ΔΗΜΗΤ. ΝΕΑ, Δημήτηρ Νέα, *Ceres Noua,* ſic Sabina Hadriani vxor. — ΘΕΑ ΔΗΜΗΤ. ΝΕΙΚΑΙΕΙC, *Dea Ceres Nicaeenſium,* Ceres in bigis vtraque facem gerit ardentem. Æ max. Antonini Pii. *Spanhem.* Pr. I. p. 636.) *Vaill.* Gr. 44. — ΔΗΜΗΤ. ΝΕΙΚΟΜ. *Ceres Nicomedienſium* in Bithynia cum Cereris effigie, quae d. extendit. ſ. haſtam. n. Anton. Pii. *Vaill.* Adpend. Gr. Tb. 6.) *Spanh.* l. c.

ΔΗΜΗΤΕΡ *Ceres,* n. Neronis in Aegypto percuſſus.

ΔΗΜΗΤΕΡΑΣ. L. Δ. Cereris, Anno Quarto. Ceres velata ſtans, d. ſpicas, ſ. facem longam. n. Neronis ab Alexandr. Aegypti. *Morell.* in Nerone Tb. 14. fg. 12. Tom. II. p. 123.

ΔΗΜΗΤΗΡ, *Ceres*, frugum inuentrix et cultus terrae, Saturni et Opis ſeu Rheae filia, ex qua Iupiter Proſerpinam ſuſcepit, quam Pluto rapuit. Ceres accenſis in Aetna monte taedis filiam toto orbe perquiſiuit maximo labore. A gerendis frugibus nominata a *Cicerone* Nat. Deor. L. II. tanquam *Geres*, a Graecis vero Δημήτηρ, quaſi Γημήτηρ dicta, hoc eſt, *Terra Mater*. Culta eſt a pluribus populis, cum ipſa vitae domina putaretur ob fruges, quibus praeeſſe credebatur. In Bithyniae vrbibus praecipuo erat honore, vt Nicomediae eius metropoleos numi nos docent. An vero Nicaeenſes ab illa cultum aliqua confoederatione habuerint? In Hadriani num. aer. legitur ΘΕΑ ΔΗΜΗΤΗΡ ΝΙΚΑΙΕΙϹ, *Dea Ceres Nicaeenſes*, et ipſa in bigis vtraque facem ardentem gerit. *Vaill.* Num. Imp. Gr. pag. 299. — ΝΕΑ ΔΗΜΗΤΗΡ, *Noua Ceres* in inſcriptione Graeca apud *Sponium* adpellatur Sabina Hadriani.

Δημήτηρ iuxta Luſtrationem deor. Graecor. et Latinorum, quae inſerta legitur in Vnſchuld Nachrichten 1708. p. 64. Ceres dea ſalutaris erat Graecorum ex detorta traditione de ſemine mulieris enata; habebatur enim quaſi radix deorum apud Graecos renatorum, eiuſque filia Plutoni dabatur in matrimonium; poſtea cum muliere Eleuſinia, rei oeconomicae peritiſſima, nec non cum frumento et vi plaſtica confuſa eſt.

ΔΗΜΗΤΡ. (*ſic*) *Ceres*. ΘΕΑ ΔΗΜΗΤΡ. ΝΙΚΑΙΕΙϹ, *Deae Cereri Nicaeenſes*. Ceres ambabus facem in curru a duobus alatis draconibus tracto.)(ΑΥΤ. ΚΑΙϹΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Caput Antonini Pii. *Buonarrot.* Num. Carp. Tb. 4. fg. 5. p. 56 ſq.

ΔΗΜΗΤΡ. Δημητρίου, *Demetrii*. ΔΗΜΗΤΡ. ΒΑΣΙΛΕ. Δημητρίου Βασιλέως, *Regis Demetrii* ſcil. II. Nicatoris Syriae. vid. *Demetrius* II.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ magiſtratus nomen n. Athenarum. M. *Hunter*. Tb. 8. n. 15.

ΔΗΜΗΤΡΙΑ, *Demetria* certamina et feſta Cerealia de Cereris nomine inſtituta. Illa enim dea Ceres tanquam Geres a gerendis fructibus, et Δημήτηρ quaſi Γημήτηρ a Graecis adpellata, id eſt, *Terra Mater*. Feſta erant Eleuſinia magna in vrbe Eleuſi, parua autem Athenis et Theſmophoria; in illis multa ad frugum, in his plurima ad legum inuentionem fiebant. Praemium in Demetriis fuit hordeum. — ΔΗΜΗΤΡΙΑ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Demetria Nicomedienſium Bis Neocororum*. Vrna cum duobus palmae ramis. n. aer. 1. Caracallae. *Vaill.* Num. Imp. Gr. p. 106. 333. — *Al.* ſed ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, et ſub vrna ΑΝΤΩΝΙΑ. Æ 1. Elagabali. *Froelich.* 4. Tent. p. 302. — *Al.* ſed tria templa conſpiciuntur. Certamina haec in Cereris honorem a Nicomedienſibus inſtituta, cum illa ſit tutelaris vrbis dea, vt frequentes eorum numi cum eius effigie denotant. Libanius Nicomediam Cereris oppidum adpellat. — ΤΑΡϹΟΥ ΤΗϹ ΜΗΤΡΟΠ. circa ambitum; in corona ΔΗΜΙ. pede poſteriori forſan aerugine deleto. Nicomedienſium exemplo ad certamina Demetria ſeu Cerealia ſpectare exiſtimauit *Vaill.* l. c. p. 140. 333. Sed *Spanhem.* Epiſt. 5. ad *Morell.* hanc epigraphen ΔΗΜΗ. Δήμια explicat, id eſt, *feſta publica*. — Alterum, Alex. Seueri numum aer. max. formae ex Tarſo protulit *Vaill.* p. 140 ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ πόλεως ΤΑΡϹΟΥ ΔΗ. inſcripto, quas vltimas voces Δημήτρεια explicuit ob duos ſerpentes Cereri dicatos et eius currui frequenter iunctos.

ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟϹ, *Demetrianus*, a) archon Cotiaei Phrygiae. ΕΠΙ Π. ΑΙΛ. ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΙΠΠΙΚΟΥ ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ, *Sub Publio Aelio Demetriano Hippici filio Archonte*. Æ 2.

a. Valeriani Sen. *Band.* I. p. 134. — *it.* Gallieni. *Vaill.* Gr. — b) magiſtratus Pergamenor. ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΘΕΡΜΑΝΔΡΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Sub Demetriano Thermandri* fil. Æ. Sept. Seueri. *Vaill.* Gr.

ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ, *Demedrienſium.* v. *Demetrias* Theſſaliae.

ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ, *Demetrienſium* vrbis Sacrae. v. *Demetrias* Aſſyriae.

ΔΗΜΗΤΡΙΟ. loco Δημητριέων, *Demetrienſium.* v. *Demetrias* Theſſaliae.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, *Demetrius* nomen regis Syriae. Ita ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Demetrii Regis.* — ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Demetrii Soteris* ſeu I. huius nominis. — ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, *Regis Demetrii Dei Nicatoris,* vel II. etc. vid. *Demetrius* I et II. Syriae reges.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ ΣΩΤΗΡ, *Demetrius Philopator Soter,* vid. *Demetrius* I. rex Syriae.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, *Demetrius,* magiſtratus nomen. Sic in n. Abderitarum: ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, *Sub Demetrio.* — Pariter nomen ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ in tetradrachmo Antiochiae Syriae. *Eckh.* Num. Vet. p. 208. — porro a) Archontis Apollonidenſium in Ionia: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, *Sub Archonte Demetrio. al.* ΕΠΙ Τ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΡΧ. Α, ΤΟ Β. *Sub Tito Demetrio Archonte Primo Iterum.* n. M. Aurelii. — b) Praetoris ibidem: ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΠΕΛΛΑ Β. *Sub Praetore Demetrio Apella Iterum.* Æ max. Caracallae. — c) Byzantiorum: ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟ Β. *Sub Demetrio Iterum.* n. Hadriani; *it.* Sabinae. — d) Archontis Cadorum Phrygiae: ΕΠΙ ΑΥΡ. ΡΟΥΦΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΚΑΔΟΗΝΩΝ, *Sub Aurelio Rufo Demetrio,* vel Demetrii fil. n. Valeriani Sen. — e) Pontificis Cotiaenſium: ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΚΟΤΙΑΕΩΝ, *Sub Demetrio Pontifice.* Æ 1. Macrini. — f) Magiſtratus Halicarnaſſi Cariae: ΑΡΧ. Τ. ΦΛ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. n. ſuſpectus. — g) Leucadiorum Acarnaniae. v. *Leucas.* — h) Magiſtratus, vel Demetrii Poliorcetis. n. Sinopes Paphlagoniae. — i) Magiſtratus Megarae in Attica. M. *Hunter.* p. 194. — k) ΔΗΜΗΤΡΙΟC. *al.* ΔΗΜΗΤΡΙΟC ΚΩΚΟC ΣΩΠΑΤΡΟΣ, magiſtratus Epheſi. M. *Hunt.* p. 136.) *Peller.* Tb. 55. n. 6.

ΔΗΜΗΤΡΙΩΝ, loco Δημητριέων, *Demetrienſium.* v. *Demetrias* Aſſyriae.

ΔΗΜΗΤΡΩΔ . . . ΡΟΣ, magiſtratus Smyrnae. M. *Hunt.* p. 277.

ΔΗΜΙ intra coronam n. Tarſi, an Δήμια, *Publica feſta* iuxta *Spanhemium,* an Δημήτρια, pede poſteriori in littera Η deleto, *Demetria* vel *Cerelia* Certamina, vti cenſet *Vaill.* Gr. p. 38. 129.

ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ, *Democrates* nomen a) Magiſtratus Rhodiorum: ΡΟΔΙΩΝ ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥ, *Democrati.* — b) Scribae Magneſiae ad Maeandrum: b) ΑΥΡ. ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ ΓΡ. *Aurel. Democrat. Scriba.* n. Gordiani Pii. *Vaill.* Gr.

ΔΗΜΟΝΕΙΚΟC, *Demonicus* nomen a) Praetoris: ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΔΗΜΟΝΕΙΚΟΥ ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Demonico Temnitarum.* Æ 1. Gordiani Pii. *Guſſeme* VI. p. 300. — b) Scribae Magneſiae ad Maeandrum: ΕΠ. ΓΡ. ΔΗΜΟΝΕΙΚΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Scriba Demonico Magnetum.* Æ 1. Eiuſd. Gordiani. *Vaill.* Gr.

ΔΗΜΟΣ, *Demus,* nomen praetoris Smyrnaeorum. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΔΗΜΟΥ, *Sub Aurelio Demo.* *Spanh.* Pr. II. p. 652.

ΔΗΜΟΣ, *Populus*, quae vox Δῆμος, ſeu democratica reipublicae forma ſaepiſſime expreſſa eſt in Aſianis numis, in Thraciis numquam. Genius populi in illis capite virili, plerumque vero imberbi, vel nudo, vel laurea corona, interdum etiam diademate reuinctus, aliterue ornatus deſignatur. vid. ΔΗΜ. Δῆμος, in n. Aegaeorum Ciliciae, Amphipolis, Antipolis, Philadelphiae.

a) *Capite imberbi laureato*, hinc ΔΗΜΟϹ, inde ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ, *Attudenſium* Phrygiae Pacutianae. *Haym.* Th. Br. II. Tbb. 10. 11.

— ΔΗΜΟϹ. Caput iuuenile laureatum. n. Aphrodiſiae in Cilicia. *Zaccar.* Iſtit. Num. p. 354.

— ΔΗΜΟϹ ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ, *Populus Blaundenſium* Lydiae. Caput iuuenile laurea cinctum. *Eckhel.* Cat. I. p. 191.) *Haym.* II. Tb. 13. fgg. 1. 2.) M. *Pembrok.* II. Tb. 7. fg. 5.) *Spanhem.* Pr. I. p. 625.

— ΔΗΜΟϹ. Caput laur.)(ΓΕΡΜΗΝΩΝ, *Germenorum* Myſiae. *Vaill.* Gr.

— ΔΗΜΟϹ. Caput iuuenile laur.)(ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ, *Daldianorum* Lydiae. *Guſſeme* III. p. 3.) M. *Pembrok.* II. Tb. 8. fg. 6.

— ΔΗΜΟϹ. Caput imberbe laur.)(ΙΕΡΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ, *Hierocaeſar.* Lydiae. M. *Hunter.* Tb. 30. fg. 16.

— ΔΗΜΟϹ ΚΟΛΟϹϹΗΝΩΝ, *Coloſſenorum* Phrygiae Salutaris. Caput imberbe laur. M. *Hunt.* Tb. 19. fg. 9.

— ΔΗΜΟϹ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ, *Corinthiorum.* Caput iuuenile laur. *Harduin.* Oper. p. 44.) *Goltz.* Gr. Tb. 13. cui Apollinis caput videtur.

— ΔΗΜΟϹ. Caput imberbe laur.)(ΜΑΙΟΝΩΝ, *Maeoniorum* Lydiae. M. *Hunter.* Tb. 35. fg. 7.

— ΔΗΜΟϹ ϹΤΕΚΤΟΡΗΝΩΝ, *Stectorenorum* Phrygiae. Caput iuuenile laur. *Guſſeme* VI. p. 249.) M. *Pembrok.* II. Tb. 29. fg. 11.

— ΔΗΜΟϹ. Caput iuuenile laur.)(ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Traianopolit.* *Guſſeme* VI. p. 425.

— ΔΗΜΟϹ. Caput imberbe laur.)(ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ, *Philadelphenſium* Lydiae. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 23. fgg. 7. 8.

— ΙΕΡΟϹ ΔΗΜΟϹ, *Sacer Populus.* Caput laurea cinctum.)(ΑΤΤΑΙΤΩΝ. n. Attaeae in Phrygia. *Harduin.* Oper. p. 30.) *Patin.* Impp. p. 7. — *Al.* ſed in)(ΤΑΒΗΝΩΝ. n. Tabarum. *Guſſeme* VI. p. 272.

b) *Capite imberbi diademato* cum perigraphe: ΔΗΜΟϹ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚ. *Populus Philadelphenſium Neocororum* Lydiae. *Geſner.* Tb. 83.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 23. fg. 9.) *Patin.* Impp. p. 7.

— ΔΗΜΟϹ ΧΙΩΝ, *Chiorum.* Caput imberbe vitta redimitum. M. *Hunter.* Tb. 18. fg. 3.

— ΙΕΡΟϹ ΔΗΜΟϹ ΑΚΜΟΝΕΩΝ, *Sacer Populus Acmonenſium.* M. *Pembrok.* II. Tb. 2. fg. 12. cum capite iuuenili diademato.

c) *Galeane an tutulo* tectum ſit caput iuuenile non ſatis adparet in n. Dionyſopolit. Phrygiae, in quo hinc ΔΗΜΟϹ, inde ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΙΤΩΝ apud *Oderic.* Num. Gr. p. 77.

d) *Nudo* capite iuuenili cum epigr. ΔΗΜΟϹ ΚΟΤΙΑΕΩΝ, *Populus Cotiaenſium.* *Guſſeme* III. p. 32.

— *Nudo*

— *Nudo* capite iuuenili c. epigr. ΔΗΜΟϹ ΡѠΜΑΙѠΝ, *Populus Romanorum*, vel Romanus, cui perpetua iuuenta florenti optime congruit. *Liebe* Goth. Num. p. 330) Hanthal. Exercit. proem. p. 176.) *Patin*. Num. Impp. p. 91. male de incolis Thraciae, quem vero refellit *Spban*. Pr. I. p. 136.

e) *Barbato* etiam vultu. Sic ΔΗΜΟϹ, capite barbato.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, *Antioch*. Syriae. *Patin*. Impp. p. 8.

— ΔΗΜΟϹ ΕΛΛΗΝΩΝ, *Populus Graecorum*. n. Graeciae. *Gusseme* III. p. 399.

— ΔΗΜΟϹ ϹΑΛΗΝΩΝ. Caput barbatum. n. Salae in Phrygia. M. *Hunter*. Tb. 46. fg. 16.

— ΔΗΜΟϹ. Barbatum caput.)(ΤΙΒΕΡΙΟΠΟΛΙΤΩΝ, *Tiberiopolit*. Phrygiae. M. *Hunt*. Tb. 60. fg. 14.

f) *Barbato et diademato* capite. ΔΗΜΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Populus* Laodicenſium Cariae. *Gusseme* IV. p. 251.

ΔΗΜΟϹ ΔΕΛΦΩΝ, *Populus Delphorum* intra lauream. *Golz*. Gr. Tb. 8. fg. 8.

ΔΗΜΟϹ ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ, *Populus Dioſbier*. Ioniae, ſed caput eſt Iouis barb. et laur.

ΔΗΜΟϹ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΗΜΟϹ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Populus Sardianorum*, *Populus Pergamenorum*. Tmolus et Pergamus, heroes tunicati et barbati dextras iungunt. Æ 2. Domitiani. *Vaill*. Gr. p. 24.) *Spanhem*. Pr. I. p. 136. qui vero circum duas figuras viriles, iunctis manibus, ad reſarcitae inter illas Lydiae Ioniaeque vrbes concordiae fidem faciendam, legit: ΔΗΜΟϹ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΗΜΟϹ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Populus Sardianorum*, *Populus Smyrnaeorum*.

ΒΟΥΛΗ ΔΗΜΟϹ ΟΜΟΝΟΙΑ ΝΕΙΚΟΜΕΔΕΙΑ, *Senatus Populus*, *Concordia*. *Nicomedia*. Figura virilis barbata dextram porrigit genio vel mulieri turritae, ad ſenatus et populi concordiam denotandam. n. M. Aurel. *Vaill*. Gr.

ΕΛΕΥΘ. ΔΗΜΟΥ, Ἐλευθέρου Δήμου, *Liberi Populi*. Mulier ſtans, d. palmam, ſ. haſtam. Ꝝ. max. mod. Neruae, ſed ſine expreſſo nomine loci, in quo ille eſt percuſſus, qui vero de Graecae alicuius ciuitatis populo, cui libertatem Nerua Imp. conceſſit, non vero de Romano explicandus videtur *Vaill*. Pr. II. p. 116.) *Gusseme* II. p. 390. n. 7. ad Cretenſes relatus.

ΔΗΜΟΥ ΓΑΖΑΕΩΝ ΙΕΡΑΣ ΑΣ L. ΙΓ. *Populi Gazenſium*, vrbis *Sacrae Inuiolabilis*, *ao*. 15. vid. *Gaza*.

ΔΗΜΟΥϹ ΤΩΝ ΕΝ ΓΑΞΗΣ . . . Figura ſtans, d. coronam eleuans. Æ. Gazae. M. *Hunter*. Tb. 28. fg. 1.

ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ, *Fratrum Populorum* cum aera Seleucidarum. In Seleucide Syriae regione quatuor vrbes ΑΔΕΛΦΑΙ, *Sorores* erant, *Strabone* teſte, Antiochia ſcilicet, Seleucia, Apamea, et Laodicea. vid. ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ. — *Seleucia* Syriae.

ΔΗΜΟϹΤΡ. Δημοστράτου, *Demoſtrati* magiſtratus nomen. ΕΠΙ ϹΤΡ. ΔΗΜΟϹΤΡ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ ϹΙΠΥΛΟΥ, *Sub Praetore Demoſtrato Heraclide Magnetum Sypili*, Æ max. M. Aurelii. *Vaill*. Gr.

ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟϹ, *Demoſtratus* praetor Smyrnaeorum, in quorum nummis: ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ, *Sub Demoſtrato* M. *Hunter*. Tb. 50. n. 27. — *Al*. ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ϹΜΙΟϹ. *ib*. Tb. 51. n. 3. — *Al*. ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ ϹΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Praetore Smyrnaeorum*. n. Domitiani et Domitiae. *Patin*. Impp. p. 167. — *Al*. ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ

 ΣΕΜΝΟΥ

ΣΕΜΝΟΥ ΣΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Praetore Venerando Smyrn. Vaill.* Gr. — *Al.* ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΣΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Heraclide Smyrn.* n. Commodi. *Vaill.* ib. vid. *Smyrna.*

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, *Demoſthenes* nomen a) Magiſtratus Mileti Ioniae. — b) Archontis Ancyrae in Phrygia: ΕΠΙ Λ. ΚΛΩ. ΔΗΜΟϹΘΕΝΟΥϹ ΑΡΧ. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ, *Sub Lucio Clodio Demoſthene.* — c) Archontis Byzantii: ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥϹ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, *Sub Demoſthene.* Æ. M. Aurel. *Vaill.* Gr.

ΔΗΜΟΦΩΝ, *Demophon* nomen a) Praetoris Pergami Myſiae: ʼΣΕΒΑΣΤΟΝ ΔΗΜΟΦΩΝ, *Auguſtum Demophon* ſubaud. colit. Æ 3. Auguſti. *Vaill.* Gr. p. 4. — b) Magiſtratus Sardium Lydiae: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΗΜΟΦΩΝ ΘΗΒΑΔΟ. M. *Hunter.* Tb. 47. n. 15.

ΔΗΜΤΡ. Δημητρίυ, *Demetrii,* litteris monogrammate iunctis inter clipeos Macedonios. n. Demetrii II. regis Macedoniae.

ΔΗΝΟΔΟΥ. magiſtratus nomen Apameae Phrygiae. M. *Hunter.* p. 34.

ΔΗΝΟΚΡΑΤΗΣ, *Denocrates* ſcribae nomen. ΕΠΙ. ΓΡ. ΑΥΡ. ΔΗΝΟΚΡΑΤΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Scriba Aurelio Denocrate, Magnetum.* Æ 1. Gordiani Pii. *Vaill.* Gr.

ΔΙ. Διαδυμενιανὸς. ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. *Diadumenianus.*

ΔΙ. Διὸς in n. Ancyrae Galatiae ΑΝ. ΔΙ. ΚΥΡ. Σ. quas litteras in n. Neruae ab Ancyranis *Harduin.* Oper. p. 746. interpretatur: Ἀγκυρανοὶ Διὸς Κυρίυ Σαράπιδος, *Ancyrani Iouis Domini Serapidis* ſubaud. templum poſuerunt. Conf. *Bimard.* ad *Iob.* II. p. 174. 175.

ΔΙ. Διοσπολιτῶν, *Dioſpolitarum* Aegypti forte, vt cenſet *Vaill.* Hiſtor. Ptolemaeor. p. 145. ad n. Ptolemaei Auletis, vbi intra aquilae ſtantis crura.

ΔΙ. Διοφάνης forte in n. Calenorum ſub minotauro *Golz.* Sicil. Tb. 19. n. 6.

ΔΙ. nota *anni.* 14. in area n. Antiochiae Syriae, aliarumque vrbium et Rhodi inſulae; *it.* in area n. Antiochi III. et IV. Syriae regum; *it.* n. Euagorae, regis Cypri. M. *Pembrok.* II. Tb. 42. n. 2.

ΔΙ nexu litterarum iunctae Δ Ι litterae [134] n. Philippi regis. M. *Pembrok.* II. Tb. 54. n. 5.) *Schlaeger.* de Alex. M. Tb. 2. n. 9.

ΔΙ. modo contractis, modo rectis litteris in n. Lyſimachi regis Thraciae. M. *Pembrok.* II. Tb. 65. n. 7.

ΔΙ. in imo n. Neapolis Campaniae.

— in angulis men. [5] litterarum ΑΧ iunctarum Achaiae prouinciae. M. *Hunter.* p. 4.

— in area; *al.* in ima parte n. Apameae Syriae. M. *Hunter.* Tb. 5.

— ſub noctua diotae inſiſtente. n. Athenar. M. *Hunt.* Tb. 8. fg. 11.

— in area, modo ſuperne, modo inferne n. Tarenti, M. *Hunt.* Tb. 56.) M. *Pembrok.* II. Tb. 30. n. 1. — ΔΙ. ΝΙ. ΑΝ. in area n. Coryci Ciliciae. *Peller.* Tb. 73. n. 17. — ΒΣ. ΔΙ. per aream n. Aradi inſulae. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 245. n. 11.

DI loco DII ſic in AV, Caracallae: DI. PATRII. Hercules et Bacchus ſtantes; ille clauam cum ſpoliis leoninis tenet; hic cantharum cum thyrſo. *Guſſeme* II. p. 78.) *Morell.* Specim. p. 72.) *Vaill.* Pr. II. p. 243. Hercules et Bacchus Dii

Dii Auſpices a Seuero in numis adpellantur, quod eorum auſpiciis et ductu omnia ſuſciperet, quorum etiam in honorem maximum ac munificentiſſimum Romae templum exſtruxit, teſte *Dione* L. LXXVI. *Dii* autem *Patrii* vocantur a Caracalla non ſolum, quod pater Seuerus eos ſumme coleret, ſed et in honorem et memoriam Commodi, cuius frater vt Diui Marci Filius haberi voluit; vel *Patrii* dicuntur *Dii*, qui pietati praeſunt patrum in liberos et liberorum in parentes tanquam familiae et generis praeſides.

ΔΙΑ, *Per* praepoſitio. ΔΙΑ ΒΙΟΥ, *Ad Vitam.* ΕΠΙ ΑΥΡ. ΚΕΛ. ΙΕΡΕΩϹ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΤΩΝ ϹΕΒ. *Sub Aurelio Celſo Sacerdote Perpetuo Auguſtorum.* Æ max. Pergamenorum. Perpetua ita expreſſa ſacerdotis dignitas; alii enim magiſtratus, etiam ſacri, ſuis temporibus abdicabantur. — ΔΙΑ ΠΑΝΔΗ. Διὰ Πανδήμου, *Per totius populi praeſidem*, vel vt alii malunt: ΔΙΑ ΠΑΝΔΗΜΟΝ ΣΥΝΝΑΔΕΙΣ, *Iouem totius conuentus Praeſidem Synnadenſes* ſcil. colunt, ob Iouis typum, qui ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. Æ. 3. Neruae. *Vaill.* Graec. p. 26. 294. et Adpend. Tb. 4. — Certum eſt, praepoſitione ΔΙΑ Latinum *Per* ſubſtituendum: at ſingularis haec magiſtratus inſcribendi ratio a nemine accuratius diſcuſſa eſt, quae obſeruatur in numis Attudae Phrygiae Pacatianae, quos vulgauit. *Haym.* Th. Br. II. Vbi, Tb. 11. n. 2. p. 109. ΔΙΑ ΦΛΑΒΙΑϹ ΙΕΡΙΑϹ, *Per Flauiam Sacerdotem* cum ſigno Dianae Epheſiae; ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ, *Sub Claudiano* cum typo Spei, vertit. An *per Flauiam* illam Epheſiae ſignum; *per Claudianum* Spei ſtatua forſan dedicata; an illud ΔΙΑ vocabuli nobis ignoti initium, quo munus aliquod apud Attudeos deſignabatur; an ΔΙΑ pro ΔΙΑ poſitum?

ΔΙΑ. Διαδουμενιανὸς, *Diadumenianus*, ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙΑ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ. *al.* Μ. ΟΠΕΛ. ΔΙΑ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ, *Caeſar Marcus Opelius Diadumenianus Auguſtus.*

Diadema fuit faſcia alba, tempora ambiens, vt adlatis plurimis auctorum locis *Iuſt. Lipſius* ad Taciti Annal. L. VI. c. 42. probat. Id capitis ornamentum non quadratum, ſed ſinuatum in orbem et rotundum, Homeri aetate vocabatur στεφάνη, ſerius diadema. Priſci reges fere puram in numis geſtant faſciam; ſed etiam album purpureo interdum diſtinguebatur diadema, vt Alexandri apud *Curtium* L. III. c. 3. Quidam vero eruditi confidenter negant diadematis vſum ante Alexandri M. aeuum. Is error, vt fit, anſam alteri praebuit, vt crederent, Gelonis, Hieronis I, Dionyſii Senioris, Agathoclis, et Hieronis II, Siciliae regum, numos poſterioribus demum temporibus fuiſſe cuſos, quod regum illorum capita viderent eo ornamento vel diademate reuincta. *Burmann.* ad *Dorvill.* Sic. p. 457. 507.) *Spanhem.* Pr. I. p. 545. Contrarium paucis, ſed eleganter adſeruit *Torremuzza* princeps Sic. Inſcr. Nou. Coll. 54.

Ex ſententia *Iac. de Wilde*, *Spanhemii* aliorumque Alexander M. e Macedoniae regibus primum diadema geſtauit atque in Graeciam introduxit, ex imitatione videlicet Darii, Perſarum regis, quem Alexander ille debellauit. Erroris cauſa videtur, quod inter *diadema Perſicum* et *Macedonicum* diſcernere viri eruditi neglexerint. Huius dudum ante Alexandri tempora in Macedonia obtinuit vſus, et *Spanhemius* ipſe Pr. I. p. 376, vt et *Neumann.* Pop. Num. Tb. 5. fg. 3. Archelai Macedoniae regis caput diadematum profitentur; illius ab aetate demum Perſiae deuictae. Hoc *Diodorus Siculus* Hiſt. L. XVII. et *Curtius* L. VI. c. 14. haud obſcure docent. Prior τὸ Περσικὸν διάδημα, alter "purpureum diadema albo diſtinctum, quale Darius habuerat."

rat," capiti circumdediſſe Alexandrum perhibet. Fuit igitur *Perſicum*, quod Alexander adoptauit, addiditque *Macedonico*; ac ipſo adeo colore diuerſum a communi, quod candidi erat coloris. — Ab Alexandri dein ſucceſſoribus dein adſumtum diadema docet *Spanhem*. Pr. I. p. 470.

Alba fuiſſe diademata, quibus regum frontes cingebantur, ex Suetonio, Cicerone, Val. Maximo, Luciano, aliiſque probat *Io. Braun.* de veſtitu ſacerd: Ebraeorum L. II. c. 4. p. 509. pariter *Freinſhem.* Comment. in Curt. L. III. c. 3. §. 19.

Diademate ſolo reuincta quandoque Arſacidarum capita in numis, quandoque autem cum addita tiara ſeu cidari, neque tamen diadematis nomine deſignatur cidaris, iuxta *Briſſonium* et *Spanhem*. Pr. I. 450 ſq.

Diademate reuincta in numis dearum quoque capita Iunonis, Veneris, Dianae etc. oſtendit *Cuper.* in Explicatione gemmae Aug. p. 208 ſq. et *Spanh.* Pr. I. p. 545. — Praeter raritatem vero rei diadema a poetis Atreo, Thyeſtae, Quirino tributum eſt: *Spanh.* l. c. Etiam a monetariis et ſtatuariis ſculptum eſt diademate cinctum Romuli caput ad exemplum aliorum tum in Aſia ac Europa regum. Sic in n. Terentiae gentis Quirini caput barbatum et cum diademate obſeruatur.

Diadematis vſum Romani odio regum aliquot ſaeculis ſpreuerunt aut rariſſime eo vſi conſpiciuntur Auguſti. Diademata quidem ſuccurrunt ſubinde Liuiae Auguſti, Antoniae Neronis, Druſillae et aliorum quoque dein Auguſtarum, vt Otaciliae Philippi, et Saloninae Gallieni coniugum in antiquis earum numis capita, cuiuſmodi modi aliquot vulgauit *Triſtanus* et poſt eum alii, ſed quibus dearum Iunonis, Veneris. Cereris aliarumue capita ſub Auguſtarum illarum effigie depinguntur.

Quod vero antea Romanis exoſum erat, peculiare tandem Imperatorum fuit diadema, et quidem gemmis diſtinctum, quod ipſos a Caeſaribus diſtinguebat; Caeſaribus quidem nonnullis id conceſſum, ſed vilius erat Auguſtorum, nec ſemper geſtandum.

Caracalla apud Romanos primus capiti innexuit diadema, vti *Victor* ait. Eum nempe tentaſſe, vt inſigni illo regio ornaretur, conſtare poteſt ex aliquot eius numis, quales ſunt duo Tarſenſium in Cilicia cuſi, illique e maximorum genere, qui hoc ei capitis ornamentum tribuunt. *Spanh.* Pr. II, 388. In vno, a *Triſtano* II. p. 215. edito, Caracalla depictus cernitur cum diademate, ſeu faſcia lata vel candida, cum epigr. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥΗΡΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC et in area Π. Π. In altero autem cum diademate e gemmis contexto, addita perigraphe ſimili: ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥΗΡΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Π. Π.

Non omnes Imperatores poſt Diocletianum gemmato vſi diademate, cum Conſtantii Chlori, Galerii Maximiani, Maximini et Maxentii numi laureato tantum, vel galeata aut ſubinde cum corona radiata, nuſpiam cum diademate gemmato, ſi vnum forte ſub IOVII titulo a *Triſtan.* III. p. 433. vulgatum Galerii nummum excipias, exhibeant eorum capita.

De Aureliano quidem *Victor* adfirmat, quod primus apud Romanos diademate vſus fuerit; pariter *Iornandes* de eo: Is inquit, gemmas veſtibus, calceamentiſque inſeruit, *diademataque* in capite. In numo etiam Ducis *Arſchotani* Aurelianus diademate cinctus adparet. Sed proprie loquendo ſub Conſtantino M. demum vſus hic obtinuit.

Hoc

Hoc autem diadema non prius, vt *Genebrierio* videtur, adſumſit Conſtantinus, quam poſt proelium inſigne, quo Maxentium deuicit, excitatus ſigno crucis. Vanum vero eſt, quod *Aur. Victor* de Conſtantino illo M. adſerit, eum caput perpetuo diademate exornaſſe. Nam *Beger*. Th. Br. II. p. 800. et alii nummorum collectores proferunt numiſmata, in quibus Conſtantini huius caput et laureatum, et galeatum, et radiatum cernitur. Verius eſt, Conſtantinum lapidibus pretioſis intextum geſtaſſe diadema, quales numos protulit *Spanhem*. ad Iuliani Caeſſ. p. 158. et 399. item Praeſt. Num. II. p. 390.

Eundem vſum diadema geſtandi, ſucceſſores ipſius, etiam labeſcente imperio, conſtanter retinuerunt, et ab hinc nec laurea, nec radiata corona vſquam fere cernitur. In Conſtantii quidem numo laurea conſpici videtur, ſed gemmis illa exornata eſt atque diſtincta, vt veri inſtar diadematis haberi debeat.

Conſtantini inde aeuo diadema ex auro et lapillis contextum ſummi Imperatorum faſtigii proprium eſt ac inſigne, vt coaeui illorum temporum auctores et nummi nos docent. Paſſus quoque eſt Conſtantinus M. filios Criſpum, Conſtantinum Iuniorem, et Conſtantem adhuc Caeſares, ac dein in partem imperii adſcitos ſimilibus iſtius vti; immo et filiae Conſtantinae diadema conceſſit. — Ex *Harduini* ſententia Oper. p. 480. duo tantum diademati obſeruantur Caeſares.

Diademata Imperatorum ac Caeſarum capita, praeter Caracallae in n. Cyzici, Pautaliae ac Tarſi, et Vaballathi, ſunt: Conſtantini M., et filiorum Criſpi, Conſtantini Iun., Conſtantis; pariter Delmatii, Vetranionis, Magnentii, Conſtantii Galli, Iuliani Apoſtatae, Iouiani, Valentiniani I., Valentis, Procopii, Gratiani, Valentiniani II., Theodoſii M., Magni Maximi, Arcadii, Honorii, Conſtantini Tyranni, Iouini, Priſci Attali, Theodoſii II., Ioannis, Plac. Valentiniani, Petronii Maximi, Marciani, Pulcheriae, Auiti, Lib. Seueri, Antemii, Zenonis, Iul. Nepotis, Auguſtuli, Anaſtaſii, Iuſtini I., Iuſtiniani I., Theodeberti, Iuſtini II., Tib. Conſtantini, Mauritii, Phocae, Heraclii, Michaelis, Conſtantini Pogonati etc.

Diademata ſunt capita regum Aegypti, et reginarum Selenes ac Cleopatrae vltimae; regum Syriae, Commagenes, Siciliae, Macedoniae, Thraciae, Bithyniae, Parthiae, Cappadociae, Ponti, Boſpori aliarumque regionum.

Diadematum Iouis caput in n. Corinthi, Cretae, Dioſcuriadis, Gortynae, Meſolae, Philadelphiae Lydiae, Smyrnae; *it*. Euagorae regis Cypri.

— Apollinis. n. Mytilenes et Pomponiae gentis.

— Bacchi. n. Naxi.

— Neptuni. n. Plautiae g.

— Veſtae. n. Familiae incertae.

— Veneris n. Fam. Aemiliae ac Tarquitiae.

— Dianae n. Syracuſae.

Diadematum caput virile, n. Amaſtris, Apameae Syriae, Carmo, Cnoſſi, Cyzici, Eleuſinis, Heracleae Siciliae Iaetiae, Lacedaemonis, Laodiceae Cariae, Oſſet, Patrarum, Saetabis, Smyrnae, Syracuſae Tanis, Vrſonis; *it*. Fam. Calpurniae, Coponiae, Corneliae, Lolliae, Marciae, Terentiae; *it*. Iul. Caeſaris.

— caput iuuenile. n. Acmoniae, Agrigenti, Apolloniae Ioniae, Cypri, Mamerti, Romae, Smyrnae; *it*.

it. Fam. Siciniae, Valeriae, incertarum.

Diadematum caput muliebre. n. Abydi, Agrigenti, Agyrinae, Amphipolis, Antandri, Antiochiae Syriae, Apameae Syriae, Argorum, Bruttii, Calchedonis, Catanae, Centoripae, Corcyrae, Cordubae, Corinthi, Cumarum Lucaniae, Cyrenes, Faliſcorum, Gelae, Himerae, Ilii, Lamiae, Laodiceae Cariae, Locrorum, Macedoniae, Maſſiliae, Metaponti, Neapolis Campaniae, Oluntis, Panormi, Philadelphiae Lydiae, Segeſtae, Syracuſae, Terinae, Theſſalonicae, Turiaſo, Tyndaridis; *it.* Fam. Aeliae, Calpurniae, Flaminiae, Iuniae, Liciniae, Petroniae.

Diadema imponit figura paruulo. n. Aemiliae gentis.

ΔΙΑΔΟΥ. *al.* ΔΙΑΔΟΥΜ. *al.* ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟ. vel integre ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ, *Diadumenianus*, qui et in Graecis legitur:

ΔΙΑΔΟΥΜΗ. vt in Æ 2. Macrini a Marcianopolitanis: Κ. Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΗ. *Froelich.* 4. Tent. p. 292. vel

ΔΙΑΔΟΥΜΗΝΙΑΝΟϹ, ita: Μ. ΟΠΕΛ. ΔΙΑΔΟΥΜΗΝΙΑΝΟϹ Κ. vel

ΔΙΑΔΟΥΝΕΝΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. *Diadumenianus Caeſar*, N pro M poſito in Æ 3. Cotiaei Phrygiae. *Froelich.* ibid. p. 296.

DIADV. *al.* DIADVM. *al.* DIADVME. *al.* DIADVMEN. *al.* DIADVMENIA. *al.* DIADVMENIAN. *Diadumenianus*, ſiue integre ſcriptum

DIADVMENIANVS. Hicce *Marcus Opelius Diadumenianus*, Macrini et Noniae Celſae filius, cognominatus erat *Diadumenus* ab aui materni nomine, vel quod ex matris vtero prodiens *diadema* quoddam tenue veluti pileolum extulerit iuxta *Lampridium*, vnde mathematici ipſum Imperatoris filium et Imperatorem futurum praedixerunt. Macrinus autem Imperator factus, cum moerorem omnium pectora obſediſſe obſeruaſſet, quod *Antoninum* in republica non haberent, exiſtimantes, quod ſine eo Romanum imperium eſſet periturum, concionem parari iuſſit, filiumque *Antoninum* adpellauit, productoque *Diadumeni* nomine in *Diadumenianum*, quaſi in Antoninorum familiam adoptatum. Teſtes ſunt praeter Capitolinum numi, in quibus Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ, omiſſo Diadumeniani nomine, legitur. — Poſt Macrinum ſtatim vel vna cum patre adoleſcens formoſiſſimus eſt obtruncatus ao. aetatis XVI. aut XII. iuxta alios, III. Non. Iun. V. C. 971. Chr. 219. cum ſuperiori anno 970. VI. Id. Apr. imperium vſurpauerit.

Diadumeniani Æ 2. rari, Æ 1. rariſſimi, AR. rari, AV. rariſſimi. Graeci cum vrbis cuiuſdam nomine ex omni modulo inter rariores. In coloniis ex Æ 1. non obſeruantur, ex Æ 2 et 3. qui exſtant, inter praeſtantiores cenſentur a *Vaillantio.*

a) in *Latinis*, legitur cum Caeſaris adhuc tum Auguſti titulo: M. OPELIVS ANTONINVS DIADVMENIANVS CAES. *al.* M. OP. DIADVMENIAN. *al.* M. OPEL. DIADVM. CAES. *al.* M. OPEL. DIADVMENIANVS CAES. — M. O. ANT. DIADVME. — M. OP. ANTONINVS CAES. — M. OPEL. ANTONINVS CAES. — M. OPEL. ANTONINVS DIADV. C. *al.* DIADVMENIANVS CAES. vel CAESAR. *al.* AVG. — M. OPEL. ANT. DIADVM. CAES. *al.* DIADVMEN. CAES. *al.* DIADVMENIAN. CAES. vel CAESAR. — M. OPEL. ANTONIN. DIADVMENIAN. CAES. *al.* DIADVMENIANVS CAES. — M.

— M. OPEL. ANTONIVS (*ſic*) DIADV. C. n. Deulti. *Froelich.* Adpend II. nouis p. 61. — IMP. CAES. ANTON. DIADVMENIA. — IMP. CAES. ANTON. PIVS DIADVMENIANVS P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. *Mdb.* p. 308.

b) in *Graecis* : ΑΥΤ. Κ. Μ. Ο. Α. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — Μ. ΟΠЄΛ. ΔΙΑ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙΑ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ .C. vel CEB. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙ. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥΜ. ΑΝΤ. — ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟ. n. Ilii Troadis. — ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ. n. Epheſi. — ΔΙΑΔΟΥΜЄΝΙΑΝΟϹ Κ. n. Pruſiae ad Hypium. — ΟΠΕ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ ΚΑ. n. Cyzici. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ Κ. *al.* Μ. Ο ΠΕΛΙ. etc. *al.* Μ. ΟΠΕΛΛΙ etc. — Κ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. n. Aegaearum. — Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. — Μ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ *al.* ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. — Μ. ΟΠЄΛ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ. *al.* cum add. ΚΑΙϹΑΡ. — Μ. ΟΠΙΛΛΙΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. n. Adanae. — ΜΑ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ *al.* ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. — Κ. Μ. ΟΠΕ. ΑΝΤΩΝ. — Κ. Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. n. Marcianopolis. *Al.* ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙ. Μ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙϹ. Μ. ΟΠЄΛ. ΑΝΤΟΝΙΝΟϹ. — Μ. Ο. ΑΝΤ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ Κ. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥ. ΑΝΤΩΝЄΙ. n. Caeſareae Cappadociae. — Μ. ΟΠΕ. ΑΝΤΩΝΕΙΝ. — Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟ. ΚΑΙϹΑΡ. — Μ. ΟΠЄΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜЄΝΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. — Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΕΙ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ. — Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ Κ. — ΟΠΕΛΛ. ΑΝΤΟΝΕΙ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟ... *Cimel. Vind.* I. Tb. 21. fg. 10. p. 109. — Κ. Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΕΝ. — Κ. Μ. ΟΠΠЄΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ. — Κ. Μ. ΟΠΠЄΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΗ. — ΔΙΑΔΟΥΝЄΝΙΑΝΟϹ (*ſic*) ΚΑΙ. — ΚΑΙϹ. ΔΙΑΔΥ. (*ſic*) — ΔΙΩΔΟΥΝЄΝΙΑΝΟϹ (*ſic*) n. Ilienſium.

Diadumeniani numi Latini in poſtica parte. vid. FELICITAS IMPERII. — FIDES MILITVM. — LVNA LVCIFERA. — PIETAS AVG. — P. M. TR. P. COS. II. P. P. — PRINC. IVVENTVTIS. — PRINCIPI IVVENTVTIS. — ROMAE FEL. — SPES. — SPES AVGVSTA. — SPES PVBLICA.

Diadumeniani numi extra vrbem ſignati. vid. *Adana* Ciliciae, *Aegae* Ciliciae, *Aelia Capitolina* Iudaeae, *Amiſus* Ponti, *Antiochia* Piſidiae et Syriae, *Apamea* Syriae forte iuxta *Kbell.* Suppl. p. 135. *Apollonia* Epiri, *Arethuſa* Syriae, *Berytus* Phoeniciae, *Biblus* Phoeniciae, *Byzantium* Thraciae, *Caeſarea* Cappadociae et Syriae, *Caſtabala* Ciliciae, *Cibyra* Phrygiae, *Colophon* Ioniae, *Corcyra* inſula, *Cotiaeum* Phrygiae, *Cyzicus* Myſiae, *Deultum* Thraciae, *Edeſſa* Meſopotamiae, *Epheſus* Ioniae, *Flauiopolis* Ciliciae, *Gabala* Syriae, *Heraclea* Ponti, *Ilium* Troadis, *Lacedaemon* Peloponneſi, *Marcianopolis* Moeſiae inferioris, *Neapolis* Samariae, *Nicomedia* Bithyniae, *Nicopolis* Moeſiae inf. ad Iſtrum, *Perga* Pamphyliae, *Pruſa* ad Olympum, *Pruſia* ad Hypium Bithyniae, *Sagalaſſus* Piſidiae, *Samus* inſula, *Side* Pamphyliae, *Sinope* Paphlagoniae, *Theſſalonica* Macedoniae, *Thyatira* Lydiae, *Tyrus* Phoeniciae.

De *Diadumeniani* numis conſulendi ſunt : *Angelon.* p. 218 ſq.) *Hemelar.* N. *Arſchot.* Tb. 37.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 55.) *Beger.* Th. Brand. II. p. 710 ſq.) *Bonarrot.* N. *Carpin.* Tb. 11. fg. 2. p. 228 ſq.) *Cimel. Vindob.* I. p. 14. 63. 102. 108. 109. 133. *it.* Tb. 3. fg. 12. *et* Tb. 21. fgg. 8. 9. 10.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II.) *Erizzo* p. 645.) *Froelich.* 4. Tent. p. 115. 291. 292. 295 ſq. 360. *Eiuſd.* Adpend. II. nouis p. 61. 100.) *Geſner.* Sect. VII.) *Golz.* Theſ. rei numar.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 41. 42.) *Hanthaler.* Exercit. I. p. 51.) *Harduin.* Oper. p.

88.

88. 811. 812. 814 *et* in Addendis.) *Haym.* Theſ. Brit. II. p. 341 ad 344.) *Hulſius* Impp. p. 54. 55.) *Kbell.* Suppl. p. 134. 135. *Mdb.* p. 308. 309.) *Muſell.* Impp. Tb. 166. fgg. 6 ad 9. p. 220. *et* Suppl. Tb. 29. fg. 9.) *Oiſel.* Th. Sel. Num. p. 31. Tb. 6. fg. 2.) *Patin.* Impp. p. 325 ſq.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* IV. Tb. 1. p. 5 ſq. V. Tb. 20. fg. 2. p. 278 ſq. VII. Tb. 32. fgg. 7. 8. p. 322. 323.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 26. fg. 3. Tb. 55. fg. 1.) Muſ. *Piſan.* I. Tb. 46. n. 7. p. 133. Tb. 47. n. 1. p. 134.) *Schulz.* MzCab. II. p. 207. 208.) *Spanhem.* Pr. Num.) Th. R. *Sueciae* Tb. 23.) Muſ. *Theup.* p. 231. 232. 588. 589. 715. 716. 716. 1008. 1009. 1010.) *Triſtan.* II. p. 311.) *Vaill.* Col. II. p. 69 ſq. *it.* Graec. Num. Impp. p. 123 ſq. *it.* Sel. *Camp.* p. 75. *it.* Praeſt. I. p. 134. II. 267. 268. III. p. 169.

Diadumenus, vt vocatur apud nonnullos ſcriptores, in numis *Diadumenianus.* *Woltereck.* El. Num. p. 219.

ΔΙΑΔΥ. idem ac Διαδυμενιανός. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠ. CΕΥ. ΜΑΚΡΙΝΟC ΚΑΙC. ΔΙΑΔΥ. n. Macrini et Diadum. Caeſaris.

ΔΙΑΓΟ. abruptum nomen magiſtratus. n. Coiorum.

ΔΙΑΓΟΡΑC magiſtratus Corinthi. *Golz.* Gr. Tb. 13. fg. 4.) *Harduin.* Oper. p. 44.

ΔΙΑΚΡΙΤΟΣ magiſtratus Leucadiorum Acarnaniae.

DIAL. *Dialis.* FLAM. DIAL. *Flamen Dialis.* vid. *Flamen Dialis.*

DIAN. *Diana.* DIAN. EPHES. *Diana Epheſia.* Ipſa polymammia cum fulcris, qualem *Hieronymus* indicat Epiſt. I. ad Epheſ. „Dianam colentes (Epheſii) non venatricem, ſed multimammiam. Æ. max. mod. Claudii. *Vaill* Pr. II. p. 54. — *Al.* ſed Dianae Epheſiae, ſeu πολυμαστοῦ effigies in templo tetraſtylo. Æ. max. eiuſdem. *Morell.* in Claud. Tb. 4. fg. 22.) *Aen. Vicus* inter arg. Claud. n. 3.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 50. fg. 5. p. 298. ſed DIAN. EPHE. ſcriptum.) *Io. Andr. Schmid.* diſſ. templa Demetrii argentea. Ienae 1695. p. 9.

DIAN. PERG. Diana Pergaea in Zophoro templi diſtyli, in quo ſignum huius Dianae, quae dicitur *Pergaea* ab vrbe Perga in Pamphylia, quod in ea peculiariter efficta coleretur, cuius iconem videas apud *Patinum* in Theſ. p. 64. — Æ max. mod. Traiani. *Guſſeme* VI. p. 469. n. 52.) *Vaill.* Pr. II. p. 118. — *it.* Æ. Neruae. *Mdb.* 143.

Diana Gr. ΑΡΤΕΜΙΣ, (eadem *Luna* in coelo, in inferis *Proſerpina*) lunulam capite geſtat, manibus arcum et ſagittam, a tergo pharetram; alte ſuccincta, quia *Venatrix*, cane comite ceruum ſaepius inſequitur. — *Dianae Epheſiae* ſimulacrum eſt ſine pedibus, corpus multimammium, quo vbertas naturae indicatur, manus adminiculis fulciuntur, vetuſtiſſimorum artificum inertia. — *Diana Icaria* ſeu *Tauropolia* effingitur in numis velata ac tauro vecta. — *Diana Laphria* Patris in arce fanum habebat. — *Diana Lucifera,* quae Graecis Φωσφόρος, luna in capite, in curru duorum ceruorum, d. habenas, ſ. taedam pariter ardentem. — *Dianae Pergenſis*, ΑΡΤΕΜΙΔΟC ΠΕΡΓΑΙΑΣ, ſymbolum eſt ſeu lapis, ſeu vas quoddam fere cylindricum variis coeleſtibus ſignis et figurae inſigne. — *Diana Perſica*, ΠΕΡΣΙΚΗ etiam inſcripta legitur, ſpecie ſolita. — *Diana Thracica* duas haſtas attinet. — *Diana Victrix*, dea venatricis habitu, d. ſagittam, ſ. arcum, vt in n. Aemiliani. — Dum *Lunae* vices Diana fungitur, tauro-

taurorum bigis, aut ceruorum iuncto curru prouehitur. Lunam bicornem gerit in capite, ad denotandam Dianam et Lunam eſſe eandem. Nam ſi *Macrobio* Saturnal. L. I. c. 9. fides, Ἄρτεμις quaſi ἀερο-τόμιν, quod ſcilicet aera ſecet; vel Dianae nomen ab Iana, D littera addita, Iana enim Luna eſt. Ex *Platonis* vero ſententia, διὰ τὸ ἀρτεμὲς nomen ducit propter integritatem: id et confirmat *Strabo* L. XIII. quod integros faciat.

Nec illa tantum vocis DIANAE ambiguitas, vel potius ſubobſcurum admodum etymon apud antiquiores occurrit ſcriptores, verum etiam inter recentiores inueniuntur, qui dubitanter admodum de eius origine loquuntur. Ex DEA et IANA hanc DIANAE vocem in vnam coaluiſſe adfirmat *Gerhard. Ioan. Voſſius* Inſtitut Orator. L. IV. c. 1. Operum Tom III. p. 142. *et* in Ariſtarcho ſuo L. II. c. 13. Oper. T. II. p. 68. Primam itaque eius dictionis ſyllabam modo produci, modo corripi ſibi perſuaſum habet *Voſſius*. Idem vero in illos inuehitur grauiſſime, qui *Dianam* eam ob cauſam ita dictam fuiſſe velint, quod per noctem lucens hominibus alterum paene diem faciat, quique patrocinium cauſae ſuae apud *Ciceronem* Natur. Deor. L. II. et qui eum ad vnguem ſequitur, *Iulium Firmicum Maternum* in Lib. de errore profanarum religionum, quaeſiuerunt et inueniſſe crediderunt.

Nouam plane DIANAE etymologiam conſtituere annifus eſt *Bernhard de Montfaucon* in diario Italico p. 223 ſq. expreſſis verbis de ea adſerens: „Vox DEANAE (per quam *Dianam* vult intelligere) a Graeco ΔΕΑΙΝΑ confecta eſt et *Deam* ſignificat. Circa quod adſertum nactus aduerſarium ſat acerrimum, *Franciſcum Ficoronium* in Obſeruationibus ad antiq. Rom. *Sed et Ficoronius* ſuum rurſus hac in re expertus eſt antagoniſtam, *Romualdum Riccobaldum* in Apologia diarii Italici, vbi egregie partes *Montfauconii* tueri, et contra *Ficoronii* iniuriam vindicare ſtuduit, exiſtimans, non adeo praegnantem cauſam atque rationem habuiſſe *Ficoronium*, cur ita *Montfauconio* exprobauerit deriuationem *Deanae* ἀπὸ ΔΕΑΙΝΗΣ.

Dianae tres a *Cicerone* Nat. Deor. commemorantur, inter quas notior eſt Iouis et Latonae filia, quam vario modo populi venerati ſunt, diuerſoque modo populi venerati ſunt, diuerſoque modo eius figuram exhibuerunt; vnde diuerſa illius nomina, quae centum et octo recenſet *Gyraldus;* ab aliis centum et quinque nominatae ſunt Dianae. — Ob virginitatis amorem fertur hominum conſortia fugiſſe Diana, et vt a ſe libidinis pruritum amoueret, venando ſyluas incoluiſſe. Cum venationi praeeſſe crederetur ipſi pharetra dorſo adponitur, ſuccincta ſemper cum arcu incedens, vel gradiens d. telum e pharetra dorſo impoſita depromit, pone eam canis venaticus vel ceruus, qui illi dicatus erat. Atque ipſa Diana Ἄρτεμις Ἐλαφία apud *Strabonem* L. VIII. adpellatur, a nomine Ἔλαφος, *Ceruus*. Vnde Λαφρία Diana, a Patrenſibus culta, nomen traxerit, de qua *Pauſanias* in Achaicis. *Pindarus* quoque Dianam compellat Ἐλαφηβόλον, *Ceruorum Iaculatricem*. Variis modis in aere veteri Dianae adſignantur cerui: Iam inter duos ceruos medium adſtat Dianae Epheſiae ſignum, iam eius templo procurrens ceruus adfingitur; alias ipſa ceruorum biga, vel quadriga inuehitur; alias ſagittis feras illas inſequitur, aut ſtratis inſultat, aut cerui humi collapſi, cornu prehendit; ipſa etiam cerui ſimulacrum manu ſuſtinet; et ſi quae ſunt aliae diverſorum typorum formae. Nonnumquam ſolus ceruus ſignatus Dianam indicat, cuius etiam *Libanius* in Encomio Dianae meminit: ʼΕφε-

cra in aere Abydi, Acraſi, Aegaearum Ciliciae, Alabandae, Amaſtris, Ancyrae Phrygiae, Antandri, Apameae Phrygiae, Aſturinae, Bargaſae, Cadorum, Cilbianorum ſuperiorum, Cii, Colophonis, Corinthi, Cymes Aeolidis, Cyzici, Dii, Epheſi, Gortynae, Hierapolis Phrygiae, Maeoniae, Metropolis Phrygiae, Mileti, Myſomacedonum apud *Oderic.* Num. Gr. p. 17. Nacraſiae, Neapolis Samariae, Pergami, Pergae, Philadelphiae Lydiae, Pruſae ad Olympum, Sami, Thyatirae, Tiberiopolis. *it.* Fam. Corneliae; *it.* Impp. Claudii, Neronis, Domitiani, Hadriani, Antonini Pii — in manu Imp. Getae. Æ max. mod. Aphrodiſiae. M. *Piſan.* Tb. 45. n. 2. p. 129. — Epheſi, delapſum a Ioue creditum. *Mazzolen.* M. *Piſ.* p. 45. 180.

Diana Epheſia, hinc Sol, inde Luna. n. Epheſ. in Otacilia. — Idem fere typus in Æ max. mod. Stratonic. cum capitibus Seueri et Domnae aduerſis. *Neumann.* Pop. Num. II. Tb. 2. fg. 3. p. 46.

— — ſtans cum adminiculis ſupra triremem, coronatur a Victoria. Æ. Epheſ. et Alexandrinor. in Gordiano Pio.

— — coronatur a Victoria adſtante. n. Epheſ. in Iul. Paula.

— — d. taedam, ſ. pini fructum. n. Pergamen. in Antonino Pio.

— — ad pedes canes duo, vt videtur. n. Philadelphiae Lydiae. Muſ. *Hunter.* Tb. 43. fg. 16.

— — manibus ceruum diſcerpens. Æ 2. Epheſ. in Sept. Seu.

— — cum ceruo adſtante. n. Epheſi; *it.* Maſſaliae Galliae Narbonenſis. *Spanh.* Pr. I. p. 573.

— — mammoſa cum calatho in capite, expanſis manibus, quae adminiculis fulciuntur, hinc et inde ceruus. Æ 1. Epheſ. *Morell.* Impp. II. in Domitiano Tb. 16. fg. 9.

Pariter Dianae Epheſiae ſimulacrum cum adminiculis, vel etiam cum ceruis, cernitur in *templo* modo 2. modo 4. modo 6. modo 8. columnis fulto. Sic

Diana in templo diſtylo ſt. cum attributis, adſtante fratre Apolline. n. Gazae. — ſed Pergaea. vid. DIAN. PERG.

— — *tetraſtylo.* n. Epheſior. in Claudio, Nerone, Domitiano, M. Aurelio, L. Vero, Pertinace, Caracalla, Elagabalo, Maximino, Traian. Decio. — *it.* n. Samiorum in Gallieno. — *it.* n. Smyrnaeor.

— — *hexaſtylo.* n. Abydenorum in L. Vero. — *it.* n. Magnetum in Hadriano.

— — *octo columnarum.* n. Epheſior. in Hadriano, M. Aurelio, L. Vero, Alexandro Seuero, Gordiano Pio, Valeriano Seniore. Muſ. *Piſan.* Tb. 17. n. 3. p. 45.) *Spanhem.* Pr. I. p. 641.) *Vaill.* Gr.) *Petit.* de Amazon. p. 233.

Illud toto orbe celeberrimum *Dianae Epheſiae templum,* inter ſeptem orbis miracula numeratum, ducentis viginti annis a tota Aſia extructum, ex *Plinio* L. XXXVI. c. 14. De eodem *Liuius* L. I. c. 45. „Iam tum erat inclytum Dianae Epheſiae fanum; id communiter a ciuitatibus Aſiae factum fama ferebat. *Strabo* L. XIV. duo templa Epheſina in Dianae honorem exſtructa narrat, et cum Heroſtratus prius illud pulcerrimum conſumſiſſet, aliud praeſtantius exci taſſe Epheſios, collato ad hoc mundo muliebri et ſuis facultatibus. Conf. *Ioa. Andr. Schmid.* diſſ. Templa Demetrii argentea. Ienae 1695.) *Ioa. Chriſtian. Polcke* diſſ. ſub titulo

tulo; Magnam Epheſiorum Dianam etc. Lipſiae 1718. — Ad haec templa in honorem Dianae conuentus illos ſallemnes ſacraque certamina a Communi Ionum celebrata fuiſſe, quae Ἐφέσεια dicta, *Thucydides* indicat L. III. p. 242.

Dianae templum rotundum cum deae ſimulacro in medio, adſcriptis Aedilium Curulium nominibus duobus: M. LEPIDVS M. MARCELLVS AED. CVR. apud *Vaill.* Fam. Aemilia. n. 22. et Claudia n. 37.

Dianae Epheſiae ſignum genius vrbis in nouum templum ferre videtur, adſtantibus Decio et Herennio filio, quorum ſtatuae deorum inſtar nudae, ſolo ornatae ad diſtinctionem paludamento. Æ max. mod. Philadelphenſium et Epheſ. in Decio. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 103. 104.

Diana Epheſia in curru a duobus ceruis tracto. Æ max. mod. Aureliopolis in Gordiano Pio. — ſed d. Fortunae ſignum ſuſtinet. Æ. Acraſi in Alex. Seu.

— — in curru quatuor ceruorum, d. ſpiculum tenet, ſ. haſtam. n. Epheſ. in Macrino.

— — et *Aeſculapius* cum attributis ſtantes. Æ max. Epheſiorum et Pergamenor. in Commodo. — Iidem, ſed coronantur a Victoria volitante. n. Eorundem in Commodo.

— — ſed adſtat pariter Nemeſis. Æ I. Concordiae Smyrnaeorum, Pergamenorum et Epheſ. in Domitiano.

— — et *Amazon* d. ſcipionem, ſ. bipennem. Æ max. Thyatirenor. in Gallieno. — ſed ambae dextras iungunt. Æ I. Smyrnaeor. in Domitiano. — ſed Amazon taurum ſiſtens ad Dianae polymamiae cum verubus idolum. n. Epheſ. in Iul. Domna. *Petit.* de Amazon. p. 224. 248.

Diana Epheſia cum ceruis et *Apollo* nudus ſtans dextra lyram. n. Epheſ. et Mileſior. Concord. in Domitiano. — ſed Apollo d. ceruum. n. Epheſ. et Hierapolit. Conc. *it.* Epheſ. et Mileſior. Concord. — ſed Apollo muliebri habitu, ſ. lyram. Æ I. Epheſ. in Antonino Pio; *it.* Æ I. Epheſ. et Hierapolit. in M. Aurel. *it.* Eorund. Æ max. Commodi; *it.* Epheſ. et Mileſ. Æ I. M. Aurel. et Fauſtinae Iun.

— — iidem ſtantes in bigis. n. Selinunt.

— — iidem ſtantes in templo diſtylo. n. Gazae.

— — iidem, ſed Diana coronatur ab Apolline. n. Hypaepenorum.

— — ſed Apollo muliebri habitu, d. pateram, ſ. victoriolam, ad pedes lyra. n. Alaband.

— — ex aduerſo Ceres, vtraque taedam ardentem. n. Cyzicenor. et Epheſ. Concord. in M. Aurelio, Fauſt. Iun. L. Vero

— — et figura ſeminuda ſtantes. n. Cyzicenor. et Epheſ.

— — ſtat inter duas alias figuras. Æ max. Sept. Seueri ab Epheſiis.

— — cum adminiculis, hinc et inde *fluuius* humi decumbens, alter barbatus, alter imberbis. n. Epheſiorum in Sept. Seuero, Caracalla, Phil. Sen. et Phil. Iun. — in vertice hinc et inde nympha. vid. ΜΑΙΑΝΔΡΟΣ.

— — in dextra fluuii decumbentis. Æ 3. M. Aurelii ab Epheſiis.

Diana Epheſia et *Fortuna* ſtantes, aſtro intermedio. n. Acraſi Lydiae.

— — et *Hercules* ſtans, d. clauam, ſ. ſpolia leonis. Æ 1. Epheſior. et Cyzicenor. Concord. in Anton. Pio.

— — inter *Impp.* Caracallam et Getam in equis. n. Caracallae ab Epheſ. — ſed cippo impoſita, ſtantibus hinc inde duobus viris togatis, Antonino ſcilicet et Hadriano, vel M. Aurelio. Æ max. Epheſior. Muſ. *Piſan.* Tb. 17. n. 4. p. 46.

— — et forſan. *Iuno.* Æ. Epheſior. et Sardianor. in Commodo.

— — cum ceruo inter Iunonem pronubam et Serapidem. Æ max. Epheſior. in Gord. Pio.

— — cum verubus et ceruis; ex aduerſo *Iupiter* ſtans, d. aquilam, ſ. haſtam. n. Epheſiorum; *it.* Epheſ. et Laodicenſ. Phrygiae in M. Aurelio, L. Vero, Commodo, Otacilia; *it.* Laodicenſ. et Epheſ. in Elagab. — ſed Iupiter dextram porrigit Dianae Epheſiae. Æ max. Pergamenor. et Epheſ. Concord. in Commodo.

— — ex aduerſo *Iupiter* ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. Æ 1. Epheſ. et Trallianor. in M. Aurel., L. Vero, Commodo; *it.* Laodicenſ. et Trallianor. — ſed Iupiter ſedens cum Dianae Epheſiae ſigno in dextra et haſtam ſiniſtra. Æ max. Epheſi. M. *Piſan.* Tb. 66. n. 3. p. 180.

— — et *Mercurius* ſtantes. Æ. Epheſ. in Caracalla. *Vaill.* Adpend. Gr.

— — et mulier tutulata ſtantes. Æ max. Epheſ. et Sardianor. in M. Aurel. — ſed mulier d. pateram, ſ. cornucopiae. Æ. Acroſiotarum in Sept. Seu.

Diana Epheſia inter duas *Nemeſes.* Æ max. Epheſ. et Smyrnaeor. in M. Aurel. — ſed Diana polymammia ſt. inter Nemeſin a dextris et Aeſculapium a ſiniſtris. Æ 1. Epheſiorum, Smyrnaeorum et Pergamen. in Domitiano.

— — cum adminiculis et ceruis; in vertice hinc et inde *nympha*, dexterior ſedens, altera genuflexa; in imo duo fluuii, Maeander et Marſyas decumbentes cum vrnis. Æ max. Apamenſ. in Gord. Pio.

— — ex aduerſo *Proſerpina* ornatu ſponſalitio. n. Epheſ. et Sardianor. in Caracalla.

— — inter duos puerulos ludentes. Æ 3. Epheſ. in Geta.

— — cum verubus et ceruis, *Sardiana* vero tutulata ac velata. Æ. max. M. Aurelii ab Epheſiis et Sardianis, concordia ac religione coniunctis, ſimileſque namque apud vtroſque Dianae erant honores. M. *Piſan.* Tb. 23. n. 2. p. 66.

— — et *Serapis* dextras iungunt. n. Concordiae Epheſ. et Smyrn.

— — in medio duarum *Victoriarum*, per aera volitantium. Æ. Epheſ. in Anton. Pio. — ſed a duabus Victoriis coronatur, ex aduerſo ſtat mulier d. pateram, ſ. haſtam. — ſed Diana verubus fulta ac turrita ſtans, deſuper a duabus Victoriis coronata, ante Fortuna cum temone, cornucopiae, et ſupra caput calatho. n. Magneſiae ad Maeandrum. *Spanhem.* Pr. I. p. 707.

— — inter Victoriam a dextris, quae ei coronam offert, et a ſin. inter mulierem turritam. Æ. Epheſ. in Anton. Pio.

DIANA FELIX. Diana Venatricis habitu ſtans, d. venabulo inuerſo innititur, ſ. arcum tenet, ad pedes canis venaticus currens. *al.* ad pedes ceruus aufugiens. *al.* alte ſuccincta gradiens, d. ſagittam e pharetra retro religata promit, ſ. arcum tenet, comitante cane *AV.* *AR.* et *Æ* 1. 3. Gallieni. *Band.* I. p. 152. 160. 189. 214. 232.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 371.) *Mdb.* p. 369. 370. 375.) Muſ. *Theup.* p. 638.) *Vaill.* Pr. I. p. 186.

Diana Icaria ſeu *Tauropolia* velato capite ac tauro vecta in numis effingitur.

DIANA LAPHR. *al.* LAPHRIA, *Diana Laphria.* Ipſa ſtans, nonnihil ſiniſtrorſum conuerſa, veſtita quidem illa, ſed alte praecincta, capillis plexis et circa caput contortis, pharetra cum ſagittis a tergo dependente et ſuper dextrum humerum paullulum eminente; brachii dextri nonnihil curuati manum dextro adplicat femori, laeuo extenſo tenet arcum terrae fere impoſitum, pede dextro (vtrumque caligae velant, ad genua fere pertinentes) in tellure firmiter ſtans, laeuum parumper flexum et curuatum, lapide e terra prominenti, vel ferae capiti, imponit. n. Patrarum. *Vaill.* Num. Col. I. p. 123. 142. — Hanc autem figuram, veram deae imaginem eſſe demonſtrant numi iſti, in quibus Dianam aliam, ſiue Limnatis ſit, ſiue Triclaria, delineatam voluere Patrenſes, quales idem *Vaillant.* Col. I. 190. 240. P. II. p. 40. promulgauit, et in quibus Dianae Laphriae cognomentum non adſcriptum legitur. Editor quidem hac in re explicanda nonnihil fluctuatur; ceterum is alios demonſtrare perhibet, Deam non ex *Laphrio*, qui ſimulacrum dedicarit, cognomentum cepiſſe, ſed id per ſyncopen τῦ λαφύρια, quod illa ferarum capita et ſpolia ferat, factum eſſe; quod vnde hauſerit, non indicauit. ib. P. I. p. 123. Si certam, quam ſequeretur, habuit auctoritatem, tamen τὸ Λαφρία per ſyncopen ex Λαφυρία factum, cel. *Martini* in Excurſu de Diana Laphria, qui legitur in eius antiquorum monumentor. ſylloge p. 132 ſq. deriuare mauult ex particula λα, augendi vim habente, et φὴρ, φηρὸς, pro θὴρ *fera*, poni ſolito, vt adeo Λαφρία eſſet ferarum venandarum perquam ſtudioſa. — *Stephanus* in Theſ. Gr. L. vocabulum Λαφρία plane non habet; *Scottus* tandem in Adpendice ad ipſius Theſaurum e ſcholiis ad Lycophronis Alexandram adfert locum Tom. II. p. 256, ſed qui lucis fere nihil ſuppeditat: Λαφρία, inquit Mineruae epithetum, quaſi Λαφυρία, quae ſpolia (λάφυρα) in bello capta aufert, et per ſyncopen Λαφρία, *Laphria.* Quod etymon vt veriſimile, quin verum eſſe concedas, et *Dianam* itidem propter λάφυρα ſeu praedam ex ferarum Venatione ablatam Λαφρίαν, quaſi praedatricem vocatam eſſe largiare; cauſam tamen certam et luculentam non continet, cur ſola Aetolorum, et poſthac Patrenſium Diana cognomen habuerit, quod ad Dianam vnamquamque pertinere videtur. *Spanhemius*, qui de Diana, eiuſque cognomentis pluribus commentario ad *Callimachi* hymnos egit, ſilentio prorſus praetermiſit, quod Laphriam, huiuſque cultum et venerationem attinet.

Iam primum omnium τὸ Λαφρία cognomen nonniſi apud *Pauſaniam* in Meſſen. p. 141. reperitur Dianae attributum, qui auctor id ipſe peregrinum et minus vſitatum eſſe pronuntiat. De quo Dianae cognomento ſimulacro et cultu ſingulari ex ſcriptoribus ac monumentis fide dignis legendus eſt *Martini* l. c.

DEANA (*ſic*) LAPHR. Diana venatricis habitu ſtans, ſ. arcum, hinc ad pedes canis, inde ara coronata cum foculo. *Æ* 2. Patrenſium in Domitiano. *Morell.* in Domit. Tb. 20. fg. 7. p. 476.) Muſ. Theup.

Theup. p. 677. vbi vero inſcriptio variat: DEANAE PATR*enſi.*

DIANA LAPHRIA. C. P. *Colonia Patrenſis.* Diana ſuccincta ſtans, d. lateri, ſ. arcui impoſita, altero pede globum premit. Æ. Neronis. *Morell.* in Nerone Tb. 12. fg. 13. p. 112.) *Vaill.* Col. I. p. 180.

Diana Leucophryne, ΛΕΥΚΟΦΡΥΣ, *habens candida ſupercilia,* parum abludit a ſimulacro Dianae Epheſiae, vt probant numi Magneſiae ad Maeandrum, qua in vrbe praecipuus eius cultus ac illuſtre templum fuit. *Spanhem.* Pr. I. p. 660. de celebritate eiuſdem templi agens, nos edocet, idem aede Epheſiae Dianae concinnitate ac ſtructura praeſtantius fuiſſe. Verum quemadmodum cerui in pecunia Epheſi Dianam Epheſiam plerumque reſpiciunt: ita *Leucophrynen* fere comitantur aut duo volucres, aut duo fluuii procumbentes, cerui numquam, niſi in vno Elagabali numo apud *Vaill.* Gr. Num. p. 128. tametſi nihil vetet, quo minus etiam in eo Dianam Epheſiam exhiberi putemus. Cur enim Magnetes, Epheſiis proximi, praeter ſuam Leucophrynen non etiam coluerint Dianam Epheſiam, populorum omnium numen, vt *Melae* vocatur?

Dianae Leucophrynes. ſimulacrum inſtar Epheſiae polymammae cum duobus verubus et inſcr. ΛΕΥΚΟΦΡΥΣ ΜΑΓΝΗΤΩΝ in n. Magnetum ad Maeandrum ſub Hadriano cuſis. — *Al.* ſed a vertice ad imum velata cum adminiculis. ibid. — ſed cum duabus Victoriis per aera volitantibus in medio duorum fluuiorum barba inſignium. n. M. Aurelii. — ſed hinc et inde Victoria circum Leucophrynes caput volitans. Æ 3. Maximini, *it.* Æ 2. Maximi Caeſaris; *it.* Æ 2. Gordiani Pii. — ſed cum verubus et ceruis pro pedibus columbae, hinc et inde Victoria volitans Æ 3. Elagabali, — ſed in templo ſex columnarum. n. Magnet. ad Maeandr. quos exhibet *Vaill.* Num. Gr.

Diana Leucophryne cum adminiculis et columbis. Æ 3. Clazomen. in Gallieno. *Vaill.* Gr.) *Band.* I. p. 230.

DIANA LVCIF*era.* Diana ſtans, vtraque manu facem. AR. et add. S. C. Æ 1. 2. Fauſtinae Iun. *Eckhel.* Cat. II.) *Geſner.* Tb. 113. n. 47. *et* Tb. 114. n. 25.) *Mbd.* p. 230.) *Muſell.* Impp. Tb. 124. fg. 2. p. 175. *et* Tb. 125. fg. 2. p. 176.) *Schulz* MzCab. II. p. 148. — *it.* AV. AR. Æ 3. Claudii Gothici. *Band.* I. 332. 333. 340. 341. 353.) *Mdb.* p. 402. 403.) *Muſell.* Impp. Tb. 229. fg. 5. p. 285.) *Vaill.* Pr. I. p. 206. III. p. 22. — *it.* AR. Æ 3. Quintilli. *Band.* I. p. 356. 357. 358. 361.) *Eckhel.* Cat. II p. 392.) *Mdb.* p. 304.) *Vaill.* Pr. I. p. 211.

Diana Lucifera in numis Auguſtarum paſſim legitur, vbi ad faciliorem liberorum partum inuocatam fuiſſe intelligimus, teſte *Cicerone* Nat. Deor. L. II. in numis vero Claudii, eiuſque fratris Quintilli Diana Lucifera inuocari videtur, vt ſalutarem opem ferat aegris, Auguſtis praeſertim, quo tempore a deuictis Gothis peſtis per Romanos exercitus propagabatur.

DIANA LVCIFERA inter AR. Liuiae Auguſtae. *Mdb.* 53 ex *Savoto.* — inter Æ. Plotinae. *Mdb.* 165.

— — S. C. Figura muliebris ſtolata ſtans, vtraquae manu facem gerens Æ. Lucillae Aelii vxoris. *Mdb.* 190.

— — Figura muliebris, vtraque manu facem praeferens. Æ 1. 2. Fauſtinae Iun. *Angelon* p. 161. vel 194. n. 38.) *Ruben.* Num. *Arſchot* Tb. 49. n. 9.) *Mdb.* p. 230.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 50. fg. 4. p. 297.) *Muſell.* Impp. Tb. 125. fg. 1. p.

1. p. 176.) *Schulz* MzC. II. p. 148. — ſed figura ſtolata, d. victoriolam, ſ. ſcuto imponens. Æ. Fauſtinae Iun. *Mdb.* p. 230.

DIANA LVCIFERA. Mulier ſtans facem vtraque manu AV. AR. et add. S. C. Æ 1. Lucillae L. Veri vxoris *Eckbel.* Cat. II.) *Geſner.* Tb. 119. n. 58.) *Harduin.* Oper. p. 778.) *Mdb.* p. 239.) *Muſell.* Impp. Tb. 131. fg. 7. p. 182.) *Schulz* MzC. II. p. 159. . 161.) *Vaill.* Pr. I. p. 93.

— — Idem typus. AR. et add. S. C. Æ 1. Criſpinae. *Eckbel.* Cat. II.) *Guſſeme* II. p. 392. n. 6.) *Mdb.* p. 259.

— — Idem typus AR. Domnae. *Eckbel.* Cat. II.) *Geſner.* Tb. 137. n. 7.) *Harduin.* p. 808.) *Mdb.* p. 282.) *Muſell.* Impp. Tb. 154. fg. 1. p. 207.) Muſ. *Theup.* p. 215.

— — ſed d. facem, ſ. icunculam. AR. Domnae. *Mdb.* p. 282.

— — S. C. Dea ſtans cum luna bicorni ad collum, ambabus manibus facem geſtat. Æ. Domnae. *Muſell.* Impp. Tb. 155. fg. 6. p. 208.) M. *Theup.* p. 570.

— — Figura muliebris in bigis cum creſcente luna in capite. AV. AR. Domnae. *Harduin.* Oper. p. 808.) *Vaill.* Pr. II. 236.

— — Dea ſtans luna bicorni collum peruadente, vtraque manu facem. AR. Seueri. *Eckbel.* Cat. II. — *it.* cum)(ANTONINVS PVS (*ſic*) AVG. Caput Caracallae. laur. n. ſubaerat. Caracallae *Cimel Vind.* I. Tb. 12. fg. 4. p. 62. pertinet autem ad Plautillam, vel Domnam.

— — Figura ambabus manibus facem protendit. AR. Plautillae. *Eckbel.* Cat. II.) *Mdb.* 298.

— — Idem typus AR. Gordiani, in gratiam matrimonii cum Tranquillina ſignatus, quam Dianam Luciferam Auguſtarum ſuperiorum exemplo adpellarunt. *Eckbel.* Cat. II.) *Mdb.* 336.) *Muſell.* Impp. Tb. 189. fg. 5. p. 243.) *Vaill.* Pr. II. p. 307.

DIANA LVCIFERA. Idem typus. AR. Valeriani Sen. *Band.* I. p. 106.) *Eckbel.* Cat. II. p. 364.) *Vaill.* Pr. II. p. 344.) *Cim. Vind.* I. p. 134. ſed ad aes potius rediguitur. Valerianus coluit Dianam, Apollinis ſororem, cui etiam templum vel aedificauit, vel inſtaurauit vt vtriſque numinis auxilio ſaeuiſſimae peſti, qua omnes Romani imperii prouinciae, et ſimul vrbs Roma, adfligebantur, finis imponeretur.

— — Diana ſt. dextra facem accenſam tenet per tranſuerſum. Æ 3. Saloninae. *Band.* I. p. 251.) *Guſſeme* II. p. 358. n. 14.

In numis plurimis *faces* datae *Dianae*, vel quia φωσφόρος, eſt, et δᾳδοῦχος, *Lucifera*, *Noctiluca*; vel quia venationes quaſdam ſub veſperum peractas docet *Oppianus* Cyneg. v. 134. vel quia Cereris filiae et Proſerpinae comes, teſte *Pauſania* in Arcadicis L. VIII. c. 37. et in Phocicis L. X. c. 37. de qua pluribus *Oderic.* Num. Graec. p. 78 et 135 ſqq. vbi numum protulit Thuriorum, in cuius parte auerſa Diana gradiens venatricis habitu, d. facem, ſ. venabulum humero inpoſitum, ad pedes canis de venationum genere.

Eadem praeterea *taedam ardentem tranſuerſam*, quaſi feras agitans, gerit *Diana*, quam aliter *erectam* tenet, cum ſtat quieta, vt in numo Syracuſano apud *Parutam* Sic. Tb. 58. fg. 3. Hinc *taedifera* poetis dicitur dea, et in numis taedam hanc gerens LVCIFERA. Conf. *Heinſius* ad *Ouid.* Epiſt. XX. 192.) *Begter.* Th. Br. III. p. 229.

 Vtra-

Vtraque manu taedam accenſam protendit *Diana* gradiens in n. Apameae Bithyniae, Corinthi, Epheſi, Nicomediae Bithyniae; it. Valeriani Sen. v. FELICIT. SAECVLI.

— — et poſt humeros luna bicornis, n. Hadrianopolis Thraciae, Thyatirae.

— — cum creſcente luna in capite, ante deam ceruus, n. Epheſ. in Fauſt. Iun., et Otacilia.

— — ad humeros pharetra, ad pedes canis. Æ. et Æ Mamertinorum. Meſſeniorum *Lancellotti* Aggiunta alla Sicilia Num. Tb. 2. fg. 2.

— — pone dorſum arcus, pro pedibus ceruus, n. Epheſ. in Annia Fauſtina. — *al.* canis currens. n. Epheſ.

— — arcu et pharetra prominentibus a tergo, ſingulis manibus facem tenet ardentem. n. ſubaeratus vitioſus Claudiae gentis. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 202.

Diana cum face. Æ max. mod. Mytilenaeor. in Hadriano. Muſ. *Piſan.* Tb. 10. n. 3. p. 29.

— d. facem, ſ. arcum. n. Epheſi, Nicomediae.

— et ad dorſum pharetra. n. Epheſi.

— ad pedes adeſt canis. n. Epheſi apud *Vaill. it.* Siphni apud *Goltzium* Inſ.

— pro pedibus ceruus. n. Epheſ.

Diana ſt. ſinuato per caput peplo, d. facem, ſ. equum freno retinet. n. Alexandriae Aegypti.

— capite radiato ſ. facem. Æ 2. Sidetar. et Pergenſ. in Tranquillina.

Diana d. telum depromit, ſ. arcum, in imo taeda et ceruus. n. Mopſeatarum Ciliciae.

Diana Lucifera vel Fauſtina Senior in deam transformata inſidet equo, vtramque manu taedam ardentem. Æ max. mod. ſine epigr. Antonini Pii. *Vaill.* Pr. I. p. 125.

— — ſed inſidet ceruo, ſ. facem ardentem. Æ max. mod. Fauſtinae Iun. ſine epigr. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 35. — In ſimili legitur AETERNITAS AVGVSTA, quae inſcriptio eius conſecrationem indicare videtur. *Vaill.* Pr. III. p. 141.

— — in bigis citis velo per caput ſinuato, et manibus oblongam facem tenens c. epigr. CONSECRATIO. Æ 1. Paulinae.

— — curru vecta, cui duo cerui iuncti, d. facem. n. Epheſ. — Eadem taedifera, vel Lucina bigas ceruorum agit in numis Aeliae gentis, *Haueɓal.* Proem. Tb. 3. fg. 2. p. 86.) *Liebe* Goth. Num. p. 214. vid. Tam. Aelia apud *Morellium*, *Vaillantium*, *Vrſinum*, aliosque.

— — in curru a leone et apro vecta, d. facem, praeeunte Hercule, d. clauam, c. epigr. S. P. Q. R. DIVO TRAIANO PARTHICO. n. Traiani. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 21. fg. 3. p. 97.

— — cum creſcente luna in capite, d. facem in curru a duobus tauris tracto, Æ max. Tarſi in Gordiano Pio.

— — cum creſcente luna in capite ſtat inter Herculem et Bacchum cum attributis. Æ max. Chiorum et Smyrnaeor. in Philippo Sen.

Diana multimammia, quae ex *Macrobio* L. I. Saturn. c. 20. eſt vel terra vel natura rerum ſubiacens

ceas ſoli; hinc eſt, quod continuatis vberibus corpus deae omne denſetur; quia terrae vel rerum naturae altu nutritur vniuerſitas. De hac Dianae effigie Paullam et Euſtochium ita edocet *Hieronymus* proemio in Epiſtolam Pauli ad Epheſios: "Scribebat Apoſtolus ad Epheſios Dianam colentes, non hanc venatricem, quae arcum tenet, atque ſuccincta eſt, ſed illam multimammiam, quam Graeci πολυμαστὸν vocant, vt ſcilicet ex ipſa quoque effigie mentirentur, omnium eam animantium eſſe nutricem. — Et ante eum *Minutius Felix* in Octauio p. 105. huius deae meminerat verbis ſequentibus: „Diana Epheſia mammis multis et vberibus exſtructa. Circa quem locum *Oiſel.* Theſ. Num. Sel. Ant. p. 298. adnotat, antiquiſſimas editiones habere *verubus* ſeu *veribus* pro *vberibus*, vt adeo *Minutius* veram Dianae multimammiae imaginem expreſſerit, quando dixerit, eam et *mammis multis* et *veribus* exſtructam, h. e. iaculis, quibus vtraque manu expanſa ipſa Diana quaſi imitatur, quemadmodum *Virgilio verua* dicantur iacula et mucrones teretes. Confirmant hanc lectionem nummi, in quibus Diana illa verubus, ſuis terrae infixis vt firmiſſimis fundamentis innititur.

Diana illa Polymaſte non per Ioniam ſolum, ſed reliquam Aſiam colebatur, teſtibus et hiſtoricis, et numis Colophoniorum, Magnetum, Metropolitarum, aliis; nemo tamen rei numariae peritus in dubium vocauit vmquam, eas monetas, quae ſeu ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ, ſeu ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙΣ inſcriptae ſunt, eiuſdem vrbis officinae alicui adſcribendas eſſe, quod inde confirmatur etiam, quia vrbes eidem Multimammiae deuotae nequaquam patriae ſuae conſignandae negligentes erant; ita videbis paſſim numos cum Dianae notiſſimo typo, qui titulos praeferunt: ΑΡΤΕΜΙΣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ. — ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. — ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΑΡΤΕΜΙΣ. vid. *ſuis locis.*

Diana multimammia cum verubus et ceruis. Æ. max. Hierapolitarum Phrygiae. M. *Piſan.* Tb. 60. n. 2. p. 167. Poteſt etiam eſſe *Rhea* ſeu Mater Magna, cuius apud Hierapolim meminit *Plinius* L. II. c. 93. quaeque apud Phryges in magno erat cultu, ideoque *dea Phrygia* dicebatur; apud aliam vero Hierapolim quae in Syria erat, *Artaga* aliiſque nominibus vocabatur. Conf. *Phornut.* de Rhea, quae eadem eſt ac terra, quaeque, quod animantia et cetera nutricatur et ſuſtentat, ideo cum multis mammis et fulcris fingitur.

— — cum adminiculis et ceruis. n. Acraſi Lydiae in Geta; Amorii, Ancyrae Aſturinae, Colophonis in Domitiano ac Traiano; Cyzici in Commodo; Gortynae Cretenſium; Nacraſi in M. Aurelio; Neapolis Syriae in M. Aurelio; Pruſiae in Iul. Domna.

— — hinc et inde Victoriae, caput circumuolantes, pro pedibus columbae n. Magneſiae ad Maeandrum in Hadriano.

— — velo ornata, deſinens in Dianae polymammiae formam. n. Sebaſtes in Criſpina.

— — dextra flagrum, ſ. ſpicas, pro pedibus hinc et inde leo. n. Neapolis Syriae.

— — cum verubus in manibus et flore in capite, alia vero mulier cum delphino in dextra, et flore ſeu gemma in ſiniſtra, pone prora ratis et malleus. Æ. max. mod. Alabandenſium. Muſ. *Piſan.* Tb. 39. n. 1. p. 109. Mulier, quae coram Diana ſtat, ſignificat Alabandam, quae Cariae vrbs cum felix eſſet tum ſolo, tum aliis rebus, Dianam colebat.

Diana multimammia cum adminiculis, in cuius capite modius, e quo defluunt. n. Aſturineor. Myſiae. Vaill. Adp. Graec. Tb. 6. p. 41.

— — in templo. Æ. max. mod. Epheſiorum. M. *Piſan.* Tb. 36. n. 2. p. 101. — Æ. max. Pertinacis. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 57.

— — in templo figuris duorum ceruorum ornato. Æ. max. mod. Epheſ. in Hadriano. *Cimel. Vind.* I. p. 45.) *Khell.* Suppl. p. 68.) Muſ. *Piſan.* Tb. 10. n. 2. p. 21.

— — inter Caſtorem et Pollucem, equis inſidentes. n. Epheſ.

— — et Ceres taedifera. n. Cyzici et Epheſi in Anton. Pio. *Patin.* Theſ. p. 168.) *Triſtan.* I. p. 588.) *Harduin.* Oper. p. 58. 87.

DIANA PERG. S. C. COS. III. Dianae Pergaeae templum, tribus gradibus et duabus columnis ſtriatis ſuperfultum, cum imagine in medio delubri. Æ. max. mod. Neruae. *Mdb.* p. 145.) *Vaill.* Pr. II. p. 114 ſed in periſtylio templi legit: DIANA PERGENSIS. Perge vrbs Pamphyliae nobiliſſima in qua Neruae templum Dianae ... oppidi nomine dictae Pergaeae, exhibet, ob praerogatiuam aſyli huic templo olim conceſſam, ab eo Imp. forte confirmatam; vnde illud *Cicero* I. Verr. adpellat ſanctiſſimum et antiquiſſimum. In Graecis numis epigraphe haec legitur: ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΑΣΥΛΟΥ. vid. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ.

DIANA PERG. Ipſa in templo diſtylo. Æ. Traiani. *Mdb.* 147. 151.) *Patin.* Theſaur. p. 64.) *Vaill.* Pr. II. p. 118. 128.) *Guſſeme* VI. p. 409.

Diana Pergaea in templo diſtylo. n. Pergae in M. Aurelio, L. Vero, Sept. Seuero, Caracalla, Philippo Seniore, Gallieno apud *Vaill.* Gr. Num.) *Patin.* Impp. p. 286.) De cuius templi celebritate *Spanhem.* Pr. I. p. 591. De annuo gentis ad illud conuentu *Strabo* L. XIV. p. 667.

— — in templo tetraſtylo. n. Attaliae.

Eadem ſtans, d. arcum, in imo aſtrum. n. Pergae in Iul. Mamaea.

— d. ſpiculum inuerſum, ſ. arcum. n. Pergae. *Vaill.* Gr. p. 159.) *Spanhem.* Pr. I. 725.

— d. telum depromit e pharetra, ſ. arcum. Æ 2. Pergae in Claudio.

— coronatur a Victoria. Æ 2. Pergae in Tranquillina. *Vaill.* Gr. — Æ. in Salonina. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 50. fg. 2. p. 387.

Dianae Pergaeae ſignum, hinc et inde columba, deſuper Sol et Luna creſcens. n. Pergae in Maximino.

Diana Perſica apud Hierocaeſarienſes culta, de cuius templo et aſylo *Spanhem.* Pr. I. p. 669.

Dianae Segeſtanae ſimulacrum deſcribit *Cicero* IV. Verr. c. 34. "Erat admodum amplum et excelſum ſignum cum ſtola; verum tamen in erat in illa magnitudine aetas atque habitus virginalis, ſagittae pendebant ab humero, ſiniſtra manu retinebat arcum, d. ardentem facem praeferebat. Sic Diana exhibetur etiam in duobus Lacedaemoniorum numis apud *Arigonum* Num. Pop. et Vrb. Tb. 12. n. 119. et Tb. 13. n. 126.

Dianae Soſpitae maximi honores Ithacae, quae inſula ſub Dianae tutela fuit. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 203. — Eadem *Seruatrix* in Syracuſanorum aliarumque gentium moneta legitur. vid. ΣΩ. — ΣΩΤΕΙΡΑ.

Dianae Venatricis habitum, quo dextro brachio et mamma exſertis ac nudis, pharetra ad ſiniſtrum humerum pendente, paſſim in numis ac monumentis vetuſtis depingitur, illuſtrat *Spanhem.* ad *Callimach.* Hymn. in Dian. 212.

Diana Venatrix ſuccincta cum arcu, telo, pharetra, canibus, vel ceruis in n. Acmoniae, Amaſtris, Anchiali Thraciae, Automalae, Bizyae, Callatiae, Cherſoneſi, Coelu, Corinthi, Cretae, Daldiae, Deulti, Epheſi, Gazae, Germanicopolis, Hadrianopolis, Laodiceae Syriae, Lappae, Leucadis Acarnaniae, Macedoniae, Marcianopolis, Mileti, Miletopolis, Mopſueſtiae, Nicopolis Moeſiae, Nyſae, Patrarum, Pergae, Perinthi, Ptolemaidis, Raphiae, Smyrnae, Syedrae, Syracuſae, Tabae, Tarſi, Thyatirae, Tomorum, Traianopolis, Trallium, Tyri; *it.* in n. Auguſti, Titi, Domitiani, Neruae, Antonini Pii, Fauſtinae Iunioris, Criſpinae, Galli, Valeriani, Aemiliani, Gallieni, Poſtumi. — Dianae Venatricis typus in numis Romanis inſolens. *Vaill.* Pr. II. p. 113.

Diana Venatrix cum lunula ſupra frontem, quaſi feſtinans, feraſque proſequens, ac ſ. arcum tenens, dum d. ſagittam e pharetra a tergo pendente trahit. n. Auguſti. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 50. fg. 11. p. 301. — *Phurnutus* cum dixiſſet, Dianam et Lunam eandem eſſe, ſubiungit: Fingunt eam eſſe venatricem, et ferarum necatricem, et ceruorum iaculatricem, et montiuagam, propterea quod aut in feras nocumenta, quae ab ipſa (Luna) deſcendunt, transferre voluerunt, aut declarare, quod maxime noctu cernatur et adpareat. Plurimum, addit *Phurnutus*, ſilentium noctu vbique ſentitur, in primis tamen in montibus et in ſolitudinibus noctu ſilentium magnum eſt. Propterea non abs re, cum et venatrix quaedam putetur, in huiuſmodi locis morari dicitur. etc. Nec ab his abludit, quod canes conſecrantur Dianae, cum ſint ad venationes idonei, et ad vigilias nocturnas, latratuſque nati.

Diana Venatrix pectore tenus nuda ac veſtibus ſuccincta, ſ. arcum tenet, d. telum ex pharetra depromit, in area IMP. VII. *Imperator Septimum.* Subtus legitur SICIL. *Sicilia*)(AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti corona quernea redimitum. AR. Auguſti. *Golz.* in Aug. Tb. 33. fg. 25.) *Morell.* in Aug. Tb. 15. fg. 25. p. 276.) *Paruta* Sicil. inter Num. Gr. et Rom. n. 77. — *Al.* ſed *Diana Venatricis* habitu gradiens, veſte fluida, peplo ſupra iniecto, ſ. arcum, d. ſagittas e pharetra a tergo dependente depromtura, cum inſcr. SICILIA. IMP. VIII. (*Octauum*))(AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti nudum. AV. eiuſd. *Golz.* in Aug. Tb. 30. fg. 25.) *Morell.* in Aug. Tb. 11. fg. 33.) *Paruta* Sicil. n. 77. inter Graecos et Romanos.) *Spanhem.* ad Iuliani Caeſſ. p. 459.) *Vaill.* Pr. II. p. 40. — *Al.* ſed cum cane venatico adcurrente, in area IMP. VIII. ſubtus SICIL.)(*Eadem.* AR. Auguſti. *Morell.* in Aug. Tb. 15. fg. 20. p. 275. — *Al.* ſimilis, ſed IMP. IX. (*Nonum*) SICIL*ia.*)(Eadem. AV. Auguſti. *Golz.* in Aug. Tb. 30. fg. 27.) *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 12. n. 7.) *Bineus* ad *Auguſtin.* Dial. Tb. 12. n. 7.) *Mdb.* p. 33.) *Morell.* in Aug. Tb. 11. fg. 34. p. 139.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 27. fg. 10. p. 121.) *Paruta* Sicil. n. 79. — *Al.* ſed AR. *Golz.* ib.) *Morell.* in Aug. Tb. 15. fg. 21.) *Patin.* ad *Sueton.* p. 189. — *Al.* ſed IMP. X. (*Decimum*) SICIL. Idem Dianae typus.)(*Eadem.* AV. Auguſti. *Golz.* in Aug. Tb. 30. fg. 29.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 12. n. 8.) *Bineus* ad *Auguſtin.* Dial. Tb. 12. fg. 8.) *Morell.* in Aug.

Tb. 11. fg. 36. p. 240.) Tb. 27. fg. 11. p. 121. et Tb. 50. fg. 11. p. 301.) *Oudanus* in P. R. Tb. 30. n. 11. p. 145.) *Spanhem.* ad Iuliani Caeſſ. p. 459. — *Idem*, ſed AR. *Morell.* in Aug. Tb. 15. fg. 22.) Muſ. *Theup.* p. 125. — *Al.* ſimilis, ſed capite Auguſti laureato. AV. *Mdb.* p. 37.) *Morell.* in Aug. Tb. 11. fg. 35. p. 240. — Idem, ſed AR. *Golz.* in Aug. Tb. 30.) *Morell.* in Aug. Tb. 15. fgg. 26. 29. — *Alius* ſed IMP. XI. (*Vndecimum*) SICIL. Diana veſte fluida gradiens, d. ſagittam e pharetra promit, ſ. arcum.)(Eadem. AV. Auguſti. *Golz.* in Aug. Tb. 30. fg. 31.) *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 12. n. 9.) *Biaeus* Tb. 12. fg. 9.) *Mdb.* p. 37.) *Morell.* in Aug. Tb. 11. fg. 37. p. 241.) *Paruta* Sicil. ex Num. Gr. et Rom. n. 83. — *Eadem Diana* feſtinans. IMP. XI. SICIL. ſed AR. Auguſti. *Morell.* in Aug. Tb. 15. fgg. 23. 27.) *Aen. Vicus* inter Arg. Aug. — *Al.* ſed Diana crinibus in nodum complicatis in veſte fluida gradiens peplo ſuperiniecto, ſagittam e pharetra a humeris dependente depromtura ſ. arcum. AV. Auguſti. *Morell.* in Aug. Tb. 11. fg. 38. p. 241. — *Al.* ſed IMP. XII. (*Duodecimum*) SICIL. Idem Dianae typus, ad latus cane venatico eam comitante.)(*Ead. epigr.* ſed caput Auguſti corona querna redimitum. AV. *Golz.* in Aug. Tb. 30. fg. 30.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 12. n. 10.) *Biaeus* Tb. 12. n. 10.) *Morell.* in Aug. Tb. 11. fg. 39. — *Similis*, ſed AR. Auguſti. *Golz.* Tb. 29. fg. 33.) *Morell.* Tb. 15. fgg. 24. 28. 30.) *Oiſel.* Tb. 50. fg. 11. p. 302.) *Patin.* in *Suetonio* numis illuſtrato p. 189.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* II. Tb. 12. fg. 2.

Ex mente *Oiſelii* iſti Dianae typi Siciliam venationibus illuſtrem denotare videntur, vel quod Diana inter Siciliae deos habita, vt tradit *Diodor. Sicul.* L. V. Dianam, Mineruam et Proſerpinam propter familiarem inter ſe conſuetudinem inſulam mirifice dilexiſſe, adeoque vnamquemque certum in ea ſibi locum vindicaſſe. Vnde et in Syracuſanorum apud *Beger.* Th. Br. I. p. 289. 279. et aliorum Siculorum numis apud *Dorville* et *Torremuzzam* nihil frequentius *Diana* videas.

Sub Auguſto autem cuſi ſunt iidem numi, ad compoſitas ab Auguſto in Sicilia res pertinentes, vti cenſet *Hauercamp.* ad *Morell.* Tb. Impp. I. p. 275.

Diana Venatrix ſtans, *al.* gradiens, d. elata ſagittam vibratura, ſ. arcum. n. Cyzici, Epheſi, Mytilenes, Pergae, Thelphuſae Arcadiae; it. Antonini Pii, Saloninae. vid. DIANA VICTR. — DIANAE VICTRI. — *Al.* ſed d. arcum, ſ. telum. Æ. Syedrae in M. Aurel.

— — d. ſagittam pharetra retro pendente educit, ſ. extenſa arcum tenet. n. Amaſtris, Antiochiae Piſidiae, Bizyae, Cretae, Epheſi, Germanicopolis, Hadrianopolis, Lappae, Marcianopolis, Maſſaliae, Nicaeae, Nicopolis ad Iſtrum, Pergae, Siciliae, Smyrnae, Traianopolis, Trallium; *it.* AV. Victorini Sen. v. ADIVTRIX AVG.

— — comite cane venatico. n. Anchiali Thraciae, Callatiae, Cretae, Deulti, Epheſi, Maſſaliae, Mileti, Miletopolis, Mytilenes, Nicopolis ad Iſtrum, Nyſae, Patrarum, Pergae, Perinthi, Philadelphiae Lydiae, Raphiae, Tarſi, Thyatirae, Tomorum, Traianopolis; *it.* Impp. Neruae, Traiani, Peſcennii Nigri.

— — dextra arcum, ſ. baculum, pro pedibus canis. AR. Bruttiae. *Eckhel.* Cat. I. Tb. 1. fg. 12.

Diana Venatrix d. pharetram, ſ. arcum, ad pedes canis. n. Perinthi.

— — d. haſtam, ſ. arcum, adſtante cane. n. Siciliae. v. DIANA FELIX.

— — arcum tendit, prope eam canis. n. Epheſi, Syracuſae.

— — pro pedibus hinc ara, inde canis. n. Hadrianopolis.

— — ſuccincto habitu ſtans iuxta antrum, ſuper quo arbor, vtraque manu pallium attrahit, pro pedibus canis in antrum introſpiciens, retro pharetra, arcus et exuuiae leonis. Æ. max. Antonini Pii. Muſ. *Alb.* I. Tb. 23. fg. 3. p. 46.) *Eckhel.* Cat. II.) *Cimel. Vindob.* II. Tb. 35. fg. 2. p. 8. ſed editori videtur Deianira Herculem in Oeta monte geſtu deſperantis deplorans, d. in caput ſublata, ſ. veſtem tenens ad antrum, in quod veſtigator canis inſpicit, etc.

— — alata verberat ſ. canem retardantem. n. Syracuſ. *Dorville* Sicul. Tb. 6. fg. 10.) *Hauercamp.* ad *Parut.* Sic. Tb. 58. fg. 6. et Tb. 72. fg. 142. p. 343. 369.) *Mirabell.* Explic. Num. Syrac. p. 146.) *Beger.* Th. Br. II. p. 388. fg. 3. qui vero arietem a Victoria baculo caſtigari coniicit.

— — in templo diſtylo, d. telum depromit, ſ. arcum tenet. n. Epheſ. — in templo tetraſtylo, d. arcum tendens. n. Epheſ. — comitante cane. n. Hadrianopolis.

— — d. telum e pharetra, ſ. arcum, ad pedes canis et ceruus. n. Cretiae Bithyniae.

— — ſed pro pedibus ceruus tantum. n. Acmoniae, Automalae, Corinthi, Epheſi, Tabae.

— — adſtat ceruus etc. n. Leucadiorum.

— — arcum tenens, pro pedibus ceruus currens. n. Callatiae, Epheſi, Maſſaliae.

— — ſuccincta ſt. d. telum e pharetra depromit, ſ. ceruum cornu retinet. Æ. Amaſtris in Fauſtina Iun. *it.* n. Epheſi, Myrinae Aeolidis. — *Al.* ſ. arcum. n. Cyzici. — *Al.* d. ceruum cornu prehendit, ſ. venabulum. n. Hoſſidiae g. — comite cane. n. Pautaliae Thraciae. inſequitur ceruum. n. Automalae. — duos ceruos cum canibus inſequitur. n. Daldiae.

— — genu ſupra ceruum humi decumbentem, ſ. cornu eius diſrumpere conatur. n. Epheſi.

— — inſiſtens ceruo proſtrato; d. gladium tenet. n. Epheſi.

— — ſtans inter duos ceruos. Æ. I. Antonini Pii. *Harduin.* Oper. p. 767.

— — aprum telo confodit, ad latera arbor. n. Trallium.

— — ſt. cum duobus iaculis, vocibus additis ϹΜΥΡ. ΠΑΝΙΩΝΙ. *Smyrnaeorum Panionia.*

— — cum arcu ſuper columna. n. Hadrianorum, Philadelph. Lydiae.

— — ſt. in baſ. pharetram in dorſo, ſ. arcum, ante tripus. Æ 2. Alexandriae Troadis in Caracalla. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 80. fg. 9.

— — ſtans d. extenta, ſ. arcum, ad pedes canis. n. Siciliae.

— — ſed ſ. haſtam. n. Lacedaemonis.

— — ſed d. pateram, ſ. arcum. n. Mileſiorum.

— — d. capiti admouet, ſ. arcum. n. Siciliae.

Diana

Diana Venatrix pone Dianam arbor. n. Epheſ. — ſed arbor occiſis ramis. n. Nicomedis I. regis Bithyniae.

— — ſtans in naui. n. Epheſi; portubus enim praeerat. Inde Agamemnon ad Troiam proficiſcens nauis gubernaculum in eius deae templo dedicat. *Spanhem.* ad *Callimach.* — ſupra triremem, ambabus velum inflatum. n. Epheſ. — d. telum, ſ. clipeum, pede prorae impoſito. n. Samiorum.

Diana Venatrix cum arcu et *Aeſculapius* cum attributis, intermedio *Apolline* muliebri habitu. n. Germenorum.

— — et *Apollo* nudus ſtans, d. telum. n. Philadelphiae Lydiae.

— — d. telum e pharetra promens, ſ. arcum; adſtat Apollo ſeminudus, d. capiti admota, ſ. lyrae innixus n. Alexandriae Aegypti; *it.* Valeriani Sen. *Khell.* Suppl. p. 176.

— — d. arcum, coronat Apollinem ante tripodem. Æ max. mod. Apolloniae Myſiae in Alex. Seu.

— — ex aduerſo ſtat *genius* vrbis, ſ. haſtam; ambo cum pileo Phrygio. n. Tabenorum Lydiae.

— — ex adu. *nympha* caput cerui gerens. n. Acmonenſium.

— — d. pateram, ſ. haſtam, coronatur a Victoria. n. Epheſior.

— — inequitans ceruum, d. telum e pharetra depromit. n. Epheſior.

— — pharetram humero geſtans, ceruo inſidet, cuius cornu ſiniſtra adprehendit. n. Cadorum Phrygiae. *Froelich.* 4. Tent. p. 446.

Diana Venatrix arcitenens in equo. n. Epheſ.

— — in equo currente, infra canis et vas. n. Magneſiae ad Maeandrum in Maximo Caeſare. *Vaill.* Gr.

— — equeſtris telo leonem petens. n. Traiani. *Mdb.* 149.

— — ſuper vacca recubante. n. Auguſti ab Aegyptiis.

— — in biga, quam gemini boues trahunt; eius enim currum a variis animantibus trahi poetae fabulantur, nunc a bobus ex *Prudentio;* nunc a iuuencis ex *Auſonio;* mulos etiam eius vehiculo adhibitos auctor eſt *Feſtus Pompeius;* ab equis, nam hoc primus *Homerus* monuit hymno in Dianam equis illius currum vectari; a ceruis, qua venationum magiſtra. — in bigis taurorum. AR. Deli. *Golz.* Gr. Inſ. Tb. 17. fg. 8. et Tb. 18. fgg. 1. 2. 3. *Nonn.* Comment. p. 262. — cum creſcente luna humeris falcata. n. Tarſi in Iul. Domna, Caracalla, Philippo Sen. *Vaill. Gr.*

— — vehitur in curru a duobus ceruis tracto, d. arcum. n. Epheſi; Magneſiae ad Maeandrum. — d. telum e pharetra dorſo adpenſa promit, ſ. arcum tenet. n. Epheſi, Mytilenes. — d. habenas, ſ. arcum. n. Abydi, Epheſi. — d. facem. n. Epheſi. — d. facem, ſ. haſtam tenens pendente ex humeris pharetra, citis ceruorum bigis vehitur. n. Aeliae gentis. — d. haſtam, ante canis, duo ſubſequuntur. n. Axſiae gentis.

— — in curru biiugo, quem equi vehunt. AV. Deli. *Golz.* Gr. Inſul. Tb. 18. fg. 2.

— — in citis bigis. n. Capuae Campaniae.

Diana

Diana Venatrix in curru a duobus mulis tracto. n. Epheſi in Iul. Domna.

— — a duobus ſerpentibus vehitur cum creſcente luna in capite. n. Aureliopolis.

Diana ſedens, ante Sulla dormiens, vt quidam arbitrantur. n. Corneliae g.

— — rupi inſidens, ante Endymion dormiens, per aera Cupido volans. n. Traiani.

— — ſedens inter rupes, d. pateram, ſ. arcum. Æ 2. Gallieni ac Epheſ.

— — trunco inſidens alte ſuccincta, d. duas haſtas, ſ. quid parazonio ſimile, pro pedibus clipeus. n. Nicomedis I. regis Bithyniae.

DIANA VICTR*ix*. Dea ſtans ſuccincta, d. ſagittam e pharetra promit, ſ. arcum gerit, pro pedibus ceruus. Æ 3. Claudii Goth. *Band.* I. p. 341.) *Eckhel.* Cat. II. p. 389. — *Al.* ſed d. ſagittam tenet, ſ. arcum. AR. Aemiliani. *Band.* I. p. 93.) *Guſſeme* I. p. 48.) *Harduin.* Oper. p. 842.) *Mdb.* 363.

— VICTRI*x*. Idem Dianae typus. AR. Aemiliani. *Band.* I. p. 93.) *Mdb.* p. 364.

— VICTRIX. Idem typus. AR. Aemiliani. *Band.* I. p. 93.

Dianae caput vario cultu. n. Abderae Thraciae, Abydi, Aegii, Agrigenti, Amorii, Amphipolis Syriae, Anazarbi, Apolloniae Illyrici, Athenarum, Byzantii, Capuae Campaniae, Centoripae, Cherſoneſi Cretae, Cnidi, Cnoſſi, Coi, Corinthi, Cymes Aeolidis, Cyrenaicae, Africae, Damaſci, Epheſi, Emporiarum, Epiri, Eretriae, Gauli, Geraſiae, Gortynae, Lacedaemonis, Laodiceae Syriae, Laſi, Macedoniae, Magneſiae ad Maeandrum, Mantali, Maſſaliae, Miletopolis, Neapolis Campaniae, Nicaeae, Nolae, Oluntis, Opuntis, Paeſti, Panormi, Perinthi, Phaſelis, Phenei, Philadelphiae Lydiae, Pitanae, Polyrhenii, Rhegii, Seleuciae Ciliciae, Sybaris, Syedrae, Syracuſae, Tarſi, Thurii, Thyátirae, Zacynthi; *it. Fam.* Aemiliae, Aquiliae, Cariſiae, Claudiae, Corneliae, Hoſidiae, Lolliae, Mariae, Poſtumiae; apud *Morell.* Th. Fam. p. 7. 73. 92. 121. 124. 251. 516. 538. 543. 570. 581. 588. 614. 627. *it. Regum.* Pyrrhi in Epiro, Amyntae II. in Macedonia, Agathoclis in Sicilia, Phintiae Agrigenti regis, Seleuci I. et III. *it.* Demetrii I. *it.* Antiochi VIII. in Syria regum, Cleopatrae vltimae in Aegypto reginae; *it.* Lepidi, Iul. Caeſaris, Neronis Imp.

Dianae caput ſine arcu et pharetra. n. Maſſaliae Galliae Narbonenſis.

— — nudum, retro pharetra. n. Orſantinorum Lucaniae apud *Magnan.*

— — pone arcus et pharetra. AV. *Golz.* in Aug. Tb. 30. fg. 26.) *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 12. n. 11.) *Biaeus* in Dial. *Auguſtini* Tb. 12. n. 11.) *Morell.* in Aug. Tb. 9. fg. 24. p. 189.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 95. fg. 11. p. 474.) *Spanhem.* Not. ad *Iuliani* Caeſſ. p. 22.) *Vaill.* Pr. II. p. 37.) *Udal.* in P. R. Potentia Tb. 111. n. 11. p. 478.

— — ad pectus, ſ. arcum tenet, d. ſagittam educit e pharetra retro religata. n. Victorini. *Band.* I. p. 418.

— — crinibus nodo iunctis, retro pharetra. n. Thyatirae. — ſed pone lyra n. Amorii.

Dianae caput comis religatis. n. Agathoclis Siciliae regis. *Torremuzza* Sicil.

— — inſolito ornatu. n. Seleuci IV. Syriae regis. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 6. n. 9. p. 43.

— — lata faſcia reuinctum et inauribus ornatum, pone victoriola cum ſerto volans. n. Neapolis.

— — hedera coronatum, pone quod pharetra. n. Byzantii.

— — laureatum. n. Neapolis.

— — turritum. n. Miletopolis, Nicaeae.

— — cum luna creſcente in humeris falcata, *al.* pone quod luna. n. Abderae Thraciae; Alaeſae, Anazarbi, Epheſi, Tarſi; *it.* *Fam.* Aemiliae, Claudiae. — et a tergo pharetra et arcus. n. Apolloniae Illyrici. *Neumann.* Pop. Num. I. Tb. 5. fg. 1.

— — intra ſcuta Macedonica. *Golz.* Gr. p. 124.) *Hauthal.* Proem. Tb. 2. fg. 5. p. 57.) *Spanhem.* Pr. I. p. 385.

— — in manu Atyos. n. Mantalae.

— — ſub Fauſtinae Iun. imagine, pone dorſum pharetra. Æ. Perinthi in M. Aurel.

Dianae et Apollinis capita iuncta iuxta opinionem quorundam in gentis Pompeianae numis, *it.* Biatiae, Calchedonis, Deli inſulae, Rhegii.

Dianae, Apollinis et Iouis capita iugata. n. Deli inſulae apud *Golz.*

Dianae et *mulieris* cum modio capita. n. Seleuciae.

Dianae et *Veneris* capita. n. Syedriae.

Dianae Epheſiae ſignum arae impoſitum. n. Epheſior. — ſed ſ. arcum, adſtat ara fumans et laurus. n. Alexandriae Troadis.

— — in d. Herculis. n. Epheſior. et Pergamenor. — in d. Iouis. n. Epheſ. — in manu mulieris. n. Epheſ. — in d. fluuii decumbentis. n. Epheſ. — vtraque manu tenet Etruſcilla. n. Philadelph. et Epheſior.

— — ſtatua, cui adſtant fratres M. Aurel. et L. Verus. n. Epheſ. *Spanhem.* Pr. I. p. 641. quae

Dianae Epheſiae ſtatua mamillas prae ſe fert quamplurimas, cum mater rerum omnium credatur; ac ſuſtentaculis duobus innititur, prope pedes modo canes, modo ceruos habens, et in capite calathum vel corbem fructibus plenum; quae omnia quid in receſſu habeant, conf. Symbolica Dianae Epheſiae ſtatua, a *Claudio Menetreio* expoſita Rom. 1657. vid. *Aper.* — *Canis* — *Ceruus*, Dianae ſymbola.

Dianae Venatricis pharetra in numis operculo clauſa. v. *Pharetra.*

Dianae et Apollinis ludi communes erant ſaeculares, diuerſi ab Apollinaribus proprie dictis. v. *Ludi Apollinares.*

DIANAE CONS. AVG. *Dianae Conſeruatrici Auguſti.* Capra ſilueſtris, vel dama, vel nebrus; in *aliis* ceruus, *al.* cerua, *al.* capricornus: animalia Dianae ob venationem ſacra, vt patet ex numis Epheſiis et Gallieni, in cuius numis id genus typi frequenter obſeruatur, quod pater Valerianus Dianam ſingulariter coluerit, eique templum in ſexta vrbis regione dicauerit, dictum aedes Valerianae. *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 61. r. 6. 7.) *Angelon.* p. 267. n. 12.) *Be-*

ger-

ger. Th. Br. II. p. 743.) *Oiſel.* Tb. 35. n. 2. p. 156. *et* Tb. 56. fgg. 7. 8.) *Spanhem*, Pr. I. p. 202.

— — Capra. Æ. Gallieni. M. *Theup.* p. 209. — *it.* Æ 3. Gallieni. *Band.* I. p. 214. — et in imo ϵ. *al.* XI. *al.* XII. Æ 3. eiuſd. *ibid.*

— — Cerua ſtans. AV. Gallieni. *Band.* I. p. 152. — et in ima parte XII. AV. eiuſd. *Band.* ib.) *Mdb.* 375. — in imo ε. *al.* г. *al.* ι. *al.* xι. Æ 3. Gallieni. *Eckhel.* Cat. II. p. 371.) *Guſſeme* III. p. 304.) *Schulz* MzCab. III. p. 18.

— — Ceruus ſtans. AV. Gallieni. *Band.* I. p. 152.) *Mdb.* p. 375. — *it.* Æ. Gallieni. *Band.* I. p. 160.) *Mdb.* p. 376.) *Schulz.* MzCab. III. p. 16.) M. *Theup.* p. 260. — *it.* Æ 3. eiuſdem, et in imo ε. *al.* г. *al.* ι. *al.* x. *al.* xι. *al.* xιι. *Band.* I. p. 214.) *Eckhel.* Cat. II. p. 371.) *Guſſeme* III. p. 304.) *Schulz.* MzCab. III. p. 16.

— — Idem typus, in imo Δ. *al.* ϵ. *al.* x. *al.* xι. *al.* xιι. Æ 3. Saloninae. *Band.* I. p. 251.) *Guſſeme* II. p. 358. n. 15.

— — Idem cerui typus, in ima parte г. *al.* x. Æ 3. Claudii Gothici. *Band.* I. p. 341.

— — Diana Venatrix d. arcum, ſ. haſtam inuerſam, ad pedes ceruus. Æ. Gallieni. *Harduin.* Oper. p. 848.) *Vaill.* Pr. II. p. 353.

DIANAE CONS. I. Ceruus. Æ 3. Gallieni. *Band.* I. in Addend.

DIANAE LVCIF. Diana gradiens vtraque manu facem accenſam, in ima parte P. Æ 3. Claud. Goth. *Band.* I. p. 341.

DIANAE LVCIFERAE. Æ. Iul. Domnae. *Mdb.* p. 282.

— — Diana gradiens, facem ardentem vtraque manu praefert. Æ. Poſtumi Sen. *Band.* I. p. 290.) *Eckhel.* Cat. II. p. 385.) *Harduin.* p. 857) *Mdb.* p. 393. — et cum pharetra ex humeris. Æ 3. Poſtumi Sen. *Band.* I. p. 306. 309. — ſed capite radiato pharetram geſtans. Æ. Poſtumi Sen. *Band.* I. 309.) *Mdb.* 393.

DIANAE REDVCI. Diana venatricis habitu d. ceruum ducit, ſ. arcum tenet. Æ. Poſtumi Sen. *Band.* I. p. 290. *it.* Æ. eiuſdem. *Band.* I. 309.) *Mdb.* 393.

DIANAE VICTR. Diana alte ſuccincta d. ſagittam depromit e pharetra ex humeris ſuſpenſa, ſ. arcum, in imo H. Æ 3. Claud. Gothici. *Band.* I. p. 341.

— VICTRI. Diana ſt. d. ſagittam, ſ. arcum. Æ. Trebon. Galli. *Band.* I. p. 59.

— — Idem typus. AV. Æ. Aemiliani. *Band.* I. p. 92. 93.) *Eckhel.* Cat. II. p. 361.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 44. fg. 2. — *Similis* argenteus a *Strada* p. 143. et *Mdb.* p. 390. Alex. Aemiliano contribuitur, ſed *Band.* I. p. 279. potius ad Aemilianum, Auguſti Valeriani deceſſorem ſpectare videtur, quam ad tyrannum.

— VICTRICI. Diana ſtans Venatrix. AV. Aemiliani. *Vaill.* Pr. II. p. 341. *it.* Æ. Eiuſd. *Band.* I. p. 93.

ΔΙΑΣ inferne legitur in n. Mopſi Ciliciae.

DIC. *Dictator.* DIC. III. *Dictator Tertium.* AV. Æ. Iul. Caeſaris. *Golz.* in Caeſ. Tb. 10. n. 10. — CAESAR DIC. TER. *Caeſar Dictator Tertium* in n. Fam. Clo-

Cloniae et Iuliae. — CAES. DIC. QVART. *Quartum* in n. Fam. Iuliae et Mettiae. *Golz.* in I. Caeſ. Tb. 7.) *Morell.* in Caeſ. Tb. 4. n. 26. — DIC. PEP. *al.* PERP. *Perpetuo* vel *Perpetuus*. *Spanbem.* Pr. II. p. 171. — DIC. ITER. *Dictator Iterum*. *Morell.* in I. Caeſ. p. 54.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. I.

DICLETIANVS loco *Diocletianus* apud *Band.* II. p. 26. IMP. DICLETIANVS P. AVG.

Dictamnus herba Creticae inſulae peculiaris, quam praeferunt inſulae illius aliquot locorum numi. *Guſſeme* III. p. 47. — Occurrit etiam in Paphiorum numo. Accedit corona e dictamno cum ſerpente in numo ΚΥΔΑΙΩΝ, *Cydaeorum*, iuxta *Golzium* Inſ. Graec. Tb. 4. An vero expreſſi in numis Cauloniae Italiae ſeu Magnae Graeciae ramuſculi eandem plantam exhibeant, vt cenſebat idem *Golzius*, dubitat *Spanbemius*, qui ad vulgarem laurum eos refert, vti coronam cum ſerpente in numo ΚΡΗΤΑΙΩΝ non cum *Golzio* ad dictamnum referendum, ſed ad hederam potius cenſet. Similiter in n. cum inſcr. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΟΣ, *Dianae Pergaeae*, coronam e dictamno *Golzius* quidem exiſtimat, ac è dictamno exſtitiſſe ſertum, quod eadem manibus praefert, ſed iuxta *Beger.* Th. Br. I. p. 506, corona eſt et lauro.

Dictamnus cum capra eum adpetente. n. ΕΛΥΡΙ. *Elyriorum*. *Spanbem.* Pr. I. p. 362.

DICT. *Dictator*. CAESAR DICT. ITER. *Caeſar Dictator Iterum;* g. Iulia. — DICT. QVART. *Dictator Quartum*. *Morell.* Fam. Iul. Tb. 19. n. 5. *it.* Fam. Mettia.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 12. n. 1. 2. — C. CAESAR DICT. PERP. PONT. MAX. *Caius Caeſar Dictator Perpetuo Pontifex Maximus*. AV. Iul. Caeſ. Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 11. n. 6. — CAESAR. DICT. PERPET. Iul. Caeſar in den. g. Aemiliae, Coſſutiae, Iuliae. — CAESAR. DICT. PERPETVO. AV. *Kbell.* Suppl. p. 1.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 1. n. 3. 4. Iulio Caeſari ille titulus A. V. C. 709. vel 710. obtigit, cum dictaturam anno praecedente quartam accepiſſet, qui Iulius Caeſar vnus *Dictator* hactenus in numis legitur inſcriptus. *Spanbem.* Pr. II. p. 171.

Dictatoris, poſtquam A. V. C. 252. primum creati; maxima olim apud Romanos poteſtas, ſumma auctoritas, parque regiae dignitati, neque tamen populo inuiſa. Vtebatur purpura, ſella curuli, equis phaleratis, lictoribus viginti quatuor; pacis bellique arbitrium ipſi erat relictum, ſummumque in militum, ciuium, magiſtratuum fortunas et vitam imperium, omnibus ceteris magiſtratus, praeterquam tribunis plebis auctoritate ademta, nullaque ab eo prouocatione vſque ad an. 303. facta, quo Duilia lege cautum fuit, ne vllus deinceps magiſtratus ſine prouocatione ad populum crearetur. Quae vero licet magna ſic ſatis eſſet, *non* tamen erat *perpetua*, ſed ſaltem *ſemeſtris*, ac raro admodum *in annum* prorogata. *Dictaturae ad tempus* ſumebantur, inquit *Tacitus* L. I. Annal. c. 1. Neque etiam *annis ſingulis*, vt conſul, aut alii magiſtratus creabatur, ſed periculo ſaltem reipublicae Romanae ſummo, vel a diis vel ab honoribus, vel a ciuibus ipſis imminente. Si enim ſeditio ſedanda, ſi comitia habenda, ſi ſenatus legendus, ſi clauus figendus, ſi ludi Romani celebrandi, ſi feriae Latinae reſtaurandae, iuſſu ſenatus conſul ille, penes quem faſces erant, auſpiciis media nocte captatis, ex conſularibus, quem volebat, iubebat dicebatque *Dictatorem*.

Caeſar cum regis proinde ac domini titulum ſumere non auderet, Im-

Imperatoris primum acceptabat, dehinc *Dictatoris*, ac tandem *Dictatoris Perpetuo*. Dictaturam ſcilicet accepit A. V. C. 704. M. Aemilio Lepido praetore populo conſulente, vt Caeſarem Dictatorem abſentem dicerent, quod etiam contra morem hactenus receptum per ipſum factum fuit, cum alias conſules eoſdem dicerent. Sic enim hoc tradit *Dio Caſſius* L. XLI. p. 170. „Dum Caeſar adhuc in itinere moratur, M. Aemilius Lepidus, qui poſtmodo triumuir factus eſt, praetor eo tempore, populo conſuluit, vt *Caeſarem Dictatorem* dicerent, idque more patrio ſtatim factum eſt. Pergit ibidem: „ Caeſar ſimul atque Romam peruenit, Dictaturam iniuit; nihil tamen aſperum in ea geſſit etc. His peractis, Caeſar Dictaturae nomen depoſuit, cum nihilo ſecius omnem eius poteſtatem ſemper in manibus teneret. Nam et armis vtebatur, et legitimam inſuper poteſtatem ab eo, qui tum Romae erat, ſenatu accipiebat, concedente, vt quodcunque vellet, libere agere poſſit. Ab eo tempore in eius numis legitur CAESAR DIC. vel integre CAESAR DICTATOR vel aliter. *Golz.* in I. Caeſ. Tb. 2. n. 16. 17. 18.) *Morell.* in I. Caeſ. Tb. 1. n. 26. 27. 28. 29. 30 etc. — In aliis DIC. III. vel DICT. TER. vel DICT. TERTIO idem Caeſar dicitur. Sed cur *Dictator Tertium?* Sine dubio, inquit *Schlegel.* ad *Morell.* Th. Impp. I. p. 20. quod *tertia vice* a conſule Dictator dictus fuerit, quod factum eſt A. V. C. 707. poſtquam ex Africa victor vrbem intraſſet, teſtante rurſus *Dione* L. XLIII. p. 214. et numis apud *Morell.* in I. Caeſ. Tb. 1. n. 33. 34. etc. — Pariter legitur CAESAR DICT. QVART. *Dictator Quartum*, quod *quarta vice* Dictatura ipſi oblata fuerit, quae incidit in A. V. C. 708 vel 709. quo ouans ex monte Albano vrbem iniit, et ex ea ipſa Dictatura IV. ius laureae perpetuo geſtandae a ſenatu quoque impetrauerat, teſtante *Appiano* L. II. de Bello Ciuili, et *Dione* L. XLIII. qui rem ita perſequitur: „At cum hoc anno quarta Dictatura illi fuiſſet decreta, non vt ad tempus rempublicam conſtitueret, ſed vt quam diu viueret, poteſtate Dictatoria regeret et adminiſtraret, quare a L. Buca dictus eſt DICTATOR PERPETVO.

Caeſare occiſo, ſenatus occaſione vſus, lege a M. Antonio conſule lata, Dictaturae nomen ac magiſtratum vt tyrannicum aboleuit, et penitus ſuſtulit, tantaque cum ſeueritate, vt exſecrationes addiderit, mortem ei, qui mentionem Dictaturae feciſſet, aut eum magiſtratum ſuſcepiſſet, pecuniamque ei, qui talem occidiſſet, conſtituerit. Perſpicue hoc decretum tradit *Dio* L. XLIV. p. 267. itemque *Appianus* de Bell. Civ. L. III. p. 542. „Antonius, quo magis metum ac ſuſpicionem eximeret, legem tulit, ne quis vllam ob cauſam de Dictatore creando referret, neue quis Dictaturam oblatam acciperet: Qui contra fecerit, eum liceret a quouis impune interemi. Neque quiſquam poſtea et ex illo tempore Romae *Dictator* adpellatus fuit; et cautior exinde factus Auguſtus, qui auctore *Suetonio* c. 53. Dictaturam poſtea magna vi offerente ipſi populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore, eandem deprecatus eſt; domini vero adpellationem vt maledictum et opprobrium ſemper abhorruit, poteſtatem eo ipſo, Dictatura maiorem, ſic obtinens, cunctaque diſcordiis ciuilibus feſſa, nomine *principis* ſub imperium accipiens, vt loquitur *Tacitus* Annal. L. I. c. 1.

De *Dictatoris* dignitate, eaque repetita cum iterati, aut ter, quaterue, vel perpetui etiam mentione in Iul. Caeſaris numis pluribus egit *Galland* Diction. ſub *Dictator.*) *Spanhem.* Pr. II. p. 171 ſq.) *Schlegel.*

gel. ad *Morell.* Theſ. Impp. I. p. 17 ſq.) *Mazzolen.* Animadu. I. in Num. Muſ. *Piſan.* p. 4. ſq. et Animadu. VI. p. 112. 113.) *Ge. Schubart.* diſſ. C. Iulius Caeſar Dictator perpetuus etc. Ienae 1681.) *Io. Iac. Muller.* de Imperio Dictatoris, tribus diſſertationibus Ienae 1682. 1684. 1687. habitis.

Dictator Iulius Caeſar in aliquibus numis a Graece loquentibus populis ſcribitur ΔΟΥΚΤΑΤΩΡΟΣ.

Dictatura annua quotannis a die, quo eam quis ceperat, numerabatur, cum eſſet magiſtratus extra ordinem creatus. Iulio Caeſari poſt victoriam Africanam Romae reduci in decennium quidem decreta, in numis tamen expreſſa DIC. ITERum — DIC. TERtium. — DIC. QVARtum, ac denique PERPETVO. vid. *Dictator.*

DICTI. TER. loco DICT. ITER. per errorem monetarii in Æ. Iul. Caeſaris. *Eckhel.* Cat. II. p. 75.

Dictynna, nympha Cretenſis, quam in Coenone Cretae, Ioue et Carme, Eubuli ex Cerere nati filia, progenitam fabulabantur. Ipſa Dictynna caſſes venatorum reperiſſe dicebatur, indeque id nomen retuliſſe, cum antea *Britomartis* vocaretur. Familiarior autem erat Dianae; quamobrem nonnulli Dictynnam et Dianam eandem eſſe putabant. *Diodor. Sicul.* L. V. Bibl. Hiſt. p. 236.) *Phurnut.* de Luna, quae et Diana. — Sed *alia eſt a Diana*, valde tamen Dianae cara, quae Minoem regem amantem fugiens, ſe in retia, quae piſcibus capiendis erant expanſa, proiecit, mox a Diana dea facta a Cretenſibus culta eſt. Habet haec prolixe *Callimach.* hymno in Dianam vſ. 190 ſq. Inde mulier ſeu ipſa Dictynna inſidens monticulis, hinc et inde Corybantus cum inſcr. ΔΙΚΤΥΝΝΑ ΚΡΗΤ. *al.* ΚΡΗΤΩΝ, *Dictynna Cretenſium.* Æ. Traiani. *Guſſeme* III, p. 47.) *Harduin.* Oper. p. 50.) *Sequin.* Sel. Num. p. 126.) M. *Theup.* p. 864.) *Triſtan.* Comm. Hiſt.) *Vaill.* Pr. II. p. 125.) *Mdb.* p. 163. ſed ΔΙΚΤΙΝΑ etc. — Exhibetur *Dictynna* in alio n. Cretenſium nuda veſte ſuccincta ritu Dianae, et canes ad pedes; ex adu. Iupiter cum haſta pura in ſin. et aquila pro pedibus. Muſ. *Piſan.* Tb. 31. n. 4. p. 91. — Pariter cernitur Dictynna in numis Cydoniae apud *Peller.* Rec. I. Tb. 99. n. 35. et Spartae. — In foedere, quod Cretae populi, Latii atque Oluntii fecerunt, geminae deae, Diana et Dictynna, diſcernuntur perſpicue. *Chiſhul.* Ant. Aſiat. p. 134.) *Neumann.* Pop. Num. I. p. 241. vid. *Britomartis.*

ΔΙΔ. Διδια, *Didia.* ΔΙΔ. ΚΛΑΡΑ ΣΕΒ. *Didia Clara Auguſta.* n. Cypri. *Guſſeme* II. p. 163. n. 13.

DID. *Didius.* IMP. CAES. M. DID. COM. *al.* IMP. CAES. M. DID. IVLIAN. AVG. *al.* IMP. CAES. M. DID. SEV. vel SEVER. IVLIAN. AVG. *al.* IMP. CAES. M. DID. SEVERVS IVLIANVS AVG. *Imperator Caeſar Marcus Didius* (*Commodus* cognominatus frequentior *Seuerus Iulianus Auguſtus.* — T. DID. IMP. *Titus Didius Imperator. Guſſeme* III. p. 48. n. 3.

DID. litterae in n. Coſſurae. *M. Hunter.* p. 114. n. 7.

ΔΙΔ. Διδραχμον, *Didrachmum.* n. Rhodiorum.

ΔΙΔ. Διδυμης, *Geminae*, ſcil. legionis.

ΔΙΔΑΛΑΣ, *Didalas* praetor Pergamenor. ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΛ. ΔΙΔΑΛΑ, *Sub Praetore Claudio Didala.* Æ. Antonini Pii, *Vaill.* Gr.

ΔΙΔΙ.... inſcriptio attrita in Æ. Attudae apud *Haym.* Theſ. Br. Tb. II. n. 3. p. 109.

DIDI. *Didius*. T. DIDI. IMP. *Titus Didius Imperator*, cui T. Didio Imperatoris titulum *Salluſtius* apud *Gellium* L. II. c. 27. attribuit. — IMP CAES. M. DIDI. SEVER. IVLIAN. AVG. *Didius Iulianus*. *Mdb*. p. 262.

Didia gens plebeia eruditis videtur propter legem ſumtuariam a Didio tribuno, vt creditur plebis, latam. Geſſit haec gens et alios in republica honores atque ad conſulatum peruenit. *Macrob*. L. II. Saturn. c. 13. — Cuius numi ſuperſtites ſunt: 1. Caput Romae galeatum cum nota ✱ denarii et monogrammate  quod ſeparatis litteris ROMA eſſe dignoſcitur.)(T. DEIDI. *Titus Deidius* antique pro DIDIVS. Duae figurae viriles, quarum altera veſtita, accinctaque gladio, et clipeo armata, dextram eleuat. qua vitem tenet, vel vt aliis placet, flagellum ſeu ſcuticam, atque illa caſtigat figuram alteram e regione ſeminudam, gladio et clipeo armatam, et praelongum quid humero geſtantem. AR. *Beger*. Th. Br. II. p. 554.) *Ioſ. Bimardi de la Baſtie* πάρεργον de vita, rebus geſtis, numis T. Didii conſulis, et gente Didia. Genev. 1730. 4.) *Erizzo*. p. 160.) *Golz*. Faſtor. p. 159.) *Guſſeme* III. p. 48. n. 1.) *Hautbaler*. Exercit. III. Tb. I. fg. 16.) *Morell*. Fam. Didia fg. 1. p. 151 ſq.) *Spanhem*. Pr. II. p. 229.) M. *Theup*. p. 35.) *Vaill*. Fam. p. 383.) *Vrſin*. a *Patino* auct. g. Didia, qui plura in hanc rem ex *Plin*. L. XIV. c. 1. ex *Tacito* L. I. ex *Iuuenal*. Sat V. ex *Lucano* L. VI. et ex *Silio* L. VI et XII. congeſſit. Ex plurimorum ſententia centurio plectit militem; *Hauercampo* ad Th. Fam. *Morell*. p. 153. cuius videtur denarius Romae poſt reditum T. Didii ex Illyrico, vt inde forſitan remuneraretur miles, victoriae eiuſdem comes, in triumpho T. Didii. — Primos protulit *Golzius* ad an. 655. in Faſtis p. 159, quo anno conſul T. Didius T. F. S. N. prouinciam ſortitus eſt Hiſpaniam citeriorem. Dubium vero reliquit *Golzius*, vtrum Didii res geſtas in Hiſpania, an ſeruilis victoriae memoriam eodem anno adhuc recentem deſcribi hoc typo crediderit. — Qui poſt illum denarium hunc contemplatus eſt *Seb. Erizzo* dubitat p. 160. ad cuius victoriae memoriam ſit referendus, namque flagellum, quo ſeruum percutit figura armata, deſignat ſuperatos a populo Romano in Sicilia ſeruos fugitiuos. — Tertius *Pighius* Tomo II. Ann. p. 493 aperte et conſtanter ad bellum ſeruile typum reuocat; ex T. Didii, inquit, numis colligimus, ipſum quaſdam ſeruorum rebellium copias non tam gladiis atque telis armato milite, quam ſcuticis et flagris ſeruilibus profligaſſe; atque talis victoriae memoriam in denariis ab ipſo promulgatam eſſe; videtur enim in his miles Romanus armis inſtructus non pilo vel gladio ſed multifida ſcutica ſeminudum, longo ſcuto ſudeque repugnantem barbarum caedere et proſternere. — *Vrſinus* diſciplinam militarem reſtitutam a Didio auguratur, et per centurionem vite punientem militem intelligit diſciplinam militarem acrius a T. Didio S. F. qui contra Celtiberos miſſus eſt, exercitam p. 91. vbi de vite centurionis operoſius loquitur — *Beger*. Th. Br. II. p. 554. *Vrſini* ſententiam ſequitur, ad quem Didium tamen pertinere putet non addit. — *Vaillantius* quoque p. 383. centurionem eſſe pronuntiat, qui militem plectat: Credit exercitum, male obtemperantem, caſtigatione ſua et ſeueritate in officio retinuiſſe Didium, atque ita victoriam fuiſſe conſecutum, diſciplinamque militarem reſtitutam typo huic inſolito originem dediſſe. — *Spanhem*. Pr. I. p. 229. alias quoque recenſet ſententias *Thomae Reineſii* et *Adami Ruperti* ex epiſtolis eorundem mutuis 23 et 27. p. 673. Fuſius de eodem denario *Hauercamp*. ad *Morell*. Fam. p. 152. et *M. L.*

dans explication d'une médaille conſulaire de la famille Didia, quae legitur in Mem. de Trevoux 1730. Dec. p. 2190 ſq.

2. CONCORDIA. P. (*Publius*) FONTEIVS CAPITO III. VIR. Caput Concordiae velatum.)(VIL. PVB. T. DIDI IMP. *Villa Publica. Titus Didius Imperator*. Aedificium villae publicae duplici columnarum ordine ſuffultum. Ꝛ. *Morell.* Fam. Didia n. 2. p. 153. *et g.* Fonteia p. 184. n. 5.) *Schulz.* Numoph. I. p. 140. n. 225.) M. *Theup.* p. 35.) *Vaill.* Fam. Didia.) *Vrſin.* Fam. p. 85. *et* a *Patino* auct. p. 98. n. 2.) *Harduin.* Oper. p. 797.) *Guſſeme* III. p. 48. n. 3. ſed T. DID. etc. — *Villa publica* amplum et inſigne quondam fuit aedificium, cuius mentionem facit *Livius* L. IV. 22. *Vaillantius* exiſtimat, ex manubiis belli Celtiberici inſtauratam villam fuiſſe a T. Didio et propterea illius nomen adſcribi cum Imperatoris titulo, de quo *Salluſt.* apud *Gellium* L. II. c. 27. Concordiae deae ſacram fuiſſe villam publicam docere videtur eius caput. — 3. *Alius*, qui idem eſt cum praecedente, ſed errore monetali bis incudi ſubiectus, partem capitis bis repraeſentat in eadem numi parte priore. Ꝛ. *Morell.* Fam. Didia n. 3. p. 153. — 4. Caput Romae galeatum.)(T. DEIDI. T. F. *Titus Deidius Titi Filius.* Ipſe togatus in quadrigis triumphalibus, d. equorum habenas, ſ. tenens lauream, ob triumphum huius Didii ex Thracia de Scordiſcis. Ꝛ. *Golz.* Faſt. ad an. V. C. 640. p. 153.) *Erizzo* p. 140.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 15. fg. 13. p. 550.) *Guſſeme* III. p. 48. n. 2.) *Vaill.* Fam. Did. — 5. *Al.* ſed Diana in bigis. *Vaill.* ib.

DIDIA CLARA, Didii Iuliani et Manliae Scantillae filia, ſuae aetatis puellarum omnium formoſiſſima; cum matre, quae admodum deformis erat, *Auguſta* eſt a ſenatu adpellata, cuius rei fidem faciunt cum illo ſummo honoris titulo ſuperſtites eius numi, qui ex auro argentoque rariſſimi ſunt, ex aere primae formae rari, ſecundae autem magnitudinis nondum ab antiquariis inſpecti ſunt. Nuncupatur in illis DIDIA CLARA AVG. et in numo Cypri ΔΙΔ. ΚΛΑΡΑ ΣΕΒ.

Poſticae partis inſcriptiones ſunt: HILAR. TEMPOR. vel TEMPORVM. *al.* HILARI. TEMPOR. *al.* HILARITAS TEMPOR. vel TEMPORVM. in omnibus AV. Ꝛ. Æ. ſemper mulier ſtolata ſtans, d. palmam tenet oblongam ſ. c. c. — VENVS VICTRIX. Venus ſtans, d. pomum, ſ. elata.

Didiae huius Clarae, numi obſeruantur inter Num. *Arſchot.* Tb. 52. n. 16.) apud *Eckhel.* Cat. II. p. 268.) in *Cim. Vind.* I. p. 59. apud *Guſſeme* III. p. 48.) *Harduin.* Oper. p. 797.) *Mdb.* p. 363.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* III. Tb. 18. fg. 3. p. 263. VII. p. 229. in Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 25. n. 10.) Muſ. *Theup.* p. 209. 561.) apud *Vaill.* Pr. I. p. 108. II. p. 200.

DIDIVS IVLIANVS, natione Mediolanenſis, Petronii Didii Seueri, et Clarae Aemiliae filius, guloſus, aleator, vanus. Poſt Pertinacis caedem imperium primus a militibus mercatus, cum vicena quina millia promiſiſſet, tricena dedit; poſtea curiam cum armis ingreſſus a ſenatu quoque iam trementi, facto ſenatus conſulto, Imperator confirmatus eſt A. V. C. 946. Chr. 193. vxore eius *Manlia Scantilla* et filia *Didia Clara* dictis quoque *Auguſtis.* Toto imperii ſui tempore, quamuis populo exoſus ob imperium pecunia comparatum, mitiſſimus fuit. Interim Peſcennio Nigro in Syria, Septimio Seuero in Illyrico cum exercitibus, quibus praeſidebant, ab eo deficientibus, ac Seuero ad vrbem infeſto agmine

agmine veniente, ſponſionis factae militibus immemor deſertus ab omnibus Iulianus. in palatio per gregarium militem, a ſenatu, qui Iuliano imperium iam abrogauerat, adpellato Seuero Imperatore miſſum, occiſus eſt, poſtquam menſibus duobus, diebus quinque imperaſſet, aet. 57. ann.

Didii Iuliani omnes numi rari, praeſertim ex aere medio; aureos et argenteos rariſſimos omnes huius Auguſti nouimus; in tanta raritate ſi vel modicum variatur, pretium inſigne adiicit. Protulerunt typos, vel epigraphes tantum: *Angelon.* p. 186.) *Hemelar.* Num. *Arſchot.* Tb. 34.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 52.) *Ant. Auguſtin.* Dial. p. 4.) *Beger.* Th. Brand. II. 685.) *Cim. Vind.* I. p. 59.) *Eckhel.* Cat. II. p. 268.) *Geſner.* Tb. 129.) *Golz.* Theſaur.) *Guſſeme* III. p. 49.) *Harduin.* Oper. p. 795. 797.) *Hauercamp.* N. reginae Chriſtinae Sueciae. Tb. 24.) *Hulſ.* Impp. p. 42.) Khell. Suppl. p. 102.) *Liebe* Goth. Num p. 446.) *Mdb.* p. 262.) *Muſell.* Impp. Tb. 144. fgg. 9. 10. p. 196. 197.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 5. fg. 6. p. 26. *et* Tb. 15. 4. p. 75.) *Patin.* Impp. p. 271. *et* in Theſaur.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* III. Tb. 18. fg. 1. p. 259. VII. Tb. 25. fgg. 1. 2. 3. p 223 ſq.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 19. fg. 1. III. Tb. 25. fg. 8.) *Schulz.* Numoph. I. p. 362. *et* eiuſd. Mz-Cab. II. p. 175. 176.) *Spanhem.* Pr. II. p. 230.) *Strada* f. 79.) Muſ. *Theup.* p. 209. 560. 561.) *Triſtan.* II. p. 23.) *Vaill.* Pr. I. p. 106. II. p. 198.

Nullus eſt Didii Iuliani numus Graecus, quoniam nihil ei iuris in Oriente. *Harduin.* p. 794. — A coloniis in eius honorem, cuius imperium vltra duos menſes et quinque dies non extenſum, cuſos non reperit *Vaillantius.*

In *antica* legitur Didius Iulianus: IMP. CAES. M. DID. COM. cognomine *Commodi* apud *Golzium, Angelonum, Mediobarbum.* — IMP. CAES. M. DID. IVLIAN. AVG. — IMP. CAES. M. DID. SEV. *al.* SEVER. IVLIAN. AVG. *al.* DIDI. SEVER. IVLIAN. AVG. — IMP. CAES. M. DIDIVS IVLIAN. AVG. — IMP. CAES. M. DID. SEVERVS IVLIANVS. AVG.

Poſticae partis inſcriptiones ſunt: CONCOR. MILIT. AV. *Khell.* Suppl. p. 102. — CONCORD. MILIT. AV. AR. et add. S. C. Æ. 1. 2. — CONCORDIA. AR. — CONCORDIA MILIT. AR et cum S. C. Æ 1. — CONCORDIA MILITVM. AV. AR. et add. S. C. Æ. — FIDES MILITVM. Æ. — FIDES PRAETORIANORVM. Æ. *Golz.* Theſ. 4.) *Mdb.* 262. — FORTVNA AVGVSTA. Æ. *Triſtan.* II. p. 23. — P. M. TR. P. COS. AV. AR. et add. S. C. Æ. 1. 2. — *Al.* ſed COS. II. S. C. *Mdb.* 262. — RECTOR ORBIS. AR. et cum S. C. nota Æ. 1. — S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI intra lauream. AR. Æ.

Dido, Gr. Διδώ, quae alio quidem nomine *Eliſa* ſcribitur, Beli Phoenicum regis filia, quae primis nuptiis Sichaeo, Herculis ſacerdoti, iuncta fuit, quem cum Pygmalion, Didonis frater, theſauris eius inhians ante aram obtruncaſſet, illa fratrem fugiens nauem conſcendit noctu cum opibus; poſt varias maris peregrinationes, in Africam tandem delata, ſibi tantum ſoli emit, quantum taurino corio poſſet circumdare. Quo in loco, cum corium in tenuiſſimas partes diſſecuiſſet locumque ſatis amplum complexa eſſet, vrbem condidit, quam *Carthaginem* adpellauit, arcemque in medio vrbis, quam a corio bubulo *Byrſam* vocauit. Deinde cum Iarbas, Getuliae rex, nuptias Didonis ambiret, recuſantemque vi armiſque cogeret, ſibi ipſi manus intulit Dido, praeferens nimirum honeſta morte occumbere, quam prioris lecti iura ſecundis nu-

iis polluere. Fabulatur *Virgil.* eneid. L. I. et IV. Aeneam ca-
a Troia a patria profugam, vi tem-
eſtatis Carthaginem fuiſſe delatum,
liſamque ſiue Didonem amore
lus captam, cum praeter ſpem de-
reretur, mortem ſibi conciuiſſe.
Quae tamen res grauiſſimorum hi-
toricorum fide facile refellitur, qui
Carthaginem tradunt ſeptuageſimo
emum anno poſt Romam conditam
b Eliſa condi coepiſſe. Ab Ae-
eae vero in Italia aduentu vſque
d vrbem conditam numerantur an-
i amplius quam trecenti, quibus
Albae regnatum eſt. *Patin.* Num.
mpp. aer. med. p. 13.

Eadem Carthaginis fundatrix et
egina *Dido* Punicos primum cudi
umos iuſſiſſe dicitur. Fictus vero
ejicitur numus, in quo dicitur:
ΔΙΔΩ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. Monetarius impo-
tor lauro eandem florente in gra-
iam cinxit, et cornibus arietinis
tipauit; crines decoré partim ſub-
igauit, partim per collum defluere
voluit. In)(Carthaginem finxit
nuralem aedificiis ſplendiſſimis or-
atam, ac cum portu et nauibus,
quibus claſſem Aeneae, perſide Di-
lonem fugientis, innuere voluit.
Inſcriptio eſt ΚΑΡΧΗΔΩΝ. *Begeri* Florus p. 362.) *Hantbaler.* Proem.
p. 35.

Dido vrbem condere meditans
in Tyriorum numis ichnographiam
vrbis porrigit viro primario, quem
tres alii comitantur. *Guſſeme* III. p.
50.

DIDO. Caput muliebre eleganter
comtum.)(Equus libere ſtans ca-
put ſuperbe reflectit. max. mod.
Panormitanorum. *Beger.* Th. I. p.
218.) *Schulz.* Numoph. I. p. 60.
— Eiuſdem *Didonis* memoria re-
tenta in *Parutae* Sicil. Num. et qui-
dem Panormitanis n. 49. 94. 131.
156. 173. 176. pariter Mothones
n. 3. 4. 5.

ΔΙΔΡΑΓΜΟΝ (*ſic*) *Didrachmum.* Li-
tuus et ſimpulum.)(ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙ-
ΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ. *Neronis Cae-
ſaris Germanici.* Caput Neronis
nudum, *Æ.* Rrr. *Cim. Vind.* I.
p. 43.) *Vaill.* Pr. II. p. 65. apud
quem deeſt inſcriptio capitis, ne-
que notatur modulus, ſolito maior;
praeterea videtur *Vaillantio* nu-
mus Epheſi ſignatus, propter alium
Neronis ΔΡΑΓΜΗ. ΕΦΕ. inſcriptum,
hic vero Δίδραγμον ad indicandum
numi pretium. Nam moneta argen-
tea Romae ad denarii, ſeu drach-
mae vnius pondus ſignata eſt; in
Graeciae vrbibus. ad duas drach-
mas, immo ad quatuor vſque, qui
numi tetradrachmi ſunt adpellati.

Δίδραχμον ex δὶ loco δὶς et δραχμὴ,
Didrachmum, numus duas conti-
nens drachmas; Alexandrinis autem
idem eſt, quod aliis τετράδραχμον,
quia drachma Alexandrina valet
duas Atticas. *Matth. Hoſti* rei
numar. vet. L. IV. c. 2. — He-
braeis dicitur *Beka,* dimidium Si-
cli, quod δίδραχμον Iudaei omnes,
quotquot viginti annorum et vltra
erant, vſque ad annum aetatis quin-
quageſimum, olim quotannis ex con-
ſtitutione diuinia, *Exod.* XXX. it.
XXXVIII. et *Leuit.* XXVII. viritim
pendere cogebantur, vt hac pecunia
templi cultus diuini impenſae ſuffal-
cirentur. *Ioſeph.* Archaeol. Iudaic.
III. c. 9. Hanc pecuniam Roma-
ni poſtea in Iudaea, cum tributaria
facta eſſet, a Iudaeis exactam, Ro-
mam tranſtulerunt, et in publicum
aerarium intulerunt. Qui cenſus
primus factus eſt in Iudea ſub Cae-
ſare Auguſto ex *Lucae* c. 2. et *Io-
ſephi* Archaeol. L. XIV. Deinde
Romanorum praeſides in Iudaea
didrachmum a Iudaeis perpetuo in
capita quotannis exigebant. — Et
Saluator noſter ipſe pro ſe et Petro
ſtaterem, hoc eſt, ſiclum tetradrach-
mum exigentibus didrachma dare
iubet, vt eſt *Matth.* c. 17. Staterem
aureum didrachmum hic intelligit
Ioach. Camerarius, quod Chriſtus
aliquid ſupereſſe et plus dare volu-
erit,

erit. — Poſtremo idem didrachmum, vel duas drachmas a ſingulis Iudaeis, vbicunque terrarum eſſent, Veſpaſianus Imperator exigere iuſſit, quod *Ioſephus* L. VII. c. 27. Captiu. Iudaicae claris verbis teſtatur. *Dio* in Veſpaſiano eadem de re ſic ait: Ab eodem Tito iuſſi ſunt (Iudaei) quotannis didrachmum pendere Ioui Capitolino ii, qui patrias leges tuerentur. Metuebant enim Romani tanti theſauri, quippe bellorum nerui, quibus praeſidia facile comporari, ali, et ſuſtentari poſſent, gentem Iudaicam, cui ſeruitutis iugum graue erat, ad nouos tumultus excitarent. Quo circa hoſce belli veluti neruos incidere, et omnes rebellandi occaſiones praecidere volentes, haſce annuas penſiones, templo ademtas, Romam tranſtulerunt

ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ, vel retrograda ſcriptura ΝΟΜΧΑΡΔΙΔ in numis ΡΟΔΙΩΝ, *Rhodiorum*, Neruae ac Traiano cuſis apud *Guſſeme* VI. p. 44. n. 22. 23.) *Muſell.* Impp. Tb. 56. n. 8.) Muſ. *Theup.* p. 860.) *Vaill.* Gr. p. 26.

Didymae, Διδυμαὶ *Stephano* Ciliciae vrbs, quam coloniam fuiſſe Romanam ſcribit *Strabo* L. XIV. Eſt etiam Didyma, teſte *Stephano*, locus et oraculum Mileti. In Valeriani Sen. numo ſingulari concordia duarum vrbium, nimirum Didymarum et Ileſii Boeotiae oppidi exhibetur: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΥΡ. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, *Sub Archonte Aurelio Diogene*, circa coronam, in qua: ΔΙΔΥΜΑΙΩΝ ΕΙΛΗΣΙΩΝ, *Didymaeorum Ileſienſium* Concordia)(ΑΥΤ. Π. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΣ Α. ΓΑΛΛΙΗ. Capita Valeriani et Gallieni laureata et aduerſa, ad humeros cum paludamento Æ 1. Valer. Sen. *Band.* I. p. 122.) *Guſſeme* III. p. 50. 51.) *Haym.* Th. Br. II. p. 384. qui vero legit:

ΔΙΔΥΜΕΙΩ. ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ, *Didymio - Mileſiorum* intra lauream; extra quam in orbem: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΥΡ. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ. et in)(ΑΥ. Κ. Π. ΛΙ. ΟΥΑΛ...... Λ. ΓΑΛΛΙ.. Capita eorundem aduerſa laureata. Æ. Tb. 49. fg. 3. Ad cultum Apollinis Didymaei refert, vnde ciues ſe *Didymiomyleſios* dicebant.

ΔΙΔΥΜΑΙΩΝ, *Didymaeorum.* vid. *Didymae* Ciliciae.

ΔΙΔΥΜΕΥΣ, *Didymeus* Apollo iuxta *Macrobium* Saturn. L. I. c. 17. dictus eſt, quod geminam ſpeciem ſui nominis praeſerat, illuminando, formandoque lunam; Nam δίδυμοι, *Gemini* dicuntur, qui vno partu nati, vel vt creditur de Apolline, qui ex vno fonte lucis gemino ſidere ſpatia diei ac noctis illuſtrat. Hoc nomine apud Mileſios colebatur Apollo, vbi oracula reddebat templumque habebat pulcerrimum. Id oraculum prius Branchidarum, et inde *Apollo Branchida* olim cognominatus. *Strabo* L. XIV. p. 941. Templo a Xerxe incenſo, quemadmodum cetera templa omnia, Epheſio excepto, Mileſii poſtea templum conſtruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto, variis antiquarum artium donis ornatum ſumtuoſiſſime. De magna *Didymei Apollinis* apud veteres fama et veneratione *Galland.* Diction. ſub Διδυμεύς.

ΔΙΔΥΜΕΥΣ ΜΙΛΗΣΙΩΝ, *Didymeus Mileſiorum*, Apollo nudus ſtans, ſ. lyram Æ 3. Caligulae. *Guſſeme* V. p. 151. n. 6.) *Patin.* Impp. p. 94.) *Vaill.* Gr. — *it.* Æ 3. Claudii. Apollo totus nudus ſtans, d. ceruum gerit, ſ. arcum. *Morell.* in Claudio Tb. 7. n. 16. p. 681.) *Guſſ.* ib. n. 9.) *Vaill.* Gr.

In *aliis*, omiſſo Didymei nomine, repraeſentatur idem Apollo; ſic in Mileſiorum autonomo Apollo nudus ſtans, d. ceruum tenet. Æ. 3. *Cim. Vind.* I. Tb. 15. fg. 2. — Pariter nudus ſt. d. ceruulum, ſ. arcum in Mileſiorum Æ 2. ſub Domitia-

mitiano. *Morell.* Impp. II. in Domit. Tb. 21. fg. 20.) *Vaill.* Gr. ſed non recte deſcribitur ita: Apollo nudus ſt. d. arcum, ſ. telum, cum in *Morelliano* d. paruulum cernum praeferre perſpicuum ſit. — In Æ 3. Mileſiorum ſub Hadriano Apollo ſtolatus ſtans, pateram, ſ. arcum, pro pedibus ceruus. *Eckhel.* Cat, I. p. 170. — Idem Apollinis, ſed nudi, typus. Æ 2. Caracallae. *Froelich.* 4. Tent. p. 262. — Idem nudus ſt. d. ceruum ſuſtinet. Æ 3. M. Aurelii, pariter a Mileſiis. *Froelich.* ib. p. 200.

Apollo Mileſiorum in aliis numis radiato capite exprimitur vt in Æ 2. apud *Vaill.* Num. Gr. et quandoque Dianae venatricis ſimulacrum manu gerit, quod apud Mileſios horum numinum ſacra coniuncta erant. Id confirmat numus Mileſiorum M. Aurelii, ab *Harduino* adductus, in quo Apollo ſtans Dianae effigiem, loco cerui attinet. Dianam enim in ceruam fuiſſe mutatam, *Apollodorus* L. I. refert.

Didimeus vero *Apollo radiatus* ſtans in templo d. ceruum. n. Balbini apud *Seguin.* Sel. Num. et *Patin.* Impp. p. 364.

DIENSIS. vid. *Dium.*

Digamma, διγαμμα, ex δὶ pro δὶς, *bis*, et γάμμα, *gamma*, idem ac *duplex gamma*. Aeolica littera figura et vi ſimilis Latinae F, ſic dicta, quod duorum Γ ſibi ſuperimpoſitorum formam gerat Antiqui Romanorum Aeoles ſequentes loco adſpirationis F ponebant. Habebat autem haec littera hunc ſonum, quem nunc habet V loco conſonantis poſita. *Priſcian.* L. I. de de numer. litter. — Inuerſum Ⅎ vel Digamma a Claudio ſcilicet receptum in Romano alphabeto, cuius *Tacitus*, *Suetonius* et *Quintilianus* meminere, e. c. amplia Ⅎ it, termina Ⅎ itque; id quod in ſingulari eiuſdem Claudii numo viſitur, quem *Seguin.* Sel. Num. p. 194. protulit atque illuſtrauit. — Varias digamma Aeolici formas vulgauit *Velazquez* Enſayo ſobre los Alphabetos in Celtiberico alphabeto Tb. 5. p. 60., vbi et p. 61. digamma Aeolicum et ſigma coniunctae litterae obſeruantur.

Dignitates vrbium Graecarum, ſiue magiſtratus vid. ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ, ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ, ΑΡΧΩΝ, ΑΣΙΑΡΧΗΣ, ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ, ΕΠΙΣΤΑΤΗΣ, ΕΦΟΡΟΣ, ΗΓΕΜΩΝ, ΘΕΟΛΟΓΟΣ, ΙΕΡΕΥΣ, ΝΕΩΚΟΡΟΣ, ΠΑΝΗΓΥΡΙΣΤΗΣ, ΠΟΛΙΑΡΧΟΣ, ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΣ, ΣΟΦΙΣΤΗΣ, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ, ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ etc. *Dionis* auctoritate ſtatuunt viri docti, earum vrbium, quae in prouinciis populi Romani ſubditis erant, magiſtratus ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ, ΑΡΧΟΝΤΕΣ, aut ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ dici ſolere; contra vero vrbes prouinciarum, quae Imperatori ceſſerant, magiſtratus ſuos ΗΓΕΜΟΝΑΣ et ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣ adpellari. Turbat tamen hanc regulam canonemque Claudii numus apud *Harduinum.* Oper. p. 83. in quo legitur: ΕΠΙ ΗΓΕΜΟΝΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΚΛΑΖΟΜΕΝΩΝ, *Sub Praeſide Aſclepiade Clazomenarum*, cum Clazomene fuit Ioniae, quae erat populi Romani prouincia. — De magiſtratu vrbium patrio in liberarum vrbium numis expreſſo egit *Spanhem.* Pr. I. p. 132. 674. 691.

Dignates, iura ac priuilegia vrbium in Europa Aſiaue, in Graecorum numis conſignatae, vti ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, ΠΡΩΤΗΣ, ΙΕΡΑΣ, ΑΣΥΛΟΥ, ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ, ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ, ΚΟΙΝΟΥ, ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΥ, ΝΕΩΚΟΡΟΥ, ΚΟΛΩΝΙΑΣ, *Metropoleos*, *Primae*, *Sacrae*, *Aſyli* ſeu Inuiolati ſoli, *Liberae*, *ſuis legibus*, *Claſſicae*, *Communis*, *Communis concilii*, *Aedituae*, *Coloniae*. vid. *ſuis locis.*

Dignitates vel magiſtratus, in numis, quarundam coloniarum Romanis familiis adiungi non poſſunt, prout docet *Galland.* Epiſt. ad *Morell.*

Morell. p. 367. et *Woltereck.* El. Num. p. 72.

Dignitas Caeſarum prima erat *Princeps Iuuentutis*, non haec quidem proprie magiſtratus, ſed tamen ad eos capiendos ita deſignabantur, hicque mos ab Auguſto, qui Caium et Lucium Caeſares adoptauerat, introductus eſt, cum ad eos imperium tranſferre illorum patres deſtinauerant, de quo paſſim apud hiſtoriae ſcriptores.

Dignitates omnis ordinis, quae in denariis gentium Romanorum conſignantur, ſunt vel *ſacrae*, vel *ciuiles*, vrbanae, prouinciales, municipales, maritimae, militares, patriciae, plebeiae et extraordinaria imperia; de *ſacris Spanb.* Pr. II. diſſ. X. p. 83 ſq. de *ciuilibus* autem p. 86 ſq. — Dignitatum *maioris* inſigniuntur in Romanorum numis, iique *ordinarii in vrbe* magiſtratus Conſules, Cenſores, Praetores, Aediles curules, inducta ſub Auguſto Tribunitia poteſtas, Aediles plebis, Quaeſtores vrbani, Praefecti vrbis, Triumuiri et Quatuoruiri Auro Argento Aere Flando Feriundo, Protriumuiri, Curatores Denariorum Flandorum; et *extra ordinem* conſtituti Dictatores, Triumuiri Reipubl. conſtituendae, ad frumentum emundum. E magiſtratibus autem ſeu dignitatibus *extra vrbem* leguntur itidem in familiarum Romanarum numis dicti iam liberae vrbis temporibus Imperatores, Proconſules, Propraetores, Legati Auguſti, Legati Propraetore, Quaeſtores, Proquaeſtores, Tribuni militum, Praefecti claſſis, Praefecti claſſis et orae maritimae, Triumuiri et Quatuoruiri coloniis deducendis, aut reficiendis ſacris aedibus, Duumuiri quinquennales, Regum tutores. — Magiſtratuum et dignitatum nomina gentilitiis nominibus aut cognominibus olim addita, adeo vt priſcis numis non vna, ſed multiplex, qua quis ornatus erat, dignitas inſcribatur; ſicut in numis Iul. Caeſaris idem Imperator Augur, Pontifex maximus, Conſul, Dictator legitur. Etiamſi itaque plures vnius erant dignitates, ſingulae tamen numis inſcriptae.

De *Dignitatum* titulis, quae *mulieribus*, legantur in numis tributae adeas *Spanhem.* Pr. II. 268 ſq.

ΔΙΗΝΕΙΤΩΝ in Maximi numo, quem *Occo* p. 425. recenſet, quemque ad *Dium* refert *Harduin.* Oper. p. 49.

ΔΙΙ ſub noctua diotae inſiſtente; n. Athenar. M. *Hunter.* Tb. 8. fg. 15.

Dii omnes ſaltem plurimi, fama meritorum in coelum fuerunt opinione hominum ſublati. Sapientiores vanitatem deorum agnoſcebant, ridebantque multitudinem, vt de *Socrate*, *Platone*, *Cicerone* nouimus. — Dii ac deae fere ſemper *nudi* ſculpuntur, nec alii, niſi qui diis comparantur. Geniis enim et Spiritibus nihil impudicum aut viſu foedum, quemadmodum docet *Otho Sperling.* ad n. Tranquillinae.

Dii conditores vrbium, vti in Cyzicenorum numis ΗΡΑΚΛΗϹ, *Hercules*, et in n. Nicaeenſium ΔΙΟΝΥϹΟϹ, ſiue *Bacchus.* v. *ſuis locis.*

Dii cuſtodes, inter quos Fortuna praecipue ab antiquis culta eſt, ideo aurea in principum cubiculo adſeruabatur ſucceſſori tradenda, teſte *Capitolino* in Antonino Pio.

Dii genitales dicti erant parentes et procreatores rerum omnium, et animantium, de quibus meminit *Auſonius* in Periocha L. IV.

> Iuppiter in terra cum *Dis genitalibus* vna
> Concilium cogit ſuperum de rebus Archiuis.

Dii gentiles Conf. *Io. Hoffmann.* diſſ. de deorum gentilium praecipuorum originibus, ex ſacra ſcriptura deriuatis. Iena 1674.) *Gerhard Io. Voſſius* de theologia gentili, ſiue de origine ac progreſſu idololatriae.) *Dan. Claſenius* in theologia gentili, quae non ſolum ſeparatim emiſſa, ſed etiam in Tom. VII. Theſ. Ant. Graecar. *Gronov.* p. 1. translata fuit. Plures de eodem argumento ſcriptores percenſet *Io. Alb. Fabricius* in Bibliogr. antiquar. c. 8. p. 232.

Dii ignoti, de quibus *Bimardi* diſſ. inſerta T. I. noui Theſauri *Muratoriani* p. 51. Item de iisdem egit *Zaccaria* Iſtit. Lapid. p. 38.

Dii maris, Caſtor ſcilicet et Pollux. vid. *Dioſcuri.*

DII NVTRITORES. Iupiter nudus ſtans cum pallio, ſ. haſtae adnixus, d. victoriae ſignum porrigit Imperatori laureato, ſ. tenenti ſcipionem. Æ. Corn. Salonini. *Band.* I. p. 259.) *Eckhel.* Cat. II. p. 381.) *Harduin.* p. 847.) *Mdb.* p. 382.) *Triſtan.* III. p. 119.) *Vaill.* Pr. II. p. 379. — *Al.* Iupiter victoriolam porrigit Imperatori ſ. haſtae adnixo. Æ 3. Salonini. *Band.* I. 264.) *Guſſeme* III. p. 51.

Dii Olympii dicti, qui bello contra gigantes adfuiſſent. *Spanhem.* Pr. II. p. 499.

DII PATRII praeſides ſunt patrum, familiae et generis, vel pietati praeſunt parentum in liberos et liberorum in parentes, iuxta illud *Virgilii:*

> *Dii Patrii* ſeruate domum, ſeruate nepotem,
> Veſtrum hoc augurium, veſtroque in numine Troia eſt.

Sic hoc nomine ſignantur Bacchus et Hercules ſtantes in Æ 1. Sept. Seueri, quibus templum Romae munificentiſſimum teſte Dione L. LXXVI. erexit. *Hard.* p. 803.) *Vaill.* Pr. I. p. 112. — Idem typus in Æ. Caracallae, ſed DI. PATRII inſcripto. *Vaill.* Pr. II. p. 242. *et* Col. II. p. 54. — Pariter et Geta, vt pater aeque ac frater Herculem et Bacchum *patrios deos* adpellat, quod eos Seuerus pater ſummopere coleret, eorumque auſpiciis ac ductu omnia ſuſciperet. Vnde DII PATRII. Hercules cum claua et exuuiis leonis, et Bacchus cum thyrſo et panthera ſtantes. Æ 2. Getae. *Mdb.* p. 300. 303.) *Muſell.* Impp. Tb. 163. fg. 5.) *Vaill.* Pr. I. p. 129. *Guſſeme* III. p. 51.

Dii Penates ex Lanuuio adportati, ac in Sicilia culti. Duos tantum fuiſſe, pilaque in manibus habere, *Dionyſ. Halicarn.* teſtatur. Capitibus obſeruantur iugatis in Famil. Rom. numis apud *Morell.* p. 18. 181. 182. 407. in Muſeo *Pembrok.* III. Tb. 3. fg. 1. et apud *Vaill.* Fam. Atil. n. 4. *it.* Fam. Baeb. n. 2. *it.* Fam. Flam. n. 2. et alibi

Dii Syriae. vid. ΘΕΟΙ ΣΥΡΙΑΣ.

ΔΙΚ. Δίκαιος, *Iuſtus*, Peſcennii Imp. cognomen. ΑΥΤ. Κ. Γ. ΠΕΣΚ. ΝΙΓΡΟΣ ΔΙΚ. *Imp. Caeſ. Caius Peſcennius Niger Iuſtus.* Æ 3. *Vaill.* Graec. p. 78.

ΔΙΚΑΙΟΣ, *Iuſtus*, de quo cognomine *Galland.* Diction. voce Δίκαιος.) *Spanhem.* Pr. I. p. 149. 466. de cognomine *Iuſti* in numis Arſacidarum. Sic *Arſaces* XII. Parthiae rex legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. Pariter *Arſaces* XV. Parthorum itidem rex: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. *al.* ΑΡΣΑΚ. ΕΥΕΡΓΕΤ. ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝ. *al.* ΒΑΣΙ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. —

Idem

Idem ΔΙΚΑΙΟΥ epithetom tribuitur etiam *Arſacidis incertis*. Ex *Spanhemii* obſeruatione id *Iuſti* cognomen nuſquam in aliis veterum in Oriente aut alibi regum numis occurrit. Legitur tamen ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΑΜΟΥ ΘΕΟΣΕΒΟΥΣ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΥ, *Regis Sami, Deum colentis Et Iuſti*, qui Æ 2. Sami regis Armeniae numus delineatus viſitur in *Cim. Vindob.* I. Tb 15. fg. 22. et inter Numiſm. Reg. Vet. *Froelichii* Tb. 1. fg. 8. addita p. 64 ſq. de eodem rege editoris illuſtratione.

ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ, *Iuſtitia*. Ipſa ſtans d. bilancem, ſ. haſtam, addito imperii LΓ *Anno Tertio*. Æ 2. Claudii ab Alexandrinis Aegypti. *Morell.* in Claudio Tb. 7. fg. 27. Tom. II. p. 35.) Muſ. *Theup.* p. 1098. — Idem typus in n. Veſpaſiani Antiochiae cuſo, quem inter *Geſneri* Numiſmata inuenies. — In ſimili argenteo ex monetarii, circa ambitum ΔΙΚΑΙΩΣΥΝΙ loco Δικαιοσύνη ſcriptum. — In quibuſdam vero Imperatorum Neruae, Hadriani, Antonini Pii, Seueri, et Alexandri Seueri numis Δικαιοσύνη vel *Iuſtitia*; ſub mulieris, d. pateram, ſ. haſtam tenentis ſymbolo depingitur; At eodem ſub typo, quo illa in alio Romano itidem Neruae numo et vulgo alioquin *Aequitas* in Romanorum numis, ſub mulieris nempe cum bilance et cornucopiae, vt in Macrini cuſo a Mopſeatis numo; aut eiuſdem cornucopiae loco cum ſceptro ſtantis effigie, ſicut in ſingulari Veſpaſiani numo apud *Morell.* Specim. Tb. 21. p. 208. Quo referri debet alius inſignis numus a *Seguino* Sel. Num. p. 11. *Vaillant.* Num. Impp. Praeſtant. p. 48. et *Morell.* Specim. Tb. 8. p. 92. memoratus, quo hinc Tiberii Imp. caput ſine inſcr. illinc libra aequis lancibus cum adſcriptis circum nominibus. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ ΚΟΤΥΟΣ, *Regina Pythodoris Cotyos*, quinti nempe huius nominis Thracum regis coniux. Signata vero ibi libra cum lancibus ad praedicandam Tiberii iuſtitiam, dum ab eo id impetrauit haec regina Pythodoris, vt in vltionem occiſi per fraudem a Rheſcuporide mariti, ipſe in ſenatu damnaretur et Alexandriam delatus capite ibi lueret.

ΔΙΚΕΩΝ (*ſic*) loco ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, vid. *Laodicea* Syriae.

ΔΙΚΤΙΝΑ, vt apud *Mdb.* p. 163. vel ΔΙΚΤΥΝΝΑ ΚΡΗΤ. *ibid.* apud *Seguinum* vero, *Vaillantium*, *Harduinum* alioſue ΔΙΚΤΥΝΝΑ ΚΡΗΤΩΝ. vid. *Dictynna*.

ΔΙ ΚΥ / Ρ Σ forte Διὸς Κυρίου Σαραπίδος, *Iouis Domini Sarapidis*. n. Ancyrae.

Diluuium Noemicum, Deucalionis fabula inuolutum repraeſentari in Sept. Seueri, Macrini et Philippi Senioris numiſmatibus, diſſertatione de numo Apamenſi, Deucalionei diluuii typum exhibente, contendit *Octauius Falconerius*, quae Romae 1667. ſeorſim, et Pariſiis 1684. cum *Petri Seguini* opuſculis edita eſt. Numos hoſce Apameae in Syria attribuit *Falconerius* propterea, quod ex *Luciano* de dea Syria conſtet: circa Seueri tempora Hierapoli in Syria illuſtres adhuc caerimonias viguiſſe, quibus diluuii et conſeruati generis humani memoria ab idololatris recolebatur. Ad Apameam autem Phrygiae ſimilem Septimii numum *Harduin.* Oper. p. 25. refert, ac figuras ita exponit: „Arcam eſſe vrbis ipſius Apameae in Phrygia ſymbolum, quae Κιβωτὸς, *Arca*, dicta eſt, teſte *Plinio* L. V. ciues vero Apamenſes referre virum et mulierem in arca; coruum adponi, quod vrbs eadem olim Κέλαιναι, vel Μέλαιναι adpellaretur, *Plinio* docente, quod *Nigredinem* denotat; porro columbam cum ramo oleae ſignificare pacem, victis Parthis Aſiae partam, et reſtitutam ſecuritatem, quam ſublata dextra

dextra Auguſtus et Auguſta indicarent; aquis vero innatare arcam, quod cincta eſſet Apamea fluuiis Marſya et Maeandro, numis teſtibus et *Strabone* L. XI.

Froelichius vero Adpendicula II. nouis p. 95 ſq. et *Harduini* ſententiam non omnino repudiandam, et *Falconerium* ex parte ſequendum duxit, exiſtimans, numos hoſce ad Apameam Phrygiae pertinere cum *Harduino*, quia in iis magiſtratus ΑΡΧΙερέως, *Summi Sacerdotis*, reperitur; qui a Syriacis numis abeſt, et Aſiae proconſularis numis fere proprius eſt, atque a nonnullis ſaepe Ἀρχιερεὺς idem qui Ἀσιάρχης exiſtimatur; praeterea in Seueri numo apud *Falconerium* legitur ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Magneſiorum*, qua cum Magneſia vrbe concordia vtique Phrygiae Apameae potius, quam Syriacae adſcribenda videtur; denique numorum fabrica elegantior eſt multo, quam vt in Syriaca vrbe ſignati credantur.

Contra vero *Noemici diluuii* memoriam in eiuſmodi numis conſignatam eſſe cum *Falconerio* plane conſentit *Froelichius*. Nimirum apertae ſunt diluuii, et Deucalionis, ſeu Noe figurae, immiſtae celebri fabula, qua Deucalion et Pyrrha lapides poſt tergum iactaſſe feruntur; quod profecto auerſae illae ab arca figurae, atque dextram attollentes potius denotant, quam ſecuritatem. Quae de corui nigredine adſeruntur, argutiora ſunt, quam vt ea monetarii mens nobis conſtare probabili indicio poſſit.

Adſperſa Deucalionis fabula, quam apte omnia cum hiſtoriae ſacrae de diluuio Noemico narratione in numis hiſce conueniant, typus ipſe eloquitur. — Vnicum opponi poſſet: viri ab arca digredientis figuram Romano militari veſtitu indutam et laureatam videri, atque adeo Imperatorem potius, quam Deucalionem repraeſentare. Suſpicatur *Froelichius* hic profecto adulationis aliquid latere in numis Graecis et Latinis non inſolitae; ratus itaque Auguſtum et Auguſtam extra arcam, velut nouum Noe, ſeu Deucalionem et Pyrrham effictos, quo ſymbolo eos velut conſeruatores humani generis, aut reparatores, Graecula adſentatione, honorarent Apameni.

Quod vero Noemici diluuii res circumſtantes omnes, in his numis figuratae, ethnicis quoque cognitae, et nomen ipſum Noe non penitus eos latuerit, pluribus teſtimoniis *Falconerius* corroborat ex *Luciano* citato, ex *Euſebio* de Praepar. Euangel. L. XI. ex *Philone* de Praemiis, ex *Iuſtini* Apologia I. ex *Ioſepho* contra Apionem L. I. et aliis apud *Bochartum* quoque inueniendis in Geogr. Sac. L. II. c. 13.

Neque mirari ſubit, ſi veram Noemi hiſtoriam et nomen e tot per Aſiam omnem diſperſis Iudaeis, atque tum maxime inualeſcentibus Chriſtianis didicere Apameni monetarii, et eorum aut eruditior aliquis aut veritati vicinior hiſtoriam et nomen Noe numo inſeruit; quando etiam apud Americanos barbaros in Cuba, Mechoacana, Nicaragua, Paraquaria et Caſtella aurifera, diluuii et conſeruatorum animalium, quin columbae quoque et corui memoriam repererunt Hiſpani, vti referunt ſcriptores, in quibus percenſendis operam ſuam collocauit *Froelich.* ib. p. 98. vbi cenſet, Apameae in Phrygia ſignatos eſſe numos in Lexico noſtro ſub *Apamea Phrygiae* recenſitos; typo referri *diluuium Noe*, Deucalionis fabula inuolutum; arca illa arcam Noe, auibus coruum et columbam cum oleae ramo, deſignari; intra arcam exhiberi Noe cum vxore, qui Graecis Deucalion et Pyrrha dicti; extra arcam eoſdem repraeſentari ſaxa poſt tergum iactantes, et ideo Auguſtorum veſtitu effictos,

vt adluderent adſentatorie ad reparationem vel conſeruationem generis humani. Non abnuit quidem *Froelichius* forte idcirco etiam hunc arcae aquis innatantis typum delegiſſe Apamenos, vt illuſtri hoc euentu ſimul ad alterum vrbis ſui nomen Κιβωτὸς, *Arca*, ſeu *Ciſta*, et vrbis ſitum intra aquas adluderent. — De inſcriptione ſupra arcam ΝΩ. vel ΝΩΗ, vel ΝΩΕ vel ΝΩΑ. vid. ΝΩΕ.

ΔΙΜΙΣ ΑΡΟΤΣΕ. Iupiter ſedens, d. fulmen, ſ. haſtam. n. Caligulae, quem exhibent auctor Chronici de vitis Imperatorum Belgica lingua conſcripti; *it. Strada* in vitis Impp. p. 37. et ex iis *Morell.* in Caligula Tb. 8. fg. 19. Sed ignorat editor p. 704. quid ΔΙΜΙΣ ΑΡΟΤΣΕ.

Dindymene, quae *Cybele* eſt, ita a Dindymo Phrygiae monte dicta; ſedens, d. pateram, ſ. Hermetem tenet. Æ max. mod. Thyatirenorum. Muſ. *Piſan.* Tb. 40. n. 1. p. 113. Ex *Strabone* L. XIII. Myſiam attingebat Hermus e monte Δινδυμήνης, *Dindymenae* ſacro prolabens. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 147. Quod ſi Hermus ab Hermete Mercurio nomen habuit, ſub huius quoque figura, quadrato ſtatu, ſolo capite inſignitus, in manibus Matris Deum, quam ἀπὸ τοῦ τόπου Δινδυμήνην, *a loco Dindymenem* adpellabant, teſte *Strabone* L. X. hoc in numo repraeſentatur.

ΔΙΝΟΚΡΑΤΗΣ, *Dinocrates* magiſtratus nomen Apolloniae Illyrici.

ΔΙΟ in area n. Athenarum, Neapolis Samariae; it. Lyſimachi Thraciae regis.

ΔΙΩ inter crura apri. n. Aetoliae. M. *Hunter.* p. 15.

Diocaeſarea vel Cappadociae iuxta *Harduinum* ac *Vaillantium*; vel Palaeſtinae apud *Noriſium*, *Froelichium* atque *Eckhelium*; aut Ciliciae ex aliorum mente ius Αὐτονόμου in Antonini Pii numo conſignauit. Duae ſunt, inquit *Vaillantius* Num. Gr. p. 212. apud Geographos huius nominis vrbes, vna Phrygiae, altera Cappadociae; haec vero a priori Αὐτονόμου praerogatiua diſtinguitur; tertiam in Cilicia Aſpera addit *Ptolemaeus.* Quae in Cappadocia nomen ſuum antiquaſſe videtur poſt Cappadociae regnum ſub Tiberio in prouinciam redactum. Pergit *Vaill.* l. c. *Diocaeſarea* a Nerone in Claudii recens conſecrati honorem dicta eſt, illam cum Hadrianus nouam imperii formam poſt Auguſtum conſtituiſſet, princeps beneficus Tyanam et Diocaeſaream ſuis legibus vti permiſit, vnde in numis eius Latinis CAPPADOCIA. — ADVENTVI CAPPADOCIAE. — RESTITVTORI CAPPADOCIAE. — EXERCITVS CAPPADOCICVS legitur.

Sed *Haymius* Theſ. Brit. II. p. 364. ita: "Tres Diocaeſareas vrbes nouimus, vnam Cappadociae, Phrygiae alteram, tertiam Galilaeae, quartam ſubiicit *Khellius* ad calcem *Haymianae* explicationis, quae eſt Ciliciae Aſperae. Harum primis duabus *Vaillantius* numos, quos ſub Antonino Pio et Commodo recenſet, attribuit; *Harduinus* aliam ſub Septimio Seuero cum hac epigraphe: ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ protulit, haeſitat tamen, an Diocaeſareae Cappadociae, an alteri Phrygiae ſit adſcribendus, neque magis lucem aliquam adfundit, an *Hadrianorum* pro cognomine Diocaeſareae dato ſit habendum, an vero concordiam duarum ciuitatum indicet, *Haymio* tamen certum videtur, tam hunc Seueri, quam alium Philippi Senioris, quem Tb. 46. fg. 2. cum ΑΔΡΙΑ. ΔΙΟΚϹΑΡΕΩΝ. ΜΗΤ. inſcriptione exhibet Diocaeſareae Galilaeae ſtatum eſſe. Notandum eſt, *Vaillantium* aut negligentia aliqua praeteriuit indicatum *Harduini* in Sept. Seu. numum, aut inter imperiales Graecos, vt

tamen

tamen oportuiſſet, recenſere noluit.

Diocaeſarea, *Ptolemaei* Διοκαισάρεια in *Cappadocia*, de qua *Plinius*: „Reliqua ſui parte (Cappadocia habet) *Diocaeſaream*, *Tyana*, *Caſtabala*, cetera. Ad hanc Cappadociae Diocaeſaream refert *Vaill.* Gr. p. 42. et ex eo Cellar. Not. Orb. II. p. 289. et *Guſſeme* III. p. 53. Antonini Pii Æ 1. numum, ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ ΑΥΤΟΝόμου inſcriptum, cum templo quatuor columnarum, in cuius aditu Pallas cum noctua ſtans. Dubitat vero *Holſtenius*, an huic Diocaeſareae tribuendus ſit. — *Alium* cum capite Commodi, et in)(ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. Eadem Pallas in templo, *Guſſeme* l. c. eidem Diocaeſareae adiudicat; *Harduin.* p. 50. eundem quidem recenſet, ſed dubius eſt; *Vaill.* Num. Gr. p. 68. Diocaeſareae in Phrygia dedit.

Diocaeſarea in Cilicia Aſpera, de qua *Belley* Mem. de l'Acad. des Inſcr. T. XXI p. 421 ad 428. Huic vrbi tribuitur Philippi Iun. numus cum typo alati fulminis et inſcriptione: ΑΔΡΙΑΝΩ. ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΜΗΤ. ΚΕΝΝΑΤΩ. ex Muſeo *Pellerinii.* Pari iure ad eandem Diocaeſaream Ciliciae pertinere videtur Philippi Sen. numus aereus cum capite eius radiato et litteris: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥΛΙΟϹ ΦΙΛΙΠ....)(ΑΔΡΙΑ. ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΚΕΝΝΑΤΩ. Hercules decumbens cum exuuiis leonis et claua; quem *Haym.* Th. Br. II. Tb. 46. fg. 2. edidit, ſed ad Diocaeſaream Galilaeae p. 364 ſq. refert. Eundem commemorat *Froelich.* Not. Elem. p. 205. eadem cum epigraphe, ſed alia typi explicatione: vir nudus, d. clauam, inſidens hippopotamo aut ſimili beſtiae; regionem vero vrbis praeterit, et τὸ ΚΕΝΝΑΤΩ aenigma felicioribus ſoluendum reliquit.

Diocaeſarea Galilaeae, cuius notitiam ſubiicit *Haym.* l. c. p. 365. Paucis leucis a Carmelo monte aberat in vicinia lacus Geneſareth *Sephoris* oppidum, poſteriori aeuo *Diocaeſarea*, a *Ioſepho* autem Bell. Iud. L. III. c. 3. dictum: Vrbs Galilaeae maxima et in tutiſſimo loco condita. *Cellar.* Not. Orb. II. p. 420. — Huic adſcribitur Antonini Pii Æ 2. numus, in quo: ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥϹ ϹΕΒ. Huius caput laur.)(ΔΙΟΚΑΙ. ΙΕΡΑ ΑϹΥ. ΑΥΤΟ. Templum quatuor columnarum, in quo Pallas ſtans, d. haſtam, ſ.... Editus in *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. Vind. P. I. Tb. 4. fg. 13. p. 246.

Diocaeſarea Phrygiae, cuius nominis vrbem in Phrygia quis alius praeter *Ptolemaeum* memorauerit, ignotum eſt. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 135. Ex coniectura *Vaillantii* Num. Gr. p. 68. huc pertinent numi inſcripti: ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ cum Pallade ſt. in templo 4. col Æ 1. Commodi. vid. *Caeſarea* Cappadociae. — ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ, *Diocaeſarenſium Ceretapenſium* ſubintell. Concordia. Cybele ſedens inter duos leones, d. tympanum, ſ. ſceptrum. Æ max. Commodi. Denotatur ſacrorum communio, nempe Cybeles, quae dea Phrygiae vulgo adpellatur. *Vaill.* ib. et p. 223.) *Guſſeme* I. p. 148. n. 3. III. n. 53.) *Cellar.* l. c.) *Harduin.* Oper. p. 50. ad Diocaeſaream Cappadociae refert, cuius ciuitatis Concordia cum Ceretapenſibus Phrygiae hoc numo ſignatur.

DIOCLETIANO in Diocletiani numis poſt abdicationem imperii, additis BEATISSIMO vel FELICISSIMO SENI*ori* titulis.

Diocletianus (*C. Valerius*) Dalmatia oriundus, obſcuriſſime natus adeo vt a pleriſque ſcribae filius, a nonnullis Anulini ſenatoris libertinus fuiſſe credatur; matre pariter atque oppido nomine *Dioclea*, quorum vocabulis, donec imperium ſume-

ſumeret, *Diocles* adpellatus. Vbi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanum morem conuertit, dictuſque eſt *Diocletianus*. Ex auctore Chronici Alexandrini Imperator eſt renunciatus XV. Kal. Octobris Ao. V. C. 1037. Chr. 284., ac quinto Kalendas eiuſdem menſis Nicomediam purpuratus intrauit. At vero *Euſebius* et *Lactantius* natalem imperii Diocletiani in diem XX. Nouembris differunt. Inde contra Carinum profectus Diocletianus, ipſum omni odio et deteſtatione viuentem apud Margum ingenti proelio vicit. Caeſo Carino fuit eidem imperium ab exercitu orientali confirmatum. Innumeris bellis partim a barbaris gentibus illatis, partim ſuſcitatis ab iis, qui imperatoriam purpuram vſurpauerant, cum videret ſe vnum ſufficere non poſſe *Aurelium Valerium Maximianum* A. V. C. 1039. in conſortium imperii primum adſumſit; deinde *Conſtantium Chlorum*, et *Galerium Maximianum Caeſares* nuncupauit, iiſque exercitus, prouinciaſque regendas diſtribuit. Imperii tandem pertaeſus, vel a Galerio coactus? purpuram depoſuit poſt viginti annos Chr. 284 ad 305. quibus imperium rexerat, id quod ſimul cum Maximiano abdicauit, octauoque ab abdicato imperio anno Salonae obiit, ſumto, vt plerique putant, veneno aetatis an. 68 aut 78. V. C. 1063. Chr. 310. — Princeps fortis et ſapiens, ſuperbus tamen, et ſupra modum crudelis ac praecipuus in Chriſtianos tyrannus. Aprum, qui Numerianum ſuſtulerat, ſua manu tranſfigit, vaticinium implens, ſe Imperatorem futurum, cum Aprum occideret.

Iouius cognominatus eſt, vt eius collega Maximianus dicebatur *Herculius*, vel ob cultum ſingularem, quo Diocletianus Iouem in Chriſtianos fulmina vibrantem et Maximianus Herculem proſequebatur; vel quod Diocletianus conſilio, virtute Maximianus rempublicam tutaretur. — Poſt abdicatum ab iis imperium in eorum numis, praeter alia nomina iis data, adpellantur *Seniores*, *Optimi*, *Beatiſſimi*, *Feliciſſimi*, *Fortiſſimi*, ac inuerſa eorum parte cum memorabilibus inſcriptionibus, quibus illa eorum abdicatio ad poſterorum memoriam conſignatur: PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. vel QVIES AVGVSTORVM, et cum Iouis effigie: QVIETATORI AVGG. In iiſdem numis D. N. *Dominus Noſter*, vox eſt honoris, non poteſtatis aut imperii adpellatio.

Diocletiani aurei numi ſunt rari argentei obuii, aerei pariter frequentes ac triti tam ſecundae quam tertiae formae.

Dicitur *Diocletianus* in antica numorum parte: DIOCLETIANVS AVG. *al.* AVGVSTVS. *al.* P. AVG. *al.* P. F. AVG. — IMP. DIOCLETIANVS AVG. *al.* P. AVG. — IMP. DICLETIANVS (*ſic*) P. AVG. *Band.* II. p. 26.) *Mdb.* 423.) *Eckhel.* Cat. II. p. 429. — IMP. DIOCLETIANVS PIVS AVG. *al.* P. F. AVG. — IMP. C. DIOCLETIANVS AVG. *al.* P. AVG. *al.* P. F. AVG. *al.* P. P. AVG. *Band.* II. p. 18. — IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG. *al.* P. AVG. *al.* P. F. AVG. — IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG. *al.* P. AVG. *al.* P. F. AVG. *al.* P. P. AVG. *Band.* II. p. 27. — IMP. C. M. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. *ibid.* p. 42.) *Mdb.* 423. — IOVIO DIOCLETIANO AVG. — VIRTVS DIOCLETIANI AVG. — DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. — IMPP. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. cum amborum capitibus aduerſis laur. — IMP. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AVGG. *al.* COSS. — IMP. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO COSS. *Band.* II. p. 7. — DN. DIOCLETIANO AE-

TER.

TER. AVG. — DN. DIOCLETIANO BEATISS. *al.* BEATISSIMO — DN. DIOCLETIANO FLICISS. (*ſic*) *Band.* II. 35. — DIOCLETIANO SEN. AVG. — DN. DIOCLETIANO FELICISSIMO SENI. *al.* FELICISS. SEN. AVG. *al.* FELICISSIMO SEN. AVG. — DN. DIOCLETIANO BEATISS. SEN. AVG. *al.* BEATISSIMO SEN. AVG. *al.* BAEATISSIMO (*ſic*) SEN. AVG. *al.* BEATISSIMO SENI. AVG. — DN. DIOCLETIANO P. F. S. AVG.

In Graecis extra vrbem ſignatis: ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹƐΒ. — Α. Κ. Γ. ΟΤΑ. *al.* ΟΤΑΑ. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ΟΒΒ. v. *Alexandria Aegypti.*

Poſticae partis inſcriptiones: ABVNDAT. (*ſic*) AVGG. — ABVNDANT. AVGG. — ADVENTVS AVG. *al.* AVGVSTORVM. ANNONA AVG. *Cim. Vind.* I. Tb. 25. fg. 4. — APOLLINI SANCTO. — APOLLONI SANCTO. *Mdb.* 423. obſ. 1. — AVSPICI FEL. — CLARITAS AVGG. — CLEMENTIA TEMP. — COMES AVGG. — COMITATVS AVGG. *Froelich.* apud *Gorium. Kbell.* Suppl. p. 215. — CONCORDIA AVGG. — CONCORDIA CAES. AVGG. NN. — CONCORDIA MILITVM. — CONCORDIAE AVGG. NN. — CONSERVAT. AVG. — CONSERVATOR AVGG. — CONSERVATORES VRB. SVAE. *al.* VRBIS SVAE. — CONSTANTIVS NOB. CAES. — CONSVL. IIII. P. P. PROCOS. — — CONSVL VII. P. P. PROCOS. — COS. IIII. *Kbell.* Suppl. p. 216. — DEO SERAPIDI. — FATIS VICTRICIBVS. — FELICITAS AVG. — F. ADVENT. AVGG. NN. — FELIX ADVENT. AVG. — FELIX ADVENT. AVGG. NN. — FIDES. MILITVM. *Cim. Vind.* I. Tb. 25. fg. 3. — FORTVNA RED. — FORTVNAE REDVCI AVGG. NN. — GENIO POP. ROM. *al.* POPVLI ROMANI. — HERCVLI COMITI. *al.* AVG. NN. — HERCVLI CONSERVAT. — HERCVLI PACIFERO. — HERCVLIO MAXIMIANO AVG. — IMP. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO COSS. — IOVI AVG. *al.* AVGG *al.* AVGG. N. *al.* AVGVSTORVM. — IOVI CONSERVAT. *al.* add. AVG. *al.* AVGG. *al* ORBIS, — IOVI CONSERVATORI. *al.* add. AVG. — IOVI CONSERVATORI ORBIS. *al.* P. R. — IOVI ET HERCV. CONSER. AVGG. — IOVI ET HERCVLI CONS. AVGG. — IOVI FVLGERATORI (*ſic*) *al.* FVLGVRATORI. — IOVI INVICTO *al.* add. AVG. — IOVI PROPVGNAT. — IOVI STATORI AVGG. — IOVI TICTORI (*ſic*) P. R. *Mdb.* p. 424. IOVI TVTATORI *al.* add AVG. *al.* AVGG. *al.* AVGVSTORVM. — IOVI VICTORI. — IOVIO ET HERCVLIO. — LAETITIA AVG. — LAETITIA FVND. *Cim. Vind.* — MARS VICTOR. *al.* NICTOR. *Cim. Vind.* I. p. 141. — MARTI PACIF. *al.* PACIFERO. — MAXIMIANVS AVG. — MONETA AVG. *al.* AVGG. — MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. — M. SACRA AVGG. ET CAESS. NN. — ORIENS AVG — PAX AETERN. — PAX AVG. *al.* AVGG. — PIETAS AVGG. ET CAESS. N N. — P. M. TR. P. VII. *al.* VIII. COS. IIII. P. P. — PRIMIS X. MVLTIS XX. — PRIMIS XX. IOVI AVGVSTI. — PROVIDENTIA AVG. *al.* AVGG. PROVIDENT. DEOR. — PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. — PROVIDENTIAE AVG. — QVIES AVGG. *al.* AVGVSTORVM. — QVIETATORI AVGG. — ROMAE AETER. *al.* AETERNAE — SACR. MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NOSTR. — SACRA MONETA AVG.

AVG. N N. — SACRA MONET. AVGG. ET CAESS. NOSTR. — SAECVRIT. (*ſic*) PERP. *Cim. Vind.* I. p. 142. — SALVIS AVGG. ET CAES. AVCTA KART. *al.* FEL. KART. — SECVRIT. PERP. — SOLI INVICTO. — TEMPORA FELICIA. — VCVI. *Quinquagenalia Caeſaris Vota Imperii. al.* VCVIT. — VI. XC. — VICTORIA AVG. *al.* AVGG. — VICTORIA SARMAT. *al.* SARMATICA. — VICTORIAE SARMATICAE. — VIRTVS AVG. *al.* AVGG. *al.* AVGVSTORVM. — VIRTVS MILITVM. — VIRTVTI AVG. *al.* AVGG. — VOTA PVBLICA. — VOTA XX. SIC. XXX. — VOTIS ROMANORVM. SIC. XX. SIC. XXX. — VOT. X. MVLT. XX. — VOT. XX. — VTILITAS PVBLICA. — XX. DIOCLETIANI AVG.

Recenſentur vel partim editi ſunt Diocletiani numi, quos ex probo argento reſtituit, aliique ex auro et aere in Muſ. *Alb.* II. 79 ſq.) apud *Angelon.* Hiſt. Aug. p. 289 vel 353 ſq.) *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 64.) *Bandur.* II. p. 1 ad 43.) *Beger.* Th. Brand. II. p. 776 ſq.) *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 304 ſq. de abdicatione imperii.) *Bonarrot.* Num. *Carp.* Tb. 30. fgg. 1 ad 6. p. 369 ſq.) *Cimel. Vindob.* Tom. 1. p. 20. Tb. 5. fg. 6 ad 10. *it.* p. 74. Tb. 13. fgg. 5. 6. *it.* p. 140. 142. 143. Tb. 25. fgg. 2 ad 10. *it.* Tom. II. p. 24. Tbb. 100. 101.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 428 ad 436.) *Froelich.* Catal. Num. Aur. in *Gorii* Symbol. Litt. p. 142.) *Guſſeme* Diction. III. p. 58 ad 61.) *Hantbaler.* P. I. Tb. 2. fg. 15. p. 63 ſq. *it.* IV. Tb. 7. fg. 16. p. 234. et alibi.) *Harduin.* Oper. p. 444 ſq. *et* in diſſertatione epiſtolica ſuper numis etc. Diocletiani. Luxenb. 1708.) *Hulſ.* Impp. p. 114.) *Khell.* Suppl. p. 215 ad 218.) *Liebe* Goth. Num. p. 75. 76. 346.) *Mdb.* p. 423 ad 428.) *Muſell.* Impp. Tb. 239. fgg. 1 ad 10. *it.* Suppl. Tb. 53. fgg. 5 ad 10. Tb. 54. fgg. 1 ad 10. *et* Tb. 55. fgg. 1 ad 7.) *Paul. Alex. Maffei* ragionamento ſopra un medaglione di Diocleziano Tom. IV. Oper. p. 195 ſq.) *Henr. Noriſii* diſſ. de numis Diocletiani et Licinii etc. Florentiae 1675. recuſ. in Theſ. *Sallengrian.* T. I. p. 387 ſq. et in *Noriſii* Oper. Tom. II. p. 1064 ſq.) *Oiſel.* Th. Sel. Num. Tb. 12. fg. 7. p. 60 *it.* Tb. 35 fg. 7. *et* alibi.) *Pagi* Critic. *Baron.* Tom. I. p. 310 ſq.) Patin. Impp p. 441 ſq. *it.* eius Ind. p. 30.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* V. Tb. 16. fgg. 2. 3. p. 242 ad 246.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 23. fgg. 5. 6. 7. III. Tb. 29. fg. 10.) Muſ. *Piſan.* I. Tb. 75. n. 3 4. p. 200. *et* Tb. 76. n. 1. p. 201.) *Schulz* MzCab. III. p. 65 ſq.) *Spanhem.* Pr. II. 383. 422. 459 460. 469. 494. 512. 513. 639.) *Strada* f. 164.) *Struv.* de prouidentia diuina ex numis.) Muſ. *Theup.* p. 310 ſq. 819 ſq. 1193.) *Triſtan.* III. p. 334 ſq.) *Vaill.* Pr. I. p. 251 ad 254. *et* III. p. 49. ad 54. *it.* 224 ad 226.) *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 119. 120.

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum ad humeros Æ 3. Rr. Conſtantii Chlori. *Band.* II. p. 105.) *Vaill.* Pr. I. p. 264.

ΔΙΟΔΟΤΟC, *Diodotus* nomen a) Praetoris Thyatirae: ΕΠΙ СΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ, *Sub Praetore M. Aurelio Diodoto* Æ max. Diadumeniani *Vaill.* Gr. — b) Scribae Nyſae in Caria: ΕΠ. ΓΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΝΥCΑΕΩΝ, *Sub Scriba Aurelio Diodoto.* Æ. max. M. Aurelii, *it.* Gordiani Pii. Muſ. Alb. I. p. 66. — c) Magiſtratus ſine titulo Aezani Phrygiae: ΕΠΙ ΣΩΚΡΑΤΟΥ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ, *Sub Socrate Diodoto*, vel Diodoti filio. Æ. Claudii. *Vaill.* Gr.

ΔΙΟΔΩΡΟC, *Diodorus* magiſtratus nomen a) ΔΙΟΔΩΡΟΥ in Æ. Dyrrhachii.

rhachii. *Beger*. Th. Br. I. p. 447. — b) ΔΙΟΔΩΡΟΥ in Æ. autonomo Pergamenorum. Muſ. *Pembrok*. II. Tb. 45. n. 3. — c) Praetoris Achaeorum: ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΜΗΝΟΦ. *Praetore Marco Aurelio Diodoro Menophanis* filio. Æ 2. L. Veri. *Vaill*. Gr. — d) Archontis Byzantiorum; ΕΠΙ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟ Β. *Sub Diodoro Iterum*. Æ. Sabinae. *Vaill*. Gr. — e) Praetoris Pergamenorum: ΕΠ. ΣΤΡ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΠΕΡΓ. *Sub Praetore Diodoro*. n. Domitiani. *Morell*. Impp. II. p. 463. n. 13. — *Al*. ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Æ 1. Commodi. *Vaill*. Gr. — *Al*. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. *Sub Praetore Aurelio Diodoro Pergamenor. Trallianorum* Concord. Æ mai. Commodi. *Vaill*. ib.

ΔΙΩΔΟΥΝЄΝΙΑΝΟϹ ex duplici monetarii errore pro ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ in n Ilienſium Phrygiae. *Froelich*. 4. Tent. p. 295.

ΔΙΟΕΡΙΤΩΝ (*ſic*) loco ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ, *Dioſberitarum* Lydiae. Senex togatus ſtat d. pateram. Æ 3. Auguſti. *Vaill*. Gr. p. 3. vid. *Dioſberis*.

ΔΙΟΓΕ. abruptum magiſtratus nomen. n. Athenarum.

ΔΙΟΓЄΝЄΙ, *Diogeni*, apud *Bandur*. II. p. 750. ex *Ducangio*. Æ. Romani IV. Diogenis.

Diogenes philoſophus Cynicus celeberrimus, de quo *Plutarch*. in Apophthegm. Ferunt accedentem Alexandrum rogaſſe, ne ſibi apricanti a ſole obſtaret. *Spanhemius* meminit huius philoſophi numum e genere contorniatorum, cuius vero typum non protulit. *Guſſeme* III. p. 61.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ, *Diogenes*, nomen a) Archontis Cotienſium: ΕΠΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ, *Sub Diogene Dionyſii* filio *Archonte*. Æ 2. Gallieni. *Vaill*. Gr — Didynaeorum et Ilesienſium: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ, *Sub Praetore Diogene*. vid. *Didymae*. — Hadrianorum: ΕΠΙ ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΥ ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ΑΡΧ. ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ, *Sub Pancratio Diogene*, vel Diogenis filio, *Archonte*. n. Plautillae. *Vaill*. Gr. — Hadrianotheritarum: ΕΠΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ΑΡ. ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ, *Sub Diogene Archonte*. Æ 1. Iuliae Domnae. *Vaill*. Gr. — *Al*. ΕΠΙ ΑΡ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΥ ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ΑΔΡΙΑΝΟΘΥΡΕΩΝ, *Sub Archonte Pancratio Diogene*, vel Diogenis fil. — Mileſiorum: ΕΠΙ ΑΡ. ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ΜΙΛΗϹΙΩΝ, *Sub Archonte Diogene*. Æ 3. Gallieni. *Vaill*. Gr.

b) Praetoris Metropolitarum: ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Diogene*. n. Gordiani Pii. *Vaill*. Gr. — ΕΠΙ ΣΤΡ. ΝΑΡΑΤΙΟΥ ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ, *Sub Praetore Naratio Diogene*. n. Hadrianotherit. Muſ. *Piſan*. Tb. 34. n. 1. — Smyrnaeorum: ΕΠΙ Γ. ΒΑ. ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Sub Caio Valerio Diogene*. n. Iul. Maeſae. *Vaill*. Gr.

ΔΙΟΚΑΙ. ΙΕΡΑ ΑϹΥ. ΑΥΤΟ. v. *Diocaeſarea Galilaea*.

ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ, et cum additamento ΑΥΤΟΝόμου. v. *Diocaeſarea Cappadociae*.

ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ. v. *Diocaeſarea Phrygiae*.

ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΜΗΤ. *al*. ΔΙΟΚЄϹΑΡЄΩΝ ΜΗΤ. v. *Diocaeſarea Ciliciae*.

ΔΙΟΚΛ. Διοκλῆς, ſiue Διοκλείδης.

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Diocletianus Auguſtus* in numis Aegyptiis apud *Bandur*. II. p. 38.

ΔΙΟΜ. ſupra Herculis caput. n. Crotonis Bruttiorum. *Eckbel*. Num. Vet. Tb. 4. fg. 3.

Dio-

Diomedes, rex Thraciae, qui cum equos ſuos humana carne aleret, ab Hercule victus, equis ſuis in pabulum eſt obiectus, de quo *Ouidius* in Ibin, et L. IX. Metamorph. — Eundem Hercules capillis tenet, ac domat. n. Hadrianopolit. Thraciae in M. Aurel. *Guſſeme* III. p. 62. *et* IV. p. 30. n. 6.

Diomedes, Aetoliae rex, Tydei et Deipilae filius, qui cum reliquis Graecis ad Troiam profectus, adeo ſtrenue ſe geſſit, vt poſt Achillem et Aiacem fortiſſimus haberetur. Nam praeter palladium Troianis ſubtractum, Martem quoque in eo bello vulnerauit, Veneremque dextra manu, dum Aenaeam protegere vellet. Quamobrem dea indignata Aegialem vxorem eius tanta libidinum turpitudine inuoluit, vt pertaeſus vitia ac mores vxoris, patriam exoſus Diomedes domum reuerti noluit poſt Troiae excidium, ſed in Apuliam profectus, regni partem a Daunio accepit, pluresque vrbes condidit, inter quas Argos, Salapiam veterem, et Canuſium. Conf. *Nonn.* ad *Golz.* Graec. Vet. p. 30. *it.* Sicil. p. 303.

Diomedes nudus defluo poſt tergum pallio d. enſem, ſ. palladium oſtentans, quod Troiam clam ingreſſus ex arce ſuffuratus eſt. Æ. 3. Argorum Peloponneſi. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 9. fg. 2. p. 135.

Diomedis ipſius fortaſſe *caput* iuuenile in aduerſa Canuſiorum, quorum conditor et rex erat, repraeſentatur; auerſa vero pars *Diomedem* in equo currente d. haſtam exhibet apud *Magnan.* Miſc. Num. T. IV. Tb. 18. et *Oderic* Num. Graec. p. 139. vid. *Canuſium.*

ΔΙΟΜΕΔΙΩΝ, *Diomedienſium.* Claua et pharetra.)(Caput Solis obuerſum. Dubius eſt *Guſſeme* III. p. 62. cui attribuat vrbi nummum, an ad Diomedeam Dauniorum vrbem, de qua *Pompon. Mela:* „Regio vlterior Diomedem tulit, immanibus equis mandendos ſolitum obiectare aduenas, et iiſdem ab Hercule obiectum. Turris, quam Diomedis vocant, ſignum fabulae remanet, et vrbs, quam ſoror eius ſuo nomine nominauit. — An ad inſulam Adriatici maris ex aduerſo Apuliae, de quo *Plinius* L. III. c. 26. „Contra Apulum litus *Diomedea*, conſpicua monumento Diomedis: — *Ptolemaeus* L. III. c. 1. Diomedeas inſulas quinque numerat. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 757.

ΔΙΟΜΟΛΟϹ, *Diomolus* praetor Ceretapenſium in Phrygia: ϹΤΡΑΤΗ. ΖΩϹΙΜΟΥ ΔΙΟΜΟΛΟΥ ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ, *Praetore Zoſimo Diomolo*, vel Diomoli filio. n. Sept. Seuer. *Vaill.* Gr.) *Guſſ.* II. p. 148. qui vero ΔΙΟΜΟΔΟΥ, Diomodo.

Dion Syracuſanus, apud ſuos ciues potentia et facultatibus praeditus.) *Golz.* Magna Graec. p. 31 ſq. Huic forte tribuendus eſt nummus, in quo caput Apollinis laureat.)(ΔΙΩΝΟΣ, *Dionis.* Tripus cum litteris ΞΛ. Æ. 179. pd. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 78. fg. 8. et ex eo *Guſſeme* III. p. 62. — Conf. *Theoph. Grabner.* diſſ. de nummo *Dionis.* Dreſdae 1743. 4.

— nomen *Archontis* Myndiorum Cariae: ΑΡΧ. ΔΙΩΝΟϹ ΤΟΥ ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΜΥΝΔΙΩΝ, *Archonte Dione Diophanti* fil. n. Sept. Seueri. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* V. p. 185.

— nomen *Scribae*, vt videtur, Bargaſenorum Cariae, qui magiſtratus titulum non ſignarunt. ΕΠ. ΑΥΡ. ΔΙΩΝΟϹ ΒΑΡΓΑϹΗΝΩΝ, *Sub Aurelio Dione.* n. Alex. Seueri, *it.* Maximini. *Vaill.* Gr.) *Guſſ.* I. p. 376.

ΔΙΟΝ. Διονυσίου, *Dionyſii* vel Διονυσοδώρου, *Dionyſodori* nomen.

ΔΙΩΝ. magiſtratus Melſenes in Meſſenia. Muſ. *Hunter*. p. 200. n. 8.

ΔΙΩΝΟΣ. Dionis. vid. *Dion*.

ΔΙΟΝΥ. Διονυσίου. *Dionyſii* vel Bacchi nomen, vel magiſtratus. — ΕΠΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥ. ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ, *Sub. Diogene Dionyſii* filio. Æ 2. Cotiaenſium Phrygiae in Gallieno. *Vaill.* Gr.

ΔΙΟΝΥΣ. Διονυσοπολιτῶν, *Dionyſopolitarum*. v. *Dionyſopolis* Phrygiae.

ΔΙΟΝΥCΙΟ... in Hoſtiliani numo, quem *Froelich.* 4. Tent. p. 344. hunc in modum edidit: ΚΑΙ. ΟC. CEB.... Καῖσαρ Ὀστιλιανὸς, Σεβαστὸς, *Caeſar Hoſtilianus Auguſtus.* Capita Hoſtiliani laureatum et feminae ornatum aduerſa.)(..... ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ ΔΙΟΝΥCΙΟΝ, *Perperenorum* in Lydia vel Myſia *Bacchum* colentium. Mulier ſtans, ad pedes animal. Contra vero *Eckhelius* Cat. Muſ. Caeſ. II. 356. poſticam legit.... ΠΕΡΓ.... ΔΙΟΝΥCΙΟ... additque; minus tuto *Perperenis* tribuitur.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ, *Dionyſius* legitur in Æ. Abderae Thraciae apud *Peller*. Tb. 33. n. 9. — ΕΡΥ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ, in n. Erythrarum Ioniae. M. *Hunter*. p. 139. in n. Smyrnaeorum. Muſ. *Hunter*. p. 277.

— nomen Regis. vid. *Dionyſius*.

— Magiſtratus ΑΥΡ. ΔΙΟΝΥCΙΟΣ. Muſ. *Hunter*. p. 130. al. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. *Dionyſii*, vel ſub *Dionyſio*. n. Dyrrhachii Illyrici. *Beger*. Th. Br. I. p. 461.) *Gronov.* Antiq. Graec. T. VI. p. 2860. 2908. VII. 414.

— Archontis Byzantiorum: ΕΠ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ. *al.* ΕΠΙ ΑΡ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ ΤΟ Β. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, *Sub Archonte Dionyſio Iterum.* Cilbianorum Superiorum in Ionia: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΥΡΗ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΩ. *Sub Archonte Aurelio Dionyſio* n. Iul. Domnae.

— Magiſtratus Magneſiae ad Sipylum. *Morell.* in Liuia Tb. 3. fg. 17. p. 486.

— Praetoris Mytilenaeorum: ΕΠΙ ΣΤΡ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ ΜΥΤΙ. *Sub Praetore Dionyſio.* n. Criſpinae. — Smyrnaeorum: ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΥ, *Dionyſius Colybaſii* fil. n. Auguſti. — Smyrnaeorum cum Clazomenis foedere iunctorum: ΕΠ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ CΜΥΡ. ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ *Sub Dionyſio* etc. n. Valeriani Sen.

— Scribae Laodicenſium: Π. ΑΙΛΙΟC ΔΙΟΝΥCΙΟC ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Publius Aelius Dionyſius* n. Antonini Pii. *Patin.* Impp. p. 230.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΙΕΡΕΥΣ vid. *Magneſia* Lydiae.

Dionyſius Heracleae in Bithynia tyrannus. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, Hercules ſtans d. elata, ſiniſtra, ex qua ſimul leonis exuuiae pendent, tropaeum adſtitutum contingit, cui inclinatur claua. Caput Bacchi hedera coronatum, retro thyrſus. Æ 3. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 145.

Dionyſius I. *Syracuſarum tyrannus*, de quo in *Golz.* magn. Graec. p. 148. ad 160. Cuius genuini numi cuſi adhuc eo viuente, non poſterioribus demum temporibus, vt indicat *Torremuzza* Sic. Inſcr. Nou. Coll. 54. Iuxta *Spanhem.* Pr. I. p. 552. vero poſt obitum regis eſſe percuſſum quoddam numiſma aereum, id arguit caput eius diadematum. — Pauci ſunt admodum numi ad eum pertinentes et omnes maxima gaudent raritate, quos princeps ille *Torremuzza* Sicil. Veter. Num. Tb. 100. p. 97. exhibet.

a) *Aureus.* 1. Caput Martis galeatum, ſub quo cernitur trinacriae ſymbolum.)(Equi generoſi et ſtone

no coerciti caput ad pectus vſque, adſcripto ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, *Dionyſii* nomine, hinc ſpica, inde Σ. id eſt, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, *Syracuſarum*. Prodiit e Sicilia *Golzii* Tb. 14. fg. 2. ex qua in Siciliam Numiſmaticam induxere. *Paruta* Tb. 111.) *Torremuzza* ib. fg. 1.) *Froelich*. Not. Elem. Tb. 5. fg. 7. p. 133.)

b) *Argentei*. 2. Dimidium equi corpus, quod a Victoria coronatur; ſtat antea hordei granum, retro trinacriae ſymbolum, quo tria Siciliae promontoria deſignantur, et nomen ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ eſt ex hac parte inſcriptum.)(Palmae arbor, additis ſex Phoenicii alphabeti elementis, de quibus *Barthelemius* dixit in Exercitatione de Numis Phoeniciis, quae eſt impreſſa in Vol. XXX. Actor. Inſcript. et human. litter. Pariſienſis Academiae. Similem habes in Operibus *Golzii* Tb. 14. fg. 1.) *Parutae* Tb. III.) *Spanhemii* I. p. 552.) *Torremuzzae* fg. 2.) *Guſſemii* III. p. 63. n. 2. — 3. fere ſimilis eſt praecendenti exceptis tantum Phoeniciis litteris, et triquetrae ſymbolo, quae in eo deſiderantur. *Torremuzza* fg. 3. — 4. cum duplici Phoenicia epigraphe, at in reliquis priori ſimilem edidere *Barthelemius* quoque l. c. *Torremuzza* fg. 4. — 5. Integer equus decurrens, quem Victoria ſuperuolet.)(Palmae arbor, verum Phoeniciae quatuor tantum ſunt litterae. *Torremuzza* fg. 5.

c) *Aerei*. 6. Caput ipſius Dionyſii diadematum.)(Victoria gradiens cum laurea et palmae ramo, ad latus triquetra et mon. [monogr.] in ambitu : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, *Regis Dionyſii*. n. maximae raritatis prodit e *Golzii* Sicil. Tb. 13. fg. 9. apud *Spanh*. Pr. I. p. 552.) *Torremuzzam* fg. 6.) *Guſſeme* III. p. 64. n. 4. 4. — 7. maximae pariter raritatis eſt, in quo Palladis caput galeatum, ante Σ. retro trinacriae ſymbolum;)(Victoria, prout in praecedente gradiens, d. coronam, ſ. palmam. cum inſcr. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, ante laurea et monogr. [K]. Editus a *Golzio* Tb. 13. fg. 10.) *Torremuzza* fg. 7.) *Guſſeme* III. p. 63. n. 1.) *Froelich*. Not. Elem. Tb. 5. fg. 8. qui p. 133. addit: definiri vix poteſt, quaenam numiſmatum iſtorum Dionyſio Seniori, quae Iuniori ſint attribuenda.

Dionyſius II. *Syracuſarum tyrannus*, qui poſt patris obitum Syracuſanorum tenuit dominatum, *Golz*. Magn. Graec. p. 160 ad 170. — Ei adiudicat princeps *Torremuzza* Sicil. Vet. Num. Tb. 100. p. 98. *aeneum* maximae raritatis numum, in quo Herculis caput in rictu leonis adſcripto nomine ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. *Dionyſii*.)(Aquila leporem vorans.

ΔΙΟΝΥϹΟ. Διονυσοπολιτῶν, *Dionyſiopolitarum*. vid. *Dionyſopolis* Phrygiae.

ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ. *Dionyſodorus* magiſtratus nomen. in Apolloniae Illyrici *Geſner*. Tb. 10. fg. 1.) M. *Hunter*. p. 37.

ΔΙΟΝΥϹΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ ΝΙΚΑΙΕΙϹ, *Dionyſum* ſeu Bacchum *Conditorem Nicaeenſes* ſc. colunt. Bacchus ſtans, d. cantharum, ſ. thyrſum, pro pedibus tigris. Æ 2. Antonini Pii. — In aliis eiuſdem Antonini Pii : ΔΙΟΝΥϹΟΝ ΚΤΙϹ. ΝΙΚΑΙΕΙϹ, Bacchus nudus ſtans, d. racemum, ſ. thyrſum. Æ 3. — vel ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ ΝΙΚΑΙΕΙϹ, *Conditorem Bacchum*, Bacchus cum cantharo et thyrſo in curru quatuor elephantorum. Æ 1. *Vaill*. Num. Imp. Gr. p. 44. 292. 303.) *Guſſeme* V. p. 232. n. 21. 22. — In M. Aurelii Æ 2. legitur ſimiliter ΔΙΟΝΥϹΟΝ ΚΤΙϹτην ΝΙΚΑΙΕΙϹ et Bacchus nudus ſtat d. racemum ſ. thyrſum tenens. *Vaill*. ib. 54. — Etiam in Commodi numo Æ 2. ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ, *Conditorum Nicaeenſium* vrbs colit et Bacchus in

 curru

curru duarum pantherarum ſtens; d. poculum, thyrſum tenet. *Vaill.* ib. 71. *Nicaeenſes* Bithyniae hiſce numis *Bacchum ſuum conditorem* vocant, quod et confirmat *Dio Chryſoſtomus* Orat. 29.

ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Dionyſopolitarum.* v. *Dionyſopolis* Phrygiae, et Thraciae.

Dionyſopolis Quinque enumerat *Stephanus* huius nominis vrbes: "Dionyſi vrbs iuxta Pontum; *ſecunda* Phrygiae, opus Attali et Eumenis, qui ſtatuam Dionyſi circa illa loca inuenere; *tertia* Indiae; *quarta* Lybiae; *quinta* Thraciae." At *tres* tantum fuiſſe Dionyſopoles multo probabilius: prima enim, et quinta, vna eademque vrbs eſt, vt *Pinedus* aliique animaduertunt *Plinii* auctoritate L. IV. c. 11. Lybicam quaſi loco motam a nemine inueniri poſſe ait *Euſtathius* apud *Berchelium.*

Dionyſopolis Phrygiae ſecundum *Stephanum*: Διονύσου πόλις β΄ Φρυγίας, κτίσμα Ἀττάλου καὶ Εὐμενοῦς, ξόανον εὑρόντων Διονύσου περὶ τοὺς τόπους, *Dionyſopolis alter eſt Phrygiae* (prima ad pontum eſt) *opus Attali et Eumenis, qui circa loca illa Bacchi ſimulacrum inuenerunt.* Vtraque a Baccho, qui Graecis Διόνυσος nomen accepit. — Dionyſopoli Phrygiae contribuuntur numi 1. ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, *Sacer Senatus.* Caput velatum, quod in numis huius tractus e. c. Apameae, Hierapolis etc. vſu venire animaduertimus.)(ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Dionyſopolitarum.* Dianae Epheſiae ſimulacrum. Æ 2. a *Golzio* Graec. Vet. Tb. 28. fg. 3. p. 159. *Dionyſopoli in Thracia* perperam attributus, quem *Harduin.* Oper p. 50. ex ſignis certis huic Phrygiae Dionyſopoli vindicat, quod nequit dubitari, adfirmante *Cellario* Not. Orb. Ant. II. p. 145. — 2. Eidem Dionyſopoli Phrygiae dedit *Oderic.* Num. Gr. p. 77. numum tertiae formae aereum, in quo hinc ΔΗΜΟΣ, *Populus.* Caput iuuenile.)(ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΙΤΩΝ. Figura ſtolata et palliata, d. longam haſtam, ſ. extenta; caput galeane an tutulo tectum ſit, non ſatis adparet. Vox Δῆμος in Aſianis numis quam ſaepiſſime occurrit, in Thraciis numquam. Auerſae partis typo Bacchus forſan exhibetur; Exſtat enim apud *Panelium* diſſ. de Ciſtophoris p. 39. iterumque Mem. de Trev. Oct. 1737. p. 1794. huiuſce vrbis numus, ſed magiſtratu deſtitutus, in quo Bacchus viſitur muliebri habitu, thyrſum et botrum tenens. — 3. Ad eandem Phrygiae vrbem refert *Neumann.* Pop. 2. fg. 12. p. 66. ſecundi moduli aereum. Caput in eo Bacchi pampinis ornatum, ad humeros thyrſus prominet fere exeſus)(ΔΙΟΝΥΣ. . . . ΜΕΝΕΚ. Bacchus muliebri habitu ſtans, d. tenet vuam, ſ. thyrſum, ad pedes panthera. *Dionyſopolis* et *Eumenia* duae Phrygiae vrbes; etiam Eumeniae Bacchus in aere placuit, et quod amplius idem ΜΕΝΕΚΡΑτης. *Peller.* Rec. de Méd. II. Tb. 45. n. 39. Ex his patet, praeſentem numum indubitato eſſe Dionyſopolis Phrygiae, in qua eiuſdem nominis vrbs fuit. — 4. Addit *Harduin.* Oper. p 50. Iuliae Domnae numum trium oppidorum concordiam inter ſe, Dionyſopolitarum nimirum, Metropolitarum Ioniae, et Cilbianorum Superiorum indicantem: ΔΙΟΝΥϹΟ. Κ. ΜΗΤΡΟΠ. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΥΡΗ. ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΩ. quae verba ſic explet *Harduinus.* Διονυσοπολιτῶν Καὶ Μητροπολιτῶν. Ἐπὶ Ἀρχιερέως Αὐρηλίου, Κιλβιανῶν τῶν ἄνω. *Cellar.* N. O. Ant. II. p. 145.

Dionyſopolis in Thracia vel Moeſia inferiore ad Pontum Euxinum, *Plin.* L. III. c. 18. ante Κρουνοί, *Cruni* dicta. *Golz.* Graec. Vet. p. 159. — An etiam *Matiopolis* nuncupata? *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 471. — Habentur huius numi:

A) *Autonomi.* 1. Bacchi caput corona cinctum hederacea.)(ΔΙΟΝΥΣΟ-

ΝΥΣΟΠΟΛΙΤΩΝ intra coronam pariter hederaceam. Æ. *Golz*. Graec. Vet. Tb. 28. fg. 4.) *Harduin*. Oper. p. 50. — 2. Caput muliebre velatum, in area T et baculus. Muſ. *Pembrok*. II. Tb. 8. fg. 11.) Muſ. *Theup*. p. 1265.) *Guſſeme* III. p. 64, n. 1.

B) *Imperiales*. a)' *Sept. Seueri*. 3. ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Β. *Dionyſopolitarum, Anno ſecundo* Hercules Farneſius ſtans, d. clauam inuerſam, ſ. ſpolia leonis. Æ. 3. *Vaill*. Num. Gr. Impp.) *Guſſeme* III. p. 64. n. 2.) *Harduin*. p. 50.

b) *Iuliae Domnae*. 4 ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Idem Hercules Farneſius ſtans. Æ 2. *Vaill*. ib) *Guſſ*. ib p. 3.) *Hard*. ib.

c) *Alexandri Seueri*. 5. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Huius caput laureatum.)(ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Mulier ſtolata ſtans, d. pateram ſupra arulam, ſ. cornucopiae, Æ 2. Muſ. *Theup*. p. 1023.) *Vaill*. ib.) *Guſſ*. ib. n. 4. — 6. *Al*. ſimilis, ſed in area Δ. Serapis ſtans ante aram ignitam, d. pateram, ſ. c. c. Æ 2. *Eckhel*. Cat. Muſ. Caeſ. I. 68.) *Froelich*. Adpend. II. nouis p. 103. n. 74.) *Harduin*. Oper. p. 821. cui vero genius eſt ante aram.

d) *Gordiani Pii*. 7. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. (*ſic*) ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ. Caput Gordiani laureatum, et Serapidis, vel Tranquillinae ex aduerſo. Scriptum eſt vel *Patini* Impp. p. 370. vel ſcalptoris vitio ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ pro ΑΝΤΩΝΙΟΣ. Quamuis Gordianus Pius Felix, vt pronepos Commodi Antonini dici potuerit fortaſſis etiam ipſe *Antoninus*.)(ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in area Ε. Anno *Quinto*. Serpens erectus in gyros circumflexus. Æ 2. *Guſſeme* n. 5.) *Harduin*. Oper. p. 830. ſed p. 50. male Alexandro Seuero tribuitur.) *Patin*. l. c.) *Vaill*. Gr.

ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Dionyſopolitarum*. v. *Dionyſopolis* Phrygiae et Thraciae.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, *Dionyſus* ſic Bacchus, ex Ioue et Semele Thebarum regis filia natus; cum autem mater arſiſſet, ex igne ſurreptus, Iouis patris femori adſutus eſt, qui matris munere functus, partus tempore in Nyſam Arabiae vrbem nymphis Nyſaeis educandum dimiſit; atque inde ex Ioue et Nyſa, id eſt, a Διὸς καὶ Νύσα, vocatus *Dionyſus* vel *Dionyſius*. Multae ſunt aliae de voce Dionyſi interpretationes. — De ſignificatu vocis Διονύσυ Conf. *Galland*. Diction. v. Διόνυσος.) Luſtratio deor. Graecor. et Latinor. in Vnſchuld. Nachrichten 1708. p. 65.) *Io Hoffmann*. diſſ. de deorum gentilium origine, qui vero id Bacchi cognomentum non ex Διὸς et ὕδος, ſed ex Arabica voce deriuat.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ ΤΙΑΝΩΝ, *Dionyſus Conditor Tianorum*. Bacchus ſt. d. cantharum, ſ. thyrſum. Tiani in Bithyniae et Paphlagoniae confinio conſtituuntur. Æ. 2. M. Aurelii. — Vrbem *Mela* L. 1. c. 19. a Mileſiis conditam narrat; *Stephanus* a Tio ſacerdote genere Mileſio refert ex Philone, forſan erat ille Bacchi ſacerdos. Bacchum enim Tiani ſaepe in numis percutiunt.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΝΥΣΑΕΩΝ, *Dionyſus Nyſaeorum*. Bacchus ornatu muliebri ſtans, d. racemum, *al*. poculum, ſ. thyrſum, pro pedibus tigris. Æ 3. Hadriani. *Vaill*. Num. Imp. Gr. p. 35. 262. — *Ead. epigr*. eademque numi forma Sabinae, ſed Bacchus d. poculum. *Vaill*. ib 38.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ ΝΙΚΑΕΟΥ vel ΝΙΚΑΙΕΩΝ, *Dionyſi Conditoris Nicaeenſis*, vel *Nicaeenſium* Bithyniae. Sic Bacchus in numis Nicaeenſium et in Impp. Graecis ſaepe inſcribitur.

ΔΙΟΝΥϹΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ, *Bacchi Seruatoris Maronitarum* Thraciae, vbi Bacchus ſt. capite imberbi cum cornu taurino et corona e pampino, qui inde a *Tibull.* L. IV. el. 2. dictus *Maronius*, depictus in *William Stukeley* Palaeographia ſacra. Numb. I. p. 63.) *Golz.* Graec. Tb. 26. 1. p. 144. — *Al.* Bacchus pariter coronato capite.)(Idem deus nudus ſtans, d. botrum, ſ. thyrſum cum pelle quadam, addita eadem inſcriptione. Æ. Maronitarum. *Golz.* ib. fg. 2. p. 145.

ΔΙΟΝΥϹΟΥ ſeu *Bacchi* cognomen Antiochus VI. vel XII. Syriae rex a Damaſcenis, qui Bacchum, Dionyſum dictum, ſummo venerabantur cultu, atque Antiochum viſibilem nominarunt Bacchum, quaſi Dionyſus illis in praeſenti ſuarum rerum aeſtu Deus adparuiſſet, vnde in eius numis: ΑΝΤΙΟΧ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ, vel ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, *Regis Antiochi Illuſtris Bacchi* et ipſius Bacchi effigies occurrit. Antiocho VI. vel XII. tribui debeat? cf. *Spanh.* Pr. I. p. 433.) *Froelich.* Ann. Syr. Tb. 12. fg 19.) *Liebe* Goth. Num. 119. 120. — Etiam Ptolemaeus Auletes, Mithradates, eiusque filius dicti ſunt Dionyſi; cernitur in numis hedera coronatum caput et thyrſus inſuper, *Spanh.* I. 4. 37. vid. *Antiochus.*

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, *Dionyſus* nomen a) Archontis Byzantiorum. ΕΠΙ ΑΡ. ΔΙΟΝΥϹΟΥ ΤΟ Β. *Sub Archonte Dionyſo Iterum.* n. Gordiani. *Vaill.* Gr. p. 330. — b) Praetoris Clazomeniorum. Ε. Μ. ΑΥΡ. ΔΙΟΝΥϹΟΥ, *Sub Marco Aurelio Dionyſo.* aer. 2. Valer. ſen. — *it.* Magnetum Sipyli ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΚΟΛΗΣΟΥ, *Dionyſus Coleſi* Fil. Æ 3. Augusti — it. Pergamenorum. ΕΠΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, *Sub Dionyſo.* n. Augusti: — c) Magiſtratus ſine titulo, forſan *ſcribae*, cum Stratonicenſes ſint Cariae. ΕΠΙ ΑΥΡ ΔΙΟΝΥϹΟΥ ϹΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ, *Sub Aurelio Dionyſo Stratonicenſium.* n. Caracallae.

Dionyſus cognominatus *Bacchus*; pariter cognomen Syriae regum Antiochorum; ita etiam dicti magiſtratus varii. vid. ΔΙΟΝΥϹΟϹ.

ΔΙΟΠΕΙΘΗΣ, *Diopeithes* magiſtratus nomen Erythrarum Ioniae. *Harduin.* Oper. p. 56.) *Liebe* Goth. Num. p. 171.) M. *Hunter.* p. 139.

Diophanes magiſtratus nomen, quod abruptum ΔΙΟΦΑΝ. legitur in moneta Coiorum; plenum autem ΔΙΟΦΑΝΟΥΣ in n. Neapolis Campaniae.

Diophantus pariter magiſtratus nomen apud *Morell.* Fam. p. 11. ΔΙΟΦΑΝΤ. ſub capite muliebri in Æ. Neapol. Campaniae apud *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. I. Tb. 26. fg. 22. — ΕΠΙ ΑΡΧ. ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΑΝΩ, *Sub Archonte Diophanto Cilbianorum Superiorum* Ioniae. Æ 3. Iul. Domnae. *Vaill.* Gr. ΑΡΧ. ΔΙΩΝΟϹ ΤΟΥ ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΜΥΝΔΙΩΝ, *Archonte Dione Diophanti* filio *Myndiorum* Cariae. Æ max. Sept. Seueri *Vaill.* ib.

ΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Diopolitarum* Aegypti. Hadrianus equo inſidens. n. Hadriani. *Harduin.* p. 51. v. *Dioſpolis* in Aegypto.

ΔΙΟΠΟΛΙ. Μ. L. ΙΑ. Διοπολιτῶν Μεγάλων, Λυκάβαντος ιά, *Diopolitarum Magnorum in Aegypto, Anno Vndecimo* ſcilicet principatus Hadriani, quo numus ille percuſſus eſt. Vir ſtans, d. demiſſa, ſ. animal quadrupes)(ΑΥΤ. ΚΑΙ ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙ. ϹΕΒ. *Imp. Caeſ. Traian. Hadrianus Aug.* Caput eius laur. Æ 3. Hadriani. Muſ. *Theup.* p. 876.) *Harduin.* Oper. p. 50. — *Al.* ſed ΔΙΟΠΟΛΙ. ΜΕ. L. ΙΑ. Imperator eques pacificatoris habitu, d. elata, ſ. habenas equi regit.)(*Eadem.* Æ 3. Hadriani.

driani. M. *Theup.* ib.) *Vaill.* Graec. p. 33. — *Ead. inſcr.* ſed Serapis ſtans, d. ceruum, ſ. haſtam puram. Æ 3. eiuſd. Hadriani. *Vaill.* ibid. vid. *Dioſpolis* Aegypti.

Diopolis ciuitas Emporienſibus vicina, quam murus diuidit, de qua *Strabo* L. XII.) *Golz.* Sicil. Vet. p. 323.

ΔΙΟΣ, *Iouis.* Huius caput laureat. et barbatum. Æ. Hipponenſium Bruttii. *Pellerin.* Vrb. T. I. p. 62. *et* Suppl. III. p. VII.) *Magnan.* Brutt. Numiſm. Tb. 51. fgg. 2. 7. — *it.* n. Locrorum.

— — ſed ante laur. et barb. Iouis caput ſtella eſt. Æ. 2. Claudii Imp. *Morell.* in Claudio Tb. 8. fg. 12. Tom. II. p. 38.) *Patin.* Impp. p. 103.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 79. fg. 3.

ΔΙΟΣ ΑΓΟΡΑΙΟΥ, *Iouis Forenſis,* arae ſacro igne accenſae inſcriptum, in cuius ambitu: ΝΕΙΚΑΙΕΙΣ ΠΡΩΤΟΙ ΤΗΣ ΕΠΑΡΧΕΙΑΣ, *Nicaeenſes Primi Prouinciae,* qui cum primatum prouinciae Bithyniae obtinuiſſent aram *Ioui Forenſi* erexerunt fumantem in numo atque encarpis ornatam. Ille autem Forenſis Iupiter Athenis quoque et Lacedaemone colebatur forenſium conuentuum ac iudiciorum praeſes, teſte *Pauſania;* immo Mercurius, Minerua ac Diana hoc nomine nuncupati leguntur. Exhibent numum Æ 2. 3. Domitiani cum eius capite laureato *Triſtan.* I. p. 334.) *Morell.* Theſ. Impp. II. Tb. 21. fg. 21. p. 483. *et* Tb. 26. fg. 26.) *Vaill.* Gr. p. 24. 293.) *Guſſeme* III. p. 64. V. p. 231. n. 11. 12.) *Harduin.* p. 346.

ΔΙΟΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΥ, *Iouis Liberatoris.* Fulmen alatum.)(ΣΩΤΕΙΡΑ. Caput muliebre, pone pharetra. Æ. Syracuſ. Muſ. *Hunter.* Tb. 54. fg. 9.) *Golz.* Sicil. Tb. 3. fgg. 3. 4. ſed ΖΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ, prout et legitur in M. *Theup.* p. 1296.

ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ, Διὸς Ἑλλανίου, *Iouis Hellanii,* ſiue *Graecanici,* aut *Graecorum,* ad Iouis imberbe caput in numis Syracuſarum apud *Golz.* Sicil. Vet. Tb. 3. fgg. 1. 2.) *Paruta* Sic. Tb. 58. fgg. 8. 9. Tb. 59. fg. 11. 12. *et* inter numos Agathoclis Tb. 153. fg. 19.) *Dorvill.* Sicul. Tb. 8. fgg. 3. 5. 6.) *Torremuzza* Sicil. Vet. Num. Tb. 82. fgg. 8. 9) *Guſſeme* VI. p. 264. n. 7. qui vero Tom. III. p. 64. male ΕΛΛΑΝΟΥ.) M. *Theup.* p. 1297. vbi epigraphe vertitur: *Iouis Patris.* — Apollinem autem, non Iouem, ex iuuenili facie, his expreſſum eſſe perperam firmare contendunt *Mirabella* Explic. Num. Syrac. p. 244. pariter ac *Burmann.* ad *Dorvill.* Sicul. p. 345 ſq. — In Muſeo *Hunter.* p. 299. 300. ſemper ſcribitur ΕΛΛΗΝΙΟΥ. Sic enim *ibid.* n. 148 ad 158. ΔΙΟΣ ΕΛΛΗΝΙΟΥ. Caput imberbe laureatum ad d. *al.* pone ſcutum haſtae adfixum. *al.* pone fulmen. vid. *Syracuſa.*

ΔΙΟΣ ΙΔΑΙΟΥ. *Iouis Idaei.* Aquila Iouis ſtans expanſis alis, volanti ſimilis; *al.* fulmini inſiſtit. Æ 2. Titi. *Morell.* in Tito Tb. 14. fg. 1. Tom. II. p. 390. — *it.* Æ 2. Domitiani, in cuius antica; ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΕΤ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput eius laur. *Morell.* in Domitiano Tb. 20. fg. 20. Tom. II. p. 478.) *Cimel. Vind.* I. Tb. 19. fg. 4. p. 112. ſed in antica parte: ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ tantum.) *Eckhel.* Cat. Muſ. I. p. 124.) *Harduin.* Oper. p. 70. 737.) Muſ. *Theup.* p. 857.) *Triſtan.* I. p. 336. n. 9. ſed cum mutila epigraphe hac: ΔΗΜΑΡΧ. — *Idaeus* in Creta mons ex *Plin.* L. IV. c. 20. a quo cognominatus Iupiter, quem in eo genitum ferunt, inde valde gloriati ſunt Cretenſes, de qua re *Spanhem.* in *Callimach.* Hymn. in Iouem vſ. 4. p. 5. ſq.

ΔΙΟϹ ΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ ΚΥΡΡΗϹΤΩΝ, *Iouis Fulminatoris Cyrrheſtarum* in Syria. Iupiter ſedens, d. fulmen, ſ. haſtam, ad pedes aquila. Æ 2. Antonini Pii, M Aurelii, L. Veri, Commodi. *Vaill.* Graec p. 28. 43. 53. 64. 70. 294.) *Patin.* Impp. p. 226.) Muſ. *Theup.* p. 888. 900. 915. 921. vbi in M. Aurelio p. 900. ΚΑΤΕΒΑΤ. ſcriptum, et mendoſe ΣΑΤΕΒΑΤ. in Commodo p. 921.) *Guſſeme* II. p. 423. qui vero ſemper ΚΑΤΕΒΑΤΟΥ ſcribit. vid. *Cyrrhus.* — *Ead. epigr.* ſed Iupiter cum fulmine, haſta et aquila, in templo ſex columnarum. Æ 2. Caracallae. *Vaill.* Gr.) M. *Theup.* p. 966 at inſcriptione manca. — *it.* Philippi Sen. *Vaill.* ib — *it.* Philippi Iun. *Vaill.* ib) M. *Theup.* 1069. ſed ΚΑΤΕΒΑΤΟΥ. — *Idem typus* in templo tetraſtylo. Æ 1. Philippi Sen. *Vaill.* 103.) M. *Theup.* 1062. iterum ΚΑΤΕΒΑΤΟΥ. — *it.* Æ 1. Phil. Iun. *Vaill.* p. 162. 166. Conf. *Petr. Burmanni* Ζεὺς Καταιβάτης, ſiue *Iupiter Fulgurator* in Cyrrheſtarum numis, quae commentatio adiecta eſt eiuſd. diſſ. de vectigalibus pop. Romani. Traiecti Bat. 1700. *it.* Leidae 1734. 4.

ΔΙΟϹ ΝΙΚΗ. *Iouis Victoria.* Fulmen.)(Aliud fulmen. Ad Triacalam Siciliae vrbem refertur numus a *Paruta* Sicil. Vet. quem repetit *Guſſeme* III. p. 64 et VI. p. 436.

ΔΙΟΣ ΟΛΥΜ. vel ΟΛΥΜΠΙΟΥ, *Iouis Olympii.* Caput barbatum laureatum. Æ 2. Neronis ab Alex. Aegypti. Muſ. *Theup.* p. 1102.

ΔΙΟϹ ΤΑΡϹΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ, *Iouis Tarſenſium Metropoleos.* Ipſe ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, pro pedibus aquila. Æ 1. Hadriani. *Vaill.* Graec. p. 36. 295.) *Guſſeme* VI. p. 287. n. 7. Iupiter ille per excellentiam *Iupiter Tarſenſium* Ciliciae campeſtris metropoleos, vbi ſummo colebatur honore, dicitur, cuius templum decem columnarum apud *Triſtan.* II. p. 257. viſitur, in cuius fronte aquila ipſius ſymbolum.

Dioſcuri, Caſtor et Pollux, Διόσκουροι, fratres, Iouis et Leda ſub cygni forma compreſſa filii, vt adoleuerunt, mare piratis liberarunt, et ob id dii maris habiti ſunt, quos in tempeſtate nautae ſolent implorare. Tandem cum Caſtor diem ſuum obiiſſet, Pollux, qui erat immortalis, fratris deſiderio a Ioue petiiſſe fertur, vt immortalitatem ſuam cum fratre poſſet partiri; quare alterni mori traduntur et reuiuiſcere; quod ideo fingitur, quia horum ſtellae, quae geminorum ſigna dicuntur, ita ſe habent, vt occidente vna, oriatur altera. Duo pilei, aſtris ornati, nota et familiaria in numis ſymbola, Dioſcuros innuunt. — Omnes fere vrbes maritimae eos venerabantur, quod hi, prout credidit antiquitas, ventos et aequora placarent; inter illas Tripolis, Phoeniciae vrbs littoralis, haec numina praecipue vt deos ſeruatores coluit et in numis ſeu Caſtoris et Pollucis capita, ſeu illorum pileos, aſtris ornatos, ſignare ſolita, iis pro ſymbolo etiam ſemper vſa eſt in numis Imperatorum Romanorum cum epigraphe ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, vt in Elagabali eiuſque matris Soaemiadis numis Caſtor et Pollux ſtantes haſtati, vt ſolent depingi, obſeruantur. — Idem Dioſcurorum cultus *Neapoli* Italiae, vtpote in vrbe maritima, plurimum vigebat. Collapſum eorum templum inſcriptioneſque hodiedum ibi viſuntur.

Caſtor nimirum et *Pollux* ab ethnicis dii nauigationi ſalutares habiti, et in Graecia magni dii vocati ſunt. Ex quo factum eſt, vt nautae tempeſtates effugere cupientes in nauibus pro inſigni Διοσκόρους, Caſtorem et Pollucem ponerent, quemadmodum ex naui Alexandrina, qua Paulus Romam vectus eſt, liquet Actor. Apoſt. c. 28. Conf.

Io.

Io. Alberti Obſ. ſacr. p. 388. — Ab *Horatio* lucida ſidera dicti in nummis plerumque a ſtellis, ſupra eos micantibus, agnoſcuntur. — Alter equorum domitor, alter celebris pugil, qui Circenſibus ſecundum *Iſidorum* praeerant, indicant *Aediles*.

Cum ſcriptores numarios celebres adieris, varie nihilominus *Dioſcuros* repraeſentatos intueberis. Apud *Patinum* Impp. p. 149. in Traiani Æ 2 Tripolitanorum Phoeniciae exhibentur capitibus iugatis et laureatis, abſque pileis et ſtellis. Exactius vero comparent apud *Froelich*. Annal. Syr. Tb. 5. fg. 5. in aere Magno Seleuci III. Ceràuni Syriae regis, aeque capitibus iugatis et laureatis, praeterea tamen pileatis pariter ac ſtellatis. Vnus duntaxat eorum cernitur apud *Patin*. Impp. p. 252. in Geta Æ 2. ſtans cum haſta et equo, ſuperſcripto nomine CASTOR. vid. CASTOR. — Iterum vero exhibuit is p. 413. in Indice nummum Fauſtinae Senioris ab Aſcalonitis cuſum, vbi ambo ſtant, militariter veſtiti cum haſtis ac parazoniis, capitibus nudis, quibus tamen ſtellae imminent, luna intermedia. Apud *Montfaucon*. Tom. I. Part. II. Tb. 194. plures pinguntur nummi conſulares, vbi Caſtor et Pollux nudi ſimul adſtant cum haſtis, iam pileati et ſtellati; iam galeati; iam cum, iam ſine equis. In quodam ibidem denario Caii Cenſorini curſitat equus liber ac deſuper pinguntur duo pilei ſtellati Diſcurorum. In *Liebii* Goth. Num. p. 168. in Berytenſium Æ 2. iſti conſimiliter deſignantur per ſolos pileos erecto tridenti, cui delphin implexus, hinc et inde adpoſitos. Cuiuſmodi mero ſymbolo ſuo, vel cum, vel ſine ſtellis perſaepe in regum Syriae itemque maritimarum vrbium nummis indicantur. Plura de Dioſcuris leguntur apud *Spanhem*. Pr. I. p. 475. et Not. ad *Callimach*. p. 556.

Dioſcuri barbati in n. Atilii Calatini. *Morell*. Conſular. Num. p. 516.

— palmas tenentes. *Morell*. Fam. p. 412.

— cum ſilphio in n. Cyrenaicis, quia iidem crediti ſalutares ſtellae. *Spanhem*. Pr. I. p. 295.

— gradientes ſcutis inſtructi, quorum prior ſ. haſtam, pilo deorſum verſo intentans. Æ max. M. Aurelii nomine vrbis extrito, editus in *Cimel. Vindob*. II. Tb. 42. fg. 2. p. 10.

— ſtantes nudi cum haſtis n. Temenothyrarum Lydiae.

— ſtantes nudi ac galeati, alter d. alter ſ. haſtam gerit. n. Sulpiciae g.

— — cum haſtis. n. Impp. Traiani et Hadriani ab Aegyptiis.

— nudi ſtantes, ambo d. elata ſpiculum, ſ. clipeum, hinc inde ſtella. Æ max. Phocaeae. Muſ. *Piſan*. I. Tb. 51. n. 1. p. 145.

— paludati ſtantes, aſtris ſuper capita inſigniti, vterque haſtam. n. Sagalaſſi.

— ſtantes cum haſta et parazonio, intermedio Serapidis capite. — *al*. in quorum medio ſtat Serapis, quem horum vnus coronat. — *al*. lunula intermedia. n. Alexandriae Aegypti.

— — ſed Aſtarte in medio, ſtantes in templo quatuor columnarum. n. Orthoſiae. — ſed Aſtarte intermedia pede dextro ſuper proram nauis. n. Tripolis Phoeniciae.

— ſtantes ad aram in templo tetraſtylo, ſed deeſt Aſtarte. n. Tripol. Phoenic.

Dioſcuri

Dioſcuri ſtantes vterque dextra pateram, ſ. haſtam, hinc inde pileus. n. Tripolitar. Phoeniciae. — *al.* ſed abſque pileis. n. Lacedaemonis, Phocaeae, Sagalaſſi.

— ſtantes, vterque d. racemum, ſ. haſtam. n. Tripol. Phoeniciae.

— ſtantes, dextras iungunt. n. Lacedaemonis.

— ſtantes aſtris inſigniti, haſtam manu tenent, et eorum equi bibunt ad fontem, ob proelium ad lacum Rhegillenſem. n. Poſtumiae g.

— ſtantes cum haſtis, ad vtriusque latera equus, et ſtella ſuper eorum capita. n. Memmiae g.

— ex aduerſo ſtantes cum modio ſupra caput et pallio a tergo pendulo, ſinguli haſtae adnituntur, d. equum freno retinent. Æ. Maxentii. — *Al.* ſimilis, ſed cum ſtella ſupra ſingulorum capita. n. Eiuſd. — *Al.* ſed iidem Dioſcuri abſque ſtella, inter vtrumque lupa cum gemellis. AR. Æ eiuſd. Maxentii. vid. AETERNITAS AVG. N.

— aduerſi ſtantes, d. equum capiſtro retinent, ſ. haſtam. n. Amaſtrianorum Paphlagoniae.

— ſtantes cum haſtis, vterque capiſtro d. equum retinet, ſ. haſtam. n. Aeliae Capitolinae, Amaſtris, Cyzior, Laodiceae Cariae, Orthoſiae, Palti, Phocaeae, Sagalaſſi, Tripolis Phoeniciae; *it. Fam.* Memmiae, Poſtumiae.

— ſtantes pariter ſinguli ſingulos equos capiſtro retinent. n. Impp. Antonini Pii, Conſtantii Chlori, Maxentii. *Vaill.* Pr. I. 279. III. 126. 234. — ſed ara intermedia. Æ max. Fauſtinae Iun. a Cyzicenis. Muſ. *Piſan.* Tb. 24. n. 1. p. 68.

Dioſcuri haſtati in equis decurrentes et plerumque ſtellis ſupra pileos fulgentibus frequentius in poſtica denariorum familiarum conſpiciuntur. Rationem typi tradit *Hauercamp.* ad *Morell.* Theſ. Fam. p. 60. 196. 278. 404. et alibi. — In numis Lacedaemoniorum ſaepius adparent vna cum Hercule iidem Dioſcuri, aſtris inſigniti, a *Callimacho* Λακεδαιμόνιοι ἀστέρες dicti Conf. Geſchichte der Koenigl. Wiſſenſchaften zu Paris T. I. p. 266 ſq.

— — aſtris inſigniti, decurrentes cum haſtis, ſolitum primorum denariorum argenteorum ſymbolum in parte auerſa, ob eorum in pugna ad lacum Rhegillenſem pro Romanis contra Latinos adparitione, quem typum ſolebant adponere, qui origine Latini, quod foedus hac occaſione hi cum Romanis pepigerunt. Qui typus vel denariorum ſollemnis eſt, vel fratrem concordiam denotat in numis familiarum Aeliae, Anniae, Anteſtiae, Atiliae, Cupienniae, Domitiae, Fuluiae, Itiae, Iuliae, Iuniae, Laeliae, Liuiae, Lucretiae, Maeniae, Manliae, Marciae, Minuciae, Muciae, Ogulniae, Opeimiae, Pinariae, Plautiae, Poſtumiae, Quinctiae, Scriboniae, Semproniae, Seruiliae, Sextiae, Sulpiciae, Terentiae, Tulliae, Valeriae, Veturiae, iniectarum.

— — ſed inferne 5. globuli. v. *Quincunx.*

— equitantes et haſtis armati. n. Lacedaemoniorum apud *Patin.* p. 203. — *it.* Macedoniae. *Vaill.* Gr. — *it.* Orthoſiae. *Vaill.* ib. — *it.* Tripolis Phoeniciae apud *Arigon.* Num. Vrb. et Pop. Tb. 22. n. 219.) *Froelich.* Tb. 5. fg. 37. — Tyndaridis Siciliae apud *Parutam* fg. 3.) *Dorvil.* Sicul. Tb. 13. fg. 4.) *Torremuzzam* Tb. 92. fg. 9. — Pariter in egregio Eucratidis Bactrianae regis numo apud *Peller.*, Num. Reg. Tb. 15. n. 2.

n. 2. — *it.* in pulcerrimo Antiochi VI. Syriae regis numo apud *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 11. et *Hauercamp.* Hiſt. Vniu. Tom. III. Tb. 45. n. 3.

Dioſcuri ſed ſine haſtis, manu d. extenſa, cum ſtellis in vtriusque pileo. n. Syracuſae. *Beger.* Th. Br. I. p. 388.) *Paruta* Sicil. Vet. Num. Tb. 72. fgg. 147. 154.

— — ſed cum haſtis inuerſis in partes aduerſas abeuntes ac reſpicientes. n. Fam. Herenniae, Papiae, Seruiliae, Valeriae apud *Morell. Vaillant. Vrſin.* et alios. — Cur paſſim in numis exhibeantur auerſi Dioſcuri in diuerſa diſcedentes edocet nos *Hauercamp.* ad *Morell.* Theſ. Familiar. p. 387. 567.

Dioſcurorum capita denotantur ſtellis geminis, quibus ſupra pileos ornati ſunt, quod inter aſtra ex fabula relati a nauigantibus coluntur, ob felix nempe augurium, ſi ſtellae eorum adparerent.

— — iugata cum pileis et aſtris in denariis Familiar. Rom. Cordiae, Fonteiae, Sulpiciae apud *Morell.* Th. Fam. p. 112. 528. 578.

— — pariter exhibentur in numis aliiſue monumentis, pileis ornata, eminentibus aſtris. Sic in n. Antiochiae in Ptolemaide. *Vaill.* Gr. — Cibyrae in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 14. fg. 6. — Lacedaemonis Laconiae. *Vaill.* — Locrorum Bruttii apud *Magnan.*) *Golz.* Tb. 27. fg. 1.) *Beger.* Th. Br. I. p. 336. — Metaponti Lucaniae apud *Magnan.* in Lucania. — Panormi Siciliae apud *Parutam.* n. 74. 95. 96 — Thaſi inſulae apud *Haym.* Tb. Br. II. p. 107. — Tripolis Phoeniciae apud *Vaill.*

— — iugata laureata. n. Rhegii Bruttiorum apud *Magnan.* — Tripolis Phoeniciae apud *Vaill.*

— — Seleuci III. Syriae regis apud *Hauercamp.*) *Vaill.* I. Tb. 29. fg. 2.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 5. fg. 5.

Dioſcurorum capita iugata cum ſtellis. n. M. Aurelii apud *Patin.* Impp. p. 244.

Solius Caſtoris caput longo pileo tectum cum aſtro in n. Beryti, cuius typus repraeſentatur in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 6.

Galeae adduntur hi pilei in Tryphonis Syriae regis numo, vnde a Tripolitanis cuſum exiſtimauit *Beger.* Th. Br. III. p. 22. — Et ita fere ſemper in omnibus, qui pileos tantum, ſine capitibus Dioſcurorum exhibent, vt in n. Tabenorum qui editus in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 29. — pariter Antiochi X. Euſebis. Muſ. *Pembr.* II. Tb. 63. fg. 4.) *Haym.* Th. Br. I. p. 97.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 15. fg. 2. — Antiochi VII. Euergetae. *Liebe.* Goth. Num. p. 114. Similes Antiochi numos *Wildianos* edidit *Hemſterh.* ad *Luciani* Dialog. p. 97. *Et* ſic in aliis frequenter obſeruatur.

Dioſcurorum pilei ſuperpoſitis ſtellis perpetua ſunt maritimarum vrbium ſympola in numis antiquis, vnde ab illis etiam plurimae nomen adeptae ſunt eaſque inter haec Tyndaris Siciliae, aliaeque, vt obſeruat *Wilde* Num. Sel. p. 50. 59. et de Tripolitanis *Noriſius* Epoch. Syro Maced. diſſ. 2. p. 99. quo refer Dioſcuridos numum aereum apud *Haym.* Th. Brit. I. Tb. 23. fg. 8. p. 240.) in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 8. fg. 12.

— — duo, ſtellis inſigniti. n. Catanae apud *Parutam.* Tb. 28. fg. 11.) in Muſ. *Hunter.* Tb. 16. *it.* Lacedaemonis; *pariter* Triphonis Syriae regis.

— — pro pedibus Iouis. n. Antiochiae Syriae.

Dio-

Dioſcurorum pilei ad latus tridentis cum delphino. n. Beryti. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 13. fg. 5.

— — pone flexus Maeandri. — *Al.* Aquila alis expanſis inſidens operi in Maeandri ſpeciem ſinuato, hinc et inde Dioſcurorum pileus. n. Apameae Phrygiae.

— — aquila volante intermedia n. Mamerti Bruttiae. *Magnan.* Brutt. Numiſm. Tb. 10. fg. 3.

— — aquila fulmini inſiſtente intermedia. n. Tomorum Moeſiae inferioris.

— — cornucopiae intermedio. n. Adramytii Myſiae. *Eckhel.* Cat. I. Tb. 2. fg. 17.

— — diota intermedia. n. Lacedaemonis Laconiae. M. *Hunter.* p. 163.) *Peller.* Tb. 19. fgg. 1. 2.

— — erecta face intermedia. n. Hephaeſtiae in Lemno inſula. M. *Hunter.* p. 149.) *Peller.* Tb. 102. fg. 2

— — infra nauis. n. Leucadis Acarnaniae.

— — ſuper proram nauis. n. Tripolis Phoeniciae.

— — in hiſce numis ad rem ſpectant naualem, quod conſpectus Dioſcurorum faueat nauigantibus iuxta *Horat.* L. I. od. 3. vid. *Pilei.* — De quibus Dioſcurorum inſignibus operoſe commentatus eſt *Hemſterh.* ad *Lucian.* Dial. Tom. I. p. 281 ſq.

Dioſcurorum pileus ſuper equum gradientem. Æ. Epicteti Phrygiae. M. *Hunter.* Tb. 26. fg. 11. p. 137.

Dioſcurorum ſtellae duae n. Gabalae. — face intermedia ſtante. n. Hephaeſtiae. *Peller.* Tb. 102.

— Eorum ſcilicet ſidera coniuncta nautis periclitantibus ſalutem adferre credebantur.

Dioſcurias in Colchide, de qua *Pompon. Mela* L. I. c. 19. „In Heniochorum finibus, *Dioſcurias* a Caſtore et Polluce Pontum cum Iaſone ingreſſis condita eſt. *Ptolemaeus*, *Arrianus* et *Stephanus* nominatam tardius *Sebaſtopolim* volunt; negat *Plinius* L. VI. c. 4. 5. eadem oppida diſcernens, additque, Dioſcuriadem Colchorum vrbem ad Antemuntem fluuium adeo fuiſſe celebrem, vt Timoſthenes memoriae prodiderit, trecentas ibi diuerſi idiomatis nationes inueniri, et a noſtris commercium exerceri per centum triginta interpretes; ſubiungit vero *Plinius* eam ſua aetate deſertam fundatores habuiſſe, ex aliquorum ſententia, Amphitum et Telchium, Caſtoris et Pollucis aurigas, a quibus immanis ipſa Heniochorum gens originem ducit. *Nonn.* ad *Golz.* Graec. Vet. p. 297. *Plinii* commentator Amphiſtratum pro Amphito legendum eſſe confirmat. — *Ammian. Marcell.* L. XXIII. c. 15. eam vrbem a Spartanis aedificatam ſuis etiam temporibus floruiſſe dicit. — *Appianus Alexandrinus* Bell. Mith. Mithradatem a Pompeio victum Dioſcuriadem fugiſſe ſcribit, quam in memoriam itineris Caſtoris et Pollucis cum argonautis aedificatam cenſet ex ipſa Colchorum ſententia.

Pilei cum ſtellis ſignati in numo aereo, quem vulgauere *Haym,* Th. Br. I. Tb. 23. fg. 8. p. 240. 241. et Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 8. fg. 12. eorum ſtabiliunt opinionem, qui Dioſcuriadem a geminis Ledae filiis conditam volunt.)(ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑΔΟ. Meta, quae ludos denotat Circenſes, quos in honorem Dioſcurorum inſtitutos fuiſſe teſtatur *Hildebrandus* vocabulo *Meta*, quare eos Dioſcuriade etiam celebratos eſſe perquam eſt probabile. Apud *Guſſemium* III. p. 65. fax pro meta ſub-

ſubſtituitur. — Fabrica antiquiſſimum numum prodens, et *Plinius* eam vrbem ſua aetate dirutam adfirmans, monetam hanc ante tempora Mithradatum Ponti cuſam fuiſſe perſuadent. — In alio aereo numo hinc caput barbatum diadematum.)(ΤΥΕ.... ΔΙΟΣΚΟΥ.... Tridens. *Geſner*. Tb. 18. n. 32.) *Muſell*. Suppl. Vrb. Tb. 3. fg. 8.) *Guſſeme* III. p. 65. n. 2. cui Iouis caput diadematum videtur, et in)(Π. ΕΠ. ΔΙΟΣΚΟΥ. cum tridente.

ΔΙΟϹΕΙΕΡΕΙΤΩΝ (*ſic*) *Dioſhieritarum* Lydiae in *Eckhel*. Cat. Muſ. Caeſ. I. Tb. 4. n. 3. p. 192.

ΔΙΟϹΕΡΕΙΤΩΝ (*ſic*) *Dioſberitarum*. n. Traiani. *Vaill*. Gr. p. 27.

Dioſberis Lydiae, vel *Dioſhieron*, Iouis fanum, vt apud *Stephanum*: Διὸς Ἱερὸν, πολίχνιον Ἰωνίας, μεταξὺ Λεβέδου καὶ κολοφῶνος, τὸ ἐθνικὸν Διοσιερίτης. Ioniae populi, ſunt *Stephano* ac *Holſten*. p. 100. At *Eckhelius* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 192. cum *Ptolemaeo* aliiſue ad Lydiam referunt Dioſhieritas, prout apud *Plin*. L. V. c. 21. — *Spanhem*. Pr. diſſ. 9. p. 906. carpit *Stephani* ethnicographiam, et pro ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ reponit ΔΙΟϹΕΡΙΤΩΝ, fruſtra reclamantibus numis plurimis. Nam legitur

A) in *Autonomis*: 1. ЄΠΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΔΙΟϹΙЄΡΙΤΩΝ, *Sub Apollonio Dioſhieritarum*. Caput nudum iuuenile cum ſigno incuſo.)(ΚΑΥϹΤΡΟϹ, *Cayſtrus*. Ipſe fluuius decumbens, d. arundinem, ſ. vrnae innixa. Æ. Muſ. *Pembrok*. II. Tb. 8. fg. 9.) *Guſſeme* III. p. 65. n. 1. — 2. ЄΠΙ ϹЄΡΥЄΙΝΙΟΥ, *Sub Seruinio*. Caput virile barbatum cum ſigno incuſo.)(ΔΙΟϹΙЄΡЄΙΤΩΝ. Aquila ſtans alis expanſis. Æ. M. *Pembrok*. ib. fg. 10.) *Guſſeme* ib. n. 2. — 3. ΔΗΜΟϹ. *Populus*. Caput Iouis barbatum et laureatum.)(ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ. Aeſculapius ſtans, d. baculum, cui ſerpens inuolutus. *Guſſ*. ib. n. 3.) *Harduin*. Oper. p. 51.

B) in *Imperialibus* pariter, prout in n.

a) *Auguſti*. 4. ΔΙΟϹΙΕΡΙΤΩΝ. Senex togatus ſtans, d. pateram. Æ 3. *Guſſ*. ib. n. 4.) *Hard* ib. — 5. *Al*. ſimilis, ſed ſcriptum ΔΙΟΕΡΙΤΩΝ. Æ 3. *Vaill*. Gr. Impp. p. 3.) *Hard*. ib.

b) *Traiani*. 6. ΔΙΟϹΕΡΕΙΤΩΝ (*ſic*) Imperator in equo decurrens. Æ 2. *Vaill*. Gr. p. 27.) *Guſſ*. ib. n. 5.

c) *Iuliae Domnae*. 7. ΔΙΟϹΙΕΡΙΤΩΝ. Iupiter nudus ſtans, d. pateram. Æ 2. *Vaill*. Gr. p. 91.) *Guſſ*. ib. n. 6.) *Hard*. ib.

d) *Caracallae*. 8. ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ. Aeſculapius et Hygia ſtantes. *Harduin*. ib.) *Spon*. Itiner. Athen. — 9. ΕΠΙ ϹΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ, *Sub Praetore M. Aurelio Apollonide Dioſhieritarum*. Aeſculapius et Hygia ſtantes cum attributis. Æ 1. *Vaill*. Gr.) *Guſſ*. ib n. 7. — 10. ΑΥ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕ. *Imp. M. Aurel. Antoninus Aug*. Huius caput laureatum cum chlamyde ad pectus.)(ΕΠΙ ΤΕΡΤΥΛΛΕΙΝΟΥ ΑϹΚΛΗΠΙΑΔΟΥ... ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ. *Sub Tertulliano Aſclepiadis* filio. Templum tetraſtylum, in quo Deus quidam ſeminudus ſedet, forte Iupiter, velut vrbis praeſes, haſtam puram gerens. Æ max. Muſ. *Alb*. I. Tb. 58. fg. 2. p. 117. 118.

e) *Getae*. 11. ΔΙΟϹΙΕΡΙΤΩΝ. Aeſculapius ſtans cum baculo, cui ſerpens inuoluitur. Æ 3. *Vaill*. Gr.) *Guſſeme* ib. n. 8.) *Harduin*. p. 51. qui ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ. — 12. ΔΙΟϹΙΕΡΙΤΩΝ. Hygia ſtans cum patera, in qua ſerpentem paſcit. Æ 3. *Vaill*. ib.) *Guſſ*. ib. —

f) *Elagabali*. 13. ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ. Aeſculapius ſtans cum baculo

lo ſolito. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Guſſ.* III. p. 66. n. 9.) *Harduin.* ib.

g) *Alexandri Seueri.* 14. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. Caput laureatum.)(ΕΠΙ CΤΡΑ. Μ... ΡΑ. CΑΤΟΡΝΕΙΝΟΥ ΔΙΟCΕΙΒΡΕΙΤΩΝ, (*ſic*) Iupiter ſedens in templo quatuor columnarum, d. pateram, ſ. haſtam. Æ I. editus in *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. Tb. 4. fg. 3. p. 192.) *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 103, n. 75. qui vero ΕΠΙ CΤΡΑ. Μ. ΦΛΑ. CΑΤΟΡΝΕΙΝΟΥ ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ. *Sub Praetore Marco Flauio Saturnino, Dioſhieritarum.* Templum et Idolum Iouis eſſe, cuius figuram numus exhibet, nullus dubito, cum ipſum vrbis nomen Διὸς ἱερὸν, *Iouis templum,* ſignificet. Dioſhieritas habuere praetores, quod praeſens pariter ac alii eorum numi nos docent.

ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ vel vt in Caracalla ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ, ſiue in aliis ΔΙΟCΙΕΚΙΤΩΝ, *Dioſhieritarum.* vid. *Dioſheris* aut *Dioſhieron.*

ΔΙΟΣΙΟ. magiſtratus n. Athen. M. *Hunter.* Tb. 8. n. 13.

ΔΙΟCΚΟΡΙΔΗC, *Dioſcorides* nomen ſcribae Magnetum. ΕΠΙ ΔΙΟCΚΟΡΙΔΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Dioſcoride* Æ 2. Antonini Pii. *Vaill.* Gr. p. 45.

ΔΙΟΣΚΟΥ... *al.* ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑΔΟ. vid. *Dioſcurias* Colchorum.

ΔΙΟΣΚΟΥΡ. vel Διοσκυρίδυ, *Dioſcuridis* magiſtratus; vel Διοσκύρων, *Dioſcurorum* vocabulum. n. Pyli Meſſeniae.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΩΝ, *Dioſcurides* ſcriba *Laodicenſium.* Æ 3. Domitiae. — ΕΠΙ ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ ΓΡΑΤΟΥ. ΜΗΤΡ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Dioſcuride Grato, Metropoleos Magneſiorum.* Æ max. Antonini Pii. Muſ. *Alb.* I. Tb. 26. fg. 3. p. 52. — ΕΠΙ ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Eiuſd. *Spanh.* Pr. II. 627.) *Vaill.* Gr. p. 45. 427.

ΔΙΟΣΧΟΥΡ. loco ΔΙΟΣΚΟΥΡ. in Æ. Pyli Meſſeniae: ΕΠΙ ΔΙΟΣΧΟΥΡ. *Peller.* Tb. 18. fg. 12.) M. *Hunter.* 242.

Dioſpolis. Duae fuerunt huius nominis ciuitates, Palaeſtinae altera, oram Iudaicam occiduam verſus; altera in Aegypto, quam *Stephanus* et *Holſten.* p. 100. ab Oſiride conditam ait, et Thebaidi prouinciae ſeu praefecturae adſcribit; alii a Thebis Aegyptiis Ἑκατομπύλαις cum *Diodoro* minime diſtinqunt.

Dioſpolis in Aegypto, *Stephano* Διὸς πόλις ἡ μεγάλη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας Θηβαΐδος, ὁ πολίτης Διοσπολίτης. *Straboni* L. XVII. αἱ Θῆβαι, καλεῖται δὲ νῦν Διὸς πόλις, *Thebae,* nunc vero *Dioſpolis* vocatur. *Plinio* L. V. c. 9. „Celebratur *Dioſpolis Magna*, eadem *Thebe.* Etſi vero poſtea *Dioſpolis* vocata fuit, eaque *Magna* diſcriminis cauſa cognominata, quod *Plinius* l. c adiecit, et *Ptolemaeus* in Thebarum nomo: Μητρόπολις Διὸς πόλις μεγάλη, αἱ Θῆβαι, tamen vetus nomen non penitus fuit abolitum, quod pluribus docet *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 826. — A Perſis tempore ſequente diruta eſt iſta Aegypti ciuitas, quae et *Hecatompylos* quandoquo dicta fuit. — In numis Hadriani, quorum meminere *Harduin.* Oper. p. 50.) *Vaill.* Gr. Imp. p. 33.) Muſ. *Theup.* p. 876. legitur ΔΙΟΠΟΛΙ Μ. *al.* ΜΕ. Διοπολιτῶν Μεγάλων, *Diopolitarum Magnorum*, adiecto *anno* L. ΙΑ. *Vndecimo.* — In alio Hadriani ſcribitur ΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ apud *Hard.* p. 51. — *Guſſeme* III. p. 66. commemorat huius vrbis numos ſic:

a) *Hadriani.* I. ΔΙΟCΠΟΛΙ. L. ΙΑ. *Dioſpolitarum, Anno* 11. Imperator eques. — 2. *Al.* Serapis ſtans, d. ceruum, ſ. haſtam. Vterque

que numus apud *Vaill.* Gr. p. 33. ſcribitur ΔΙΟΠΟΛΙ. L. ΙΑ.

b) *Sabinae* 3. CABINA CEBACT. *Sabina Augusta.* Huius caput.)(ΔΙΟCΠΟΛΙΤΩΝ. ET. AK. *Anno* 21. Turris, vel pharus Alexandrina, deſuper ſtatua, hinc inde figura.

Eidem Aegypti vrbi contribuitur Ptolemaei XI. Auletis numus aureus, ob litteras ΔΙ. in ima numi parte occurrentes. Muſ. *Alb.* I. Tb. 1. fg. 3. p. 2.) *Vaill.* Reg. Ptolem. Hiſtor. p. 145. vbi ſimilis tetradrachmalis.

ΔΙΟCΠΟΛΙC, *Dioſpolis* ſeu Iouis vrbs Palaeſtinae verſus oram Iudaeae occiduam, nec a Ioppe ciuitate plurimum diſtans, quae prius *Lydda* dicebatur; ſed haec a Ceſtio Syriae praeſide ſub Nerone exuſta eſt. *Ioſeph.* Bell. Iud. c. 22. Deinde nouis ciuibus frequentata ſub Domitiano ex eius Epocha in A. V. C. 846. incidens, *Dioſpolis* ob beneficia ab ipſo principe accepta videtur nuncupata, quod hoc anno Iouis Capitolini templum reſtauraſſet, vt alia vrbs in hoc tractu dicta eſt in hanc memoriam Capitolias. *Epocham* dinumerauit Dioſpolis in Iuliae Domnae numis Æ 2. iuxta *Vaill.* Num. Imp. Gr. p. 91. 270.) *Guſſeme* III. p. 66.) *Harduin.* Oper. p. 51. 800. 801. *et* Chronol. Vet. Teſt. inſcriptis Λ. CEΠ. CEΟΥ. ΔΙΟCΠΟΛΙC ΕΡ. *Lucius Septimius Seuerus, Dioſpolis Anno* 105. vel V. C. 951. Vrbs nempe Seuero Imp. gratulans, ab vna parte Iuliae Domnae caput et ab altera Seueri nomen exhibet cum capite Serapidis, quem Dioſpolis ſummopere colebat. — *Ead. epigr.* adiecto ΡΘ. *Anno* 109. qui ex initii 846 computo reſpondet A. V. C. 955. Chr. 197. Ceres medio corpore, d. taedam. Vt in priore Seuerum exiſtimans ſuum Serapim, ſic in hoc numo Iuliam Domnam pro Cerere ſua venerans, vnde ingens frumenti abundantia ex am-

horum cultu in agris ſuis contingeret.

ΔΙΟCΠΟΛΙΤΩΝ, *Dioſpolitarum.* v. *Dioſpolis* Aegypti.

ΔΙΟΣΘΕΝΗΣ, *Dioſthenes* magiſtratus nomen Dyrrhachii Illyrici. *Golz.* Graec. Tb. 2. n. 2.

Diota, Gr. Διώτη, ex δὶ pro δὶς, *bis*, et οὖς, ὠτὸς, *auris*, vas vtrimque anſatum, teſte *Euſtathio* δύο ἔχων ὦτα, *duas habens aures*, vnde nomen. — Pythiorum ludorum erat praemium, ſeu aureum, ſeu argenteum.

Erat vaſorum figlinorum maximus apud veteres vſus in ſacris aeque, ac in profanis, vnde frequentes eorum officinae, cum primis apud inſulares. *Plinius* L. XXXV. c. 46. numerat octo in Italia, ſex aliis in terris; videtur autem de ſolis celebrioribus loqui, et ſui temporis. Idem quo loco varia et praeſtantiora vaſorum genera enumerat, expreſſe commendat Adriatica. „Adrianis firmitas. — Horum magnam vim in Iſſa fabricatam fuiſſe, vti iam ex eo veriſimile ſit, quod haec omnium Adriaticae orae inſularum primas tenuerit; ita certam fidem facit *Albert. Fortis* Viaggio in Dalmazia T. II. p. 165. quo teſte hodiedum antiqua ibidem vaſa eruuntur, ſimilia iis, quae vulgò Etruſca dicimus. Nil inde mirum, cur diotam in aere fingerent Adriatici moris monetarii.

Diotae Chiae in praecipua erant aeſtimatione, hinc in omnibus fere numis Chiis figulina eorum commendantur; et vinum quoque Chium notiſſimum eſt.

Diota in n. Andri inſulae, Athenarum Boeotiae, Corcyrae inſulae, Hiponii Bruttiorum. *Magnan.* Brutt. Num. Tb. 51. et *Peller.* Vrb. T. I. p. 62. *it.* Suppl. III. p. 7. —

Iſſae Adriatici maris inſulae. *Neumann.* Pop. Num. I. Tb. 5. fg. 12. p. 166. — Lamiae Theſſaliae, Leucadis Acarnaniae; Locridis, Naxi inſulae, Paeſti Lucaniae, Phari inſulae, *Neumann.* ib. Tb. 6. fg. 1. — Tei Ioniae, Thaſi inſulae, Valentiae Bruttiorum; *it;* Alexandri M. etc,

Diota iuxta palmae ramus. n. Antiochi VI. regis Syriae.

— pone caput muliebre. n. Neapolis Campaniae.

— intra quadratum. n. Thaſi inſulae ad Thraciam, quod Thaſium vinum multis celebrabatur laudibus. *Neumann.* ib. 4. fg. 8. p. 134.

— infra menſam. n. Athenarum.

— cui noctua inſiſtit. n. Athen.

— ſuper quam roſa. n. Boeotiae. — *Al.* folium hederae. n. Methynae Leſbi.

— deſuper claua. n. Thebarum Boeotiae.

— cui botrus imminet. n. Corcyrae. *Neumann.* ib. p. 193.

— ſupra chimaeram. n. Leucadior. Acarnaniae. *Neumann.* ib. Tb. 6. fg. 7.

— ſupra ceruum. n. Cauloniae Bruttiorum, apud *Magnan.* Brutt. Num.

— ſupra culmum ſpicae. n. Metaponti Lucaniae, apud *Magnan.* Lucania.

— cum Solis et Lunae aſtris. n. Rabiriae gentis a Chiis. *Morell.* Fam. p. 364.

— inter pileos Dioſcurorum intra coronam. n. Lacedaemonis Laconiae.

Diota in d. viri delphino inſidentis. n. Butunti Apuliae. *Eckhel.* Num. Vet. p. 30.

— in d. fauni genu flectentis. n. Thaſi. *Neumann.* Pop. Num. I. Tb. 4. fg. 8.

Ex *diota* vna in alteram effundit ſatyrus liquorem. n. Corcyrae inſulae.

Diotae duae. n. Lacedaemonis Laconiae.

DI PATRII. vid. DII PATRII.

Diphthongi iuxta antiquae ſcripturae veſtigia ſaepius omiſſae, e. c. o pro OT, ſicut in tot ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ, *Syracuſarum* numis, vario tempore cuſis. Similiter in ΣΕΛΙΝΟΝΤ..., *Selinuntiorum* itidem Siculorum moneta. Idque obſeruat *Spanhem.* Pr. II. p. 116. in numis Locrorum metropoleos ΟΠΟΝΤΙΩΝ, cum tamen eadem vrbs Ὀποῦς dicatur. vid. *Opus.* — *Selinus. Syracuſa.* — Contra Υ pro ΟΥ in nomine ΣΕΤΗΡΟΣ, *Seuerus*, ſaepius obſeruatur. — Diphtongi AE. EI. OE. OU vel OY crebro permutatae. v. *ſuis locis.*

Diploma immunitatum, vel charta inuoluta, modo in dextra, modo in laeua Imperatorum manu viſitur in numis ab vrbibus percuſſis.

Dipondium, vox hybrida ex δὶς pro δίς, *bis* et *pondo*, numus duorum aſſium libralium. vid. *Dupondius.*

ΔΙΡ notae numerales 114. praepoſitis ΕΤΟΥΣ, vel ΕΤ. litteris in n. Neronis Antiochiae Syriae ſignatis, *Annum* 114. indicant, qui eſt V. C. 818. Aeram enim Caeſaream, qua ſub Nerone vſa eſt Antiochia, ipſa in vrbe coepiſſe A. V. C. 705. autumno, et in circumiecta ſolum regione anno conſequente ex duobus Galbae et Othonis numis demonſtrauit *Belley* Mem.

de

de l'Acad. de bell. letr. T. XXX. p. 273.) *Cim. Vind.* I. p. 81.) *Kbell.* Suppl. p. 23.) M. *Hunt.* p. 30.

ΔΙΡ Flauiópolitarum *annus* 114. epochae ſuae, qui iunctus cum eius capite 827. incidit in annum V. C. 940. n. Commodi. *Vaill.* Gr. p. 290.

Diribitor a diribendo dictus, qui populo in comitiis tabellas diſtribuit, quarum cuſtos erat. *Oiſel.* Sel. Num. p. 549. vid. *Cancelli Comitiorum.* — Obuius in n. Siliae gentis P. NERVA in ſcripto apud *Vrſinum, Morellium* pariter ac *Vaillantium* Fam. II. p. 158. 423. it. *Spanhem.* Pr. II. p. 193.

Dis, Iouis et Neptuni frater, inferorum deus, quem et *Plutonem* a πλῦτος adpellamus, vtroque nomine a *diues* vel *diuitiis* deducto, quae ab inferis, hoc eſt, ex intimis terrae viſceribus eruuntur. — Caput *Ditis*, pone quod vncus, ſeu bidens in denariis Fam. Claudiae, Neriae, Noniae apud *Morell.* Th. Fam. p. 89. 118. 294. et *Vaill.* Fam. Claud. fg. 38 et Neriae fg. 1. conſpicitur, quod diuitiae e terra vnco extrahi videantur, vt impenſas ad bellum plane neceſſarias penes ſenatum Romani orbis arbitrum eſſe demonſtret vncus. *Hauercamp.* ad Theſ. *Morell.* Fam. p. 90. oſtendit, cur Ditis caput in numo ſignauerint Quaeſtores vrbani.

DIS AVSPICI. *Diis Auſpicibus* in Sept. Seueri numis tantum, quos Seuerus priuſquam in Aſiam properaret cudi curauit, cum Herculis et Bacchi typis; illam nempe vt tyrannorum domitorem, hunc vt Indiarum triumphatorem coluerunt veteres. Vtriuſque auſpiciis et Peſcennium Nigrum, et Parthorum regem, alioſque Nigro fauentes victurum ſe non dubitabat Seuerus, qui repraeſentatur promiſſa barba et in Herculis modum d. tenet clauam, ſ. exuuias leonis ferens; Bacchus vero iuuenis, qui per cantharum, pantheram et thyrſum innoteſcit. Seueri maiorem natu filium Caracallam exhibet, quorum fortitudine bellica veluti DIS AVSPICIbus omnia proſpere ceſſura ſignificabantur. *Mdb.* p. 269.) *Guſſeme* III. p. 66.

DIS AVSPICIBus TR. P. II. etc. Hercules nudus ſtans, d. clauam, ſ. leonis exuuias; ex adu. Bacchus d. cantharum, ſ. thyrſum, pro pedibus tigris. Æ 1. 2. Sept. Seueri. *Eckh.* Cat. II. p. 272.) *Mdb.* p. 269. — *Al.* ſimilis, ſed TR. P. III. COS. II. P. P. Æ 1. 2. Eiuſdem. *Vaill.* Pr. I. p. 112.

DIS AVSPICIBVS. Hercules et Bacchus ſtantes cum attributis. AV. AR. *Vaill.* Pr. II. p. 216.) *Mdb.* p. 268.

— — S. C. Æ 1. Sept. Seu. *Hard.* Oper. p. 796. ſed Iouem et Bacchum ſtantes indicat.

— — P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. Hercules et Bacchus ſtantes, ad Bacchi pedes panthera. Æ max. Sept. Seu. Muſ. *Alb.*) *Guſſ.* VI. p. 168. n. 37.) *Harduin.* p. 798.) *Mdb.* 270.) *Patin.* Impp. p. 278.) *Vaill.* Pr. III. p. 216.

DIS CVSTODIBVS. Femina ſtans ſtolata, d. temonem, globo impoſitum, ſ. cornucopiae. AR. Rrr. Pertinacis. *Eckhel.* Cat. II. p. 266.) *Guſſeme* III. p. 67. et V. p. 397. n. 4.) *Mdb.* p. 260.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 42. fg. 3. p. 211.) *Vaill.* Pr. II. p. 195. — *Al.* ſimilis, ſed Æ 1. *Vaill.* Pr. I. p. 104.) *Mdb.* p. 261. — Fortuna praecipuum inter *deos cuſtodes*, id eſt, genios locum apud antiquos habuit. Vnde *Fortuna aurea* colebatur in Imperatorum cubiculo et vna cum imperio tradebatur

batur ſucceſſori. *Capitolinus* de Antonino Pio: „Tertia die, cum ſe grauari videret, Marco Antonino rempublicam et filiam praeſentibus praefectis commendauit, *Fortunamque auream*, quae in cubiculo principum poni ſolebat, transferri ad eum iuſſit. Hanc deſignat *Ammian. Marcellin.* L. XXX. vbi recenſet omnia, quae Valentiniani obitum praeceſſerunt; „Nocte per quietem videbat coniugem ſuam ſedere paſſis capillis, amictu ſquallenti contectam, quam aeſtimari dabatur *Fortunam* eius eſſe cum tetro habitu diſceſſuram. Quemadmodum enim vnicuique homini ſuus genius, ſic etiam Fortuna ſua adſcribebatur. Huius *Cuſtodiae* Pertinax nouus Imperator ſe commendare videtur.

DIS GENITALIBVS. Ara quadrata, in qua ignis accenſus cernitur. ꝶ. Criſpinae. *Eckhel.* Cat. II. p. 266.) *Guſſeme* II. p. 392. n. 7. III. p. 67.) *Harduin.* Oper. p. 788.) *Mdb.* p. 259.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 42. fg. 4. p. 211.) M. *Theup.* p. 908.) *Triſtan.* I. p. 570.) *Vaill.* Pr. II. p. 192. — Aram Criſpina, Commodi Imp. vxor, *diis genitalibus* dedicare videtur pro liberis ſuſcipiendis, vel vt fecunditatem ab iis impetraret, vel vt foetum conceptum cuſtodiae et tutelae eorum commendaret. Dicti *genitales*, quibus debeantur omnis generationis primordia. Meminit eorum *Ennius*.

— — Mulier ſtans. n. Criſpinae. *Guſſeme* II. p. 397.

DIS GENITORIBVS. Cybele turrita, velata, in faciem proſpiciens, d. pateram ſupra aram extendit, ſ. templum ſuſtinet, pro pedibus adſtat puerulus, manibus elatis, globo inſiſtens. Æ 1, Rev. Pertinacis. *Guſſeme* III. p. 67. V. p. 397. n. 5.) *Vaill.* Pr. I. p. 105.

DIS NVTRITORIBVS legitur in n. Valeriani Caeſaris apud *Triſtan.* III. p. 118.

ΔΙC Aſcalonis Iudaea *annus* 214. vid. *Aſcalon.*

ΔΙC, *Bis.* ΔΙC ΚΥΜΑΙΩΝ, *Bis Cumaeorum.* vid. *Cumae.*

ΔΙC ΜЄΩ. loco ΝΕΩκόρων, ob ſubſtitutionem Μ pro Ν legitur in Alexandri Seueri numo Æ 3. a Nicomedienſibus percuſſo: ΝΙΚΟΜΗΔЄΩΝ ΔΙC ΜЄΩ. *Nicomedienſium Bis Neocororum.* *Froelich.* 4. Tent. p. 310. 378.

Alius ſimilis MEMORIAE DOMITILLAE. S. P. Q. R. inſcriptus, quem vero Domitianus in memoriam ſororis ſuae Domitillae, pariter vt Titus frater priorem, cudendum curauit, in cuius nempe.)(IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. OS. (lege COS. ex vitio ſculptoris tabulae) XV. CENS. TER. P (lege PERP. *Perpetuus*) P. P. in area numi S. C. Æ 1. *Morell.* ibid. fgg. 14. 15. ex *Torrentii Suetonio.*

DOMITIVS gentis Romanae nomen per T in lapidibus Capitolinis ſecus ac in iiſdem SVLPICIVS per C ſcriptum Inde DOMITIANVS in numis quoque cum T legitur, et vxor DOMITIA itidem in numis.

DOMITIVS vid. *Domitia* gens.

DOMITIVS *Domitianus* tyrannus, vt *Zoſimus* tradit, circa tempora Aureliani, cuius numum cum *Auguſti* titulo primum vulgauit *Triſtan.* Comm. Hiſt. III. p. 219. — *Gallando* viſus, ad tyrannos referendus, qui poſt Diocletiani tempora inſurrexerunt, et quidem nullo alio argumento, quam ex numorum fabrica. Conf. *Antoine Galland.* ſur les médailles de *Domitius Domitianus* etc. dans l'Hiſtoire de l'Academie des bell. lettr. Tom. I. p. 311 ſq. — Genus trahens a Domitiano ac Domitilla, iuxta quosdam auctores, quod tamen parum probabile videtur. Ope numorum adfirmamus cum *Patino*, et aliis e recentioribus, hunc Auguſtum fuiſſe, et imperium quidem plus quam annum vnum tenuiſſe.

Licet huius *Domitii Domitiani* numi aerei ſecundae tantum magnitudinis rari ſint, ex argento tamen rariſſimi, quos tradidere *Bandur.* II. p. 412. 413.) *Guſſeme* III. p. 91. 92.) *Harduin.* Oper. p. 464.) *Mdb.* p. 408.) *Patin.* Impp. p. 427.) M. *Theupol.* p. 291. 1190.) *Triſtan.* III. p. 118.) *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 57.) *Vaill.* Pr. I. p. 226.

In *antica* legitur parte; DOMITIVS DOMITIANVS. — IMP. C. L. DOMITIVS DOMITIAN. AVG. vel DOMITIANVS AVG. — IMP. CAES. L. DOMITIVS DOMITIANVS AVG. — ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. apud *Bimard.* l. c. et in Muſ. *Theup.* p. 1190.

In *poſtica*: GENIO POPVLI R. vel ROMANI, quae epigraphe cum typo genii tum primum in numis Imperatorum occurrit. — MEMORIA FELIX. Duae aquilae, ara intermedia.

Sunt, qui ob litteras ALE. quae in ima parte leguntur, hunc principem in Aegypto purpuram ſumſiſſe dicant, hosque numos *Alexandriae* cuſos indicare aiunt litteras.

Domitius Rufus, Aſiarcha *Sardianorum* in Æ max. Gallieni legitur: ΕΠΙ ΔΟΜ. ΡΟΥΦΟΥ ΑϹΙΑΡΧ. Muſ. *Alb.* II. Tb. 84. n. 3. p. 50.) *Band.* I. p. 269.) *Vaill.* Gr. p. 188.

DOMNA, vel Gr. ΔΟΜΝΑ, quae Seueri coniux, non vt *Oppiano* placuit per ſyncopen *Domina* dicta eſt. Male inde poſt eum alii quoque viri docti exiſtimauerunt, quaſi pro DOMINA poſitum eſſet Domnae vo-

vocabulum, et Latina illa vox ad Graecos tranſiiſſet. Eſt enim *Domna* proprium cognomen Syrae huius mulieris, et alibi circa illa tempora vſitatum. Plura de Domna ſeu Iulia Pia, eiuſque genuinis pariter ac vitioſis numis, quorum multi extra Romam videlicet in Oriente cuſi ſunt, vid. IVLIA DOMNA. — Ex lapide vetere in Muſ. *Alb.* II. p. 121. adducto, IVLIAE DOMIT*ian*AE AVG. nomen integra lectione DOMITIANA reſtituitur ab editore.

ΔΟΜΝΑΝ. *Domnam.* ΙΟΥΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ ΣΕΒ. vel ΣΕΒΑΣΤΗΝ, *Iuliam Domnam Auguſtam.*

DOMNO IΛV. IVVC (*ſic*) Caput cum diademate. Æ. Baduillae. *Mdb.* 568.

DOMNVS. Figura in quadrigis palmatorum, d. flagellum, ſ. ramum palmae tenens.)(DIVO NERVAE TRAIANO AVG. Caput laur. n. Contorn. *Cimel. Vindob.* II. Tb. 18. fg. 1. p. 5.) *Eckhel.* Cat. II. p. 559.

DOMNVS PHILOCOMVS. Victor, d. flagellum, ſ. palmam, quadriga triumphali hieronica vehitur. Inter praemia enim victoribus aurigis in circenſibus, etiam palmae diſtributae ſunt. n. Contorn. Sept. Seueri, cuius caput in priore parte habet. *Hauercamp.* Contorn. fg. 63. p. 136.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 98. fg. 9. p. 486.) *Panuin.* ſed male in infima anticae area adſcripſit: SEVERI AVGVSTI, additque S. C. et numerum VI.) *Mdb.* p. 276.

DOMNVS THEIA P. REX. in corona.)(DN. ANASTASIVS P. Caput Anaſtaſii corona ex margaritis cinctum. Æ. Anaſtaſii. *Band.* II. p. 612. e ſchedis *Hard.*

ΔΟΜΥΤ. Δομυτιανὸς pro Δομιτιανὸς, prout *Domitianus* Imp. ſcribitur in Æ 3. Canothaeorum in Decapolitana; ΚΑΣΑΡ (*ſic*) ΔΟΜΥΤ. Καῖσαρ Δομυτιανὸς, *Caeſar Domitianus, Morell.* in Domitiano Tb. 26. n. 13.

DONA AVG. Mercurius ſtans cum petaſo in capite, d. crumenam, ſ. caduceum, pro pedibus canis.)(GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum ad humeros cum paludamento. Æ. Gallieni. Depictu᷊ cernitur Mercurius ob eius adſcriptam facultatem remunerandi religionem in deos. Mercurius vero Aegyptiis litteras demonſtraſſe putabatur; eas illum inueniſſe, *Cicero* et *Ariſtides* trahunt; ideo ſermonis deus ab antiquis exiſtimabatur. Epigraphen itaque DONA AVG. ad Mercurii dona ex *Pollione* recte retulimus in Gallieno, qui in oratione, poemate, atque omnibus artibus clarus. *Band.* I. 151. 160.) Guſſeme III. p. 93 et 304. n. 46.) *Harduin.* p. 428. 848.) *Mdb.* 372.) *Vaill.* Pr. II. p. 350.

DONATA. vid. IVNIA DONATA AVGVSTA. *Band.* I. 312. — Poſtumi vxor fuiſſe coniicitur ex numiſmate aereo quod *Io. Iacob. Chifletium* Lumin. Praerog. in cuius altera parte Poſtumorum patris ac filii capita exſtant, in altera vero muliebre caput cum epigraphe IVNIA DONATA AVGVSTA.

Donatiua militum aut populi deſignata interdum in numis, vt liquet ex iis, in quibus ante ſuggeſtum adſtant praetoriani milites, aut in quibus figura vel Imp. ipſe ſtans, d. congium, ſ. labarum tenet. Interdum numero adiecto legitur CONG. II. vel alio numero. *Spanh.* Pr. II. p. 533 ſq.) Soli nempe inter reges Romani Imperatores ſuperfluentem ſibi pecuniam populo reddebant, quae optima procul dubio politica, cum pecuniae circulantis maior vtilitas ſit, quam in aerario occluſae; praeſertim cum in-

ingruente caſu, reuocandi eam poteſtatem haberent. Neque id eo minus ex populi vſu erat, quoniam de ſuo nil, ſed gentium deuictarum ſpolia pendebant. Huiuſmodi congiariorum breuis enumeratio legitur apud *Arbuthnotium* Tabb. c. 17. p. 161 ſq. Exempla quae attulit, non ſolum Romanorum opes demonſtrant atque magnificentiam, ſed et quantopere exercitum in armis principes reueriti ſint, ſalutis ſuae aeque ac imperii arbitrum. vid. *Congiaria.* — *Largitio.* — *Liberalitas.*

DONNVS, Alpium regulus, occurrit in barbaro tetradrachmo Galliae Belgicae, hinc caput galeatum, an Romae?)(DONNVS. Vir galeatus et haſtatus equo inſidens. *Gueſſme* III. p. 93.) *Neumann.* Pop. Num. I. p. 144.) M. *Pembrok.* II. Tb. 93. vid. DORNACOS.

DOONIOVLICINV AVG. ET CAES. *Dominorum Noſtrorum Iunii Licinii Inuicti Auguſti Et Caeſaris*, ex *Ioberto*.

ΔΟΡ. Seleucidarum annus 174. addito nomine vrbis vel Sidoniorum, vel Tyriorum, qui numum eo anno in honorem Demetrii Nicatoris percuſſerunt. *Froelich.* Annal. Syr. reg. p. 79.

ΔΩΡ. in area n. Aetoliae.

ΔΩΡ. Δῶρα, *Dora* Phoeniciae vrbs, in cuius numis: ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑCΥΛ. ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥΑΡ. i. e. Δωριέων Ἱερᾶς Ἀσύλου Αὐτονόμου Ναυαρχίδος, *Doriensium*, vrbis *Sacrae*, *Inuiolatae*, *Propriis legibus* vtentis, *Claſſicae*; vel vt *Harduino* eſt Δωρέων etc.

Dora, (feminini generis, vel neutrius in plurali) vrbs Phoeniciae, a Doro Neptuni filio condita, vnde nomen traxit, ſi *Artemidoro* apud *Stephanum* fides; ſed Scillaci Δῶρος Σιδωνίων πόλις, *Dora* *Sidoniorum Vrbs*, id eſt, colonia. Haec antiquiſſima, vtpote quae proprios olim reges habuerit; Ptolemaeis poſt Alexandrum paruit; illam Antiochus Deus Epiphanes Syriae rex octauus, ei adiecit, et in illa templum Διὸς Ὀλυμπίου, *Iouis Olympii*, exſtruxit, vt nos docent vrbis numi, quam ideo *ſacram* et *inuiolabilem* eſſe voluit. Pompeius ei *autonomiam* conceſſit; inde illius epocha Pompeiana eſt ab A. V. C. 691. quando Pompeius res Syriae ordinauit, et vrbes maritimas Gazam, Ioppem, Doram et Stratonis turrim liberas eſſe iuſſit, ex *Ioſepho*.

ΔΩΡΑ, *Dora* illa Phoeniciae vrbs maritima in peninſula, iuxta montem Carmelum, nouem milliaribus a Caeſarea Palaeſtinae diſtans, prout pluribus oſtendit *Reland.* Palaeſtina Tom. II. p. 741.) *Vaill.* Num. Impp. Gr. p. 271.) *Harduin.* Oper. p. 51.) *Noriſ.* Epoch. Syro Maced.

A) *Autonomi* Dorae in Phoenice. 1. Caput muliebre turritum et velatum ad d.)(ΔΩΡΙΕΩΝ. LΓΡΚΗ. Figura cum modio in capite ſtans, d. vexillum, ſ. cornucopiae. Æ 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 25. fg. 10. p. p. 128. — 2. ſed in)(ΔΩΡΙΕΩΝ vel ΔΩΡΙΤΩΝ ΡΠΗ. *Dorienſium*, *Anno* 188. Aſtarte ſtans turrita, d. bipennem, ſ. cornucopiae. *Gueſſme* III. p. 94. n. 1. — 3. ΒΟΥΛΗ, *Senatus.* Caput laureatum velatum.)(CΥΝΝΑΔΕΩΝ ΔΩΡΙΕΩΝ, *Synnadenſium Dorienſium* nempe Concordia. Vir armatus ſtans d. palladium geſtat, ſ. haſtam. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 21. fg. 9. p. 187. cum *Khellii* obſeruatione 133. ibid.) M. *Pembrok.* II. Tb. 29. fg. 8. — 4. *Alius*, numus in auerſa parte alias indicatus ab *Harduino* Oper. p. 162. et ab *Arigonio* Tb. 20. n. 202. etiam imagine repraeſentatus, in cuius vero aduerſa: CΥΝΝΑΔΕΩΝ, cum capite Herculis, in auerſa: ΔΩΡΙΕΩΝ ΙΩΝΩΝ inſcribitur, adpicta templi effigie cum oleae ramis vtrique poſti adfixis.

xis. Quibus verbis ſignificantur communia vtriuſque gentis ſacra, Doridis ſcilicet et Ioniae, in eo Synnadenſi fano, communiaque certamina, in ea ciuitate edita. *Triſtanum* haec aliter accipientem Tom. II. p. 202. refutat *Herodotus*. Eadem poſticae inſcriptio apud *Guſſemium* III. p. 94. legitur: ΔΩΡΩΝ ΙΩΝΩΝ. Conf. *Synnada* Phrygiae ſub M. Aurelio et Macrino.

B) *Sub Imperatoribus*, et quidem

a) *Veſpaſiano*. 5. ΔΩΡΙΕΩΝ. *Dorienſium*. Mulier tunicata ſtans, d. caput Serapidis. Æ 2. *Guſſeme* III. p. 94. n. 2.) *Harduin*. Oper. p. 51.) *Vaill*. Gr.

b) *Traiano*. 6. ΝΕΡ. ΤΡΑΙ. ΣΕ. ΓΕ. Δ. *Nerua Traianus Auguſtus Germanicus Dacicus*. Caput eius laureatum.)(ΔΩΡΑ ΙΕΡΑ ΕΟΡ. *Dora Sacra, Anno* 175. Triremis, potentiam maritimam denotans, vel beneficium, quod ab hoc Imperatore *Nauarrbidis* titulum accepiſſet in gratiam Sidonis, quam Syriae fortaſſe nauarchidem adpellauerat, Dorum vero Phoeniciae nominauit. Æ 3. Muſ. *Theup*. p. 864. — 7. *Alius*, ſed ΡΟΕ. *An*. 175. qui ex eius computo correſpondet A. V. C. 866. Dorienſium enim numi Pompeianam epocham, quae ab Anno V. C. 691. exordiebatur, exhibere ſolent. Æ 3. *Guſſeme* III. p. 94. n. 3.) *Hard*. p. 51.) *Harlaeus*.) *Spanbem*. Pr.) *Vaill*. Gr. p. 27. 216. 271. — 8. ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Caput laur.)(ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑΣΥΛ. ΑΥΤΟ. ΝΑΥΑΡ. ΡΟΕ. *Dora*, vrbs *Sacra*, *Inuiolabilis*, *Suis legibus* vtens, *Claſſica*, *Anno* 175. Caput Iouis laureatum, ante quod acroſtolium. Æ 2. *Guſſ*. ib. n. 4.) *Harduin*. Oper. p. 51. 751.) *Vaill*. Gr. p. 28.

c) *Hadriano*. 9. ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑΣΥΛ. ΝΑΥΑΡ. ΠΡ. *Anno* 180. ſi coniunges cum epochae initio 691. incides in A. V. C. 871. Caput laureatum Iouis, id quod ſui cultum apud Dorienſes indicat. Æ 3. *Guſſ*. n. 5.) *Harduin*. p. 51. 756.) *Vaill*. Gr. p. 33. 271.

d) *Diadumeniano*. 10. Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥΜ. ΑΝΤ..... Huius caput nudum.)(ΔΩΡΙ. ΝΑΥΑΡ. ΑΥΤΟΝ.... Neptunus ſt. ſ. pede prorae nauis impoſito, dextra piſcem, ſ. tridentem tenet. Æ 2. *Oderic*. Num. Graec. p. 105. Ναυαρχὶς duntaxat, et Αὐτόνομος legitur. Id non eo factum putat editor, quod duobus aliis titulis vrbs priuata fuerit, ſed quod titulos hoſce pro arbitrio vrbes ſumerent ſuis in numis. Animaduertit enim *Corycum*, quae in Gordiani Pii numis Αὐτόνομος dicitur, in numo Valeriani, Αὐτονομία omiſſa, Ἄσυλον dici et Ναυαρχίδα. Sic *Epheſus*, quae Ἱερὰ Αὐτόνομος eſt in numo Veſpaſiani apud *Golzium*, Ἄσυλος duntaxat dicitur in numis Philippi filii: Sic *Nicopolis* Epirotica iam inde ab Auguſto Ἱερὰ, in Plautillae numis Ἱερὰ Ἄσυλος vocatur; in numis vero Alexandri Ἱερὰ Ναυαρχὶς. Sic *Tyana* ad Taurum Ἱερὰ Ἄσυλος Αὐτόνομος in numo Hadriani; Ἱερὰ Ἄσυλος tantummodo dicitur in M. Aurelii numo. Sic *Tyrus* Ἱερὰ Ἄσυλος in numo Demetrii II. Syriae regis; Ἱερὰ, tantum eſt in numo Commodi. Et ſic in pluribus vrbium numis.

ΔΩΡΑ ΙΕΡΑ, *Dora Sacra*. n. Traiani. v. *Dora* Phoeniciae.

ΔΩΡΕΩΝ, Dorenſium in Cilicia. ΟΛ. ΔΩΡΕΩΝ ΒΟΣ. Ὀλβηνῶν καὶ Δωρέων, ἔτους βος. *Olbenorum Et Dorenſium*, *Anno* 272. Æ 2. M. Aurelii, de quo fuſius *Froelich*. 4. Tent. p. 203 ſq. vid. *Doron* Ciliciae.

DORESTATVS in numo Ludouici Pii Imp. Caroli M. filii, per quam vocem *Batauodorum*, cuius *Tacitus* meminit, et quae hodie exiſtimatur eſſe *Wyk te Duurſtede*,

deſi-

deſignari volunt, ex vocabuli DORESTATVS conuenientia cum *Duurſtede*. Cernitur apud *Oiſel.* Th. Sel. Num. Tb. 26. fg. 4. p. 115. nauigii genus quoddam, multis remis et gubernaculo inſtructum, cum malo in meditullio nauis erecta, a cuius vertice, in quo crux poſita, vtrimque verſus proram et puppim extenſi funes, quibus malus ſuſtinetur. Quo in numo ab *Oiſelio* l. c. dato expreſſum inuere videtur *Doreſtatum* tum temporis vrbem fuiſſe copiis naualibus florentem.

ΔΩΡΙ. nimirum Δωριτῶν, ſeu Δωριέων, *Dorienſium* Phoeniciae; vtroque enim modo legitur apud veteres. ΔΩΡΙΤΕΙΤΩΝ habet *Pellerinii* numus, at monetarii oſcitantia. *Oderic.* Num. Graec. p. 105.

Dorica dialectus vigebat in eo Italiae tractu, vbi Pythagoras multis annis praecepta tradidit, qui dialectorum optimam cenſuit eſſe Doricam, inde ipſa Pythagoricorum commentaria Dorice ſcripta fuiſſe conſtat. *Porphyr.* et *Iamblich.* vit. Pythag. — Dores, vt Η et Ω in Α mutant, ita Crotonitarum numi communiter ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΝ pro ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΩΝ, et ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ pro ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΗΣ inſcribuntur. Sic et in numis vicinae Cauloniae ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΝ communi more, et in duobus aliis ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΣ perſpicue legitur.

ΔΩΡΙΕΩΝ, *Dorienſium*. vid. *Dora* in Phoenice.

ΔΩΡΙΩΝΩΝ magiſtratus. n. Apolloniae Illyrici. Muſ. *Hunter.* p. 37.) *Peller.* Tb. 34. n. 13.

ΔΩΡΙΤΕΙΤΩΝ apud *Pellerinium*, aeque ac

ΔΩΡΙΤΩΝ apud *Guſſem.* III. p. 94. n. 1. in numis Dorae, quae in Phoenicia ſita erat.

Dornacos vel *Dornacus* in Gallia. In Muſeo *Hunter.* p. 128. contribuuntur ſequentes: 1. DORNACOS. Caput imberbe galeatum ad d.)(DONNVS. Eques decurrens ad d. dextra haſtam. AR. 29¾ pond. *ibid.* n. 1.) *Bouteroue* Tb. 45. fg. 2.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 93. fg. 5. ſed DVRNACV... — 2. *Alius* aereus argento obductus moduli 2. Muſ. *Hunt.* n. 2. — 3. *Al.* paullo diuerſus AR. 29¼ pd. M. *Hunt.* n. 3. — 4. DORNACOS. Caput idem.)(AVSCRO. Typus idem. AR. 27½ pd. M. *Hunt.* n. 4.) *Bouteroue* Tb. 45. fg. 3.) M. *Pembrok.* II. Tb. 93. fgg. 6. 7. vid. DVRNACVS.

Doron vrbem *Plinius* L. V. prope Arſinöen et Iotapen in Cilicia nominat. Ab eo nomine ſiue Δῶρον, vel Δῶρος, ſiue Δωρῶν ſcriptum fuerit, commode formari poteſt gentili Δωρεύς. — Cilicia filiis Ariarathis regis a ſenatu Romano conceſſa. — Vrbis epocha a *Froelichio* eruta circiter An. 623. e numo M. Aurelii, in quo ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput M. Aurel. nudum.)(ΟΛ. ΔΩΡΕΩΝ ΒΟϹ. *Olbenorum* et *Dorenſium Anno* 272. Vir nudus ſtans, d. elata ferientis more, ſiniſtram committit cum gigante in geminam draconis caudam deſinente. Æ 2. editus et illuſtratus a *Froelich.* 4. Tent. p. 203 ſq.) *Eckhel.* Cat. I. p. 187.

ΔΩΡΩΝ ΙΩΝΩΝ vid. ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ, vel *Synnada* Phrygiae.

ΔΩΡΟΘΕ. magiſtratus nomen. n. Athen. vel integre.

ΔΩΡΟΘΕΟΣ, *Dorotheus*, apud *Goltzium* Inſul. Aſiae Tb. 1. n. 2. p. 298. n. Colchidos.

Dorſuale gerit bos immolandus. *Morell.* Impp. Tom. I. p. 104. 105.

Dorus

Dorus Neptuni filius, regnauit in parte Graeciae; a quo *Dori* dicti. *Seruius* ad Virgil. Aen. L. II.) *Golz.* Gr. vet. p. 39.

Dorylaeum, urbs Phrygiae, *Straboni* Δορύλαιον, *Ptolemaeo* Δορύλειον, *Stephano* Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας, τὸ ἐθνικὸν Δορυλαεύς *Euſtathius* omnes hos ſcribendi modos repetit, dicitque ſecundum artem orthographicam ſcribendum eſſe Δορύλλειον, *Dorylleium*: ſed *Stephano* fauent numi. Gentile *Dorylenſis* apud *Ciceronem* pro Flacco c. 27. vel *Dorylaeus*, apud *Plinium* L. V. c. 29. — Huius vrbis monetae veteres admodum rarae habentur, cum duas duntaxat *Vaillantius* exhibuerit, M. Aurelii vnam, alteram Maximini; aliam Maximini recenſet *Haymius*, qui et Philippo Iuniori aliam tribuit, quibus *Froelichius* vnicam in Gordiano Pio addit; in Muſeo autem *Theupoliano* deſcribitur numus

a) *Traiani.* 1. ΑΥ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΚΕ. ΓΕ. ΔΑ. *Imperator Nerua Traianus Auguſtus Germanicus Dacicus.* Huius caput laureatum.)(ΔΟΡΥΛΑ.... *Dorylaeorum.* Mulier ſedens, d. extenſa, ſ. ſupra globum, retro animal quadrupes. Æ 2. Muſ. *Theup.* p. 865. — In reliquis vero

b) M. *Aurelii.* — 2. ΔΟΡΥΛΑΙΩΝ. Templum ſex columnarum. Æ 2. *Vaill.* Gr. p. 51.) *Guſſeme* III. p. 94. n. 1.) *Harduin.* Oper. p. 51.

c) *Maximi.* 3. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟϹ Α. *Caius Iulius Verus Maximinus Auguſtus.* Caput eius laureatum.)(ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ ΕΠΙ ΠΑΥΛΟΥ, *Dorylaeorum Sub Paulo*, in area Α: forſan *Anno* I. Fluuius decumbens, ex quo ſigno de vero oppidi ſitu pronuntiare licet, non procul ab Heumi auriferi fluminis fonte. *Plin.* L. V. c. 29. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 44. fg. 2. p. 353. — 4. ΔΟΡΥΛΑΙΩΝ. Quatuor figurae, earum duae muliebres ſedent, quae a duabus ſtantibus aliquid accipiunt. Æ mai. *Vaill.* Gr. p. 143.) *Guſſ.* ib. n. 2.) *Harduin.* p. 51.

d) *Gordiani Pii.* 5. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΑΥΓ. *M. Antonius Gordianus Auguſtus.* Caput eiuſdem cum corona radiata.)(ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ. Nemeſis ſtans, d. capiti admota, ſ. bacillum vel flagellum, ad pedes rota. Æ 2. *Froelich.* 4. Tent. p. 327.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 198. — 6. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Caput idem.)(ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ. Leo gradiens. Æ 3. *Cimel. Vindob.* I. Tb. 24. fg. 16. p. 133.) *Eckhel.* ib.

e) *Philippi Iunioris.* 7. Μ. ΙΟΥΛΙΟϹ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥ. *M. Iulius Philippus Auguſtus.* Caput illius iuuenile radiatum.)(ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ. Mulier ſedens cum modio in capite, ſ. haſtam. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 46. fg. 7. p. 369.

ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ, *Dorylenſium*, vel *Dorylaeorum.* vid. *Dorylaeum* Phrygiae.

ΔΟΡΥΛΑΟϹ, *Dorilaus* nomen magiſtratus Saittarum. ΕΠΙ ΔΟΡΥΛΑΟΥ ϹΑΙΕΙΤΩΝ, *Sub Dorylao.* Æ 1. Q. Herennii. *Vaill.* Gr.

DOS. *Doſſenus* a doſſum pro dorſum, quaſi qui amplo dorſo eſt, cognomentum gentis Rubriae. *Bimard.* ad *Iobert.* I. p. 285. — L. RVBRI. DOS. vid. *Rubria* g.

ΔΟϹ. *Annus* 274. Ilienſium epochae, initium ducentis ab an. 673. incidit in A. V. C. 647. n. Iul. Domnae. *Vaill.* Graec. p. 273.

— *Annus* 274. Leucadiorum Syriae, copulatus cum Claudiana eorum aera 723. dabit annum V. C. 997. n. Gord. Pii. *Vaill.* Gr. p. 278.

Doſa.

Doſa, Aſſyriae vrbs *Ptolemaeo*, *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. p. 664. Cuius vrbis numum diuulgauit *Combe*: ΕΤΟ. ΗΜΡ. *Anno* 148. Caput muliebre velatum et turritum ad ſ.)(ΔΩ⊏ΕΩΝ. Gladius vnco munitus. Æ 3. Muſ. *Hunter*. Tb. 25. fg. 11., p. 129.

DOSSE. — DOSSEN. — DOSSENI. *Doſſenus* idem ac *Dorſenus*, doſſum enim antiqui dicebant pro dorſum; cognomen gentis Rubriae. v. *Rubria* g.

DOSSENO PVLCHRO IIVIRis, quorum duumuirorum nomina indicat *Morell*. Th. Impp. I. p. 668. *et* Fam. p. 95.

ΔΟΤ. *Annus* 374. Aradiorum, qui ſi eius epochae capiti 495. adiicitur, erit A. V. C. 869. n. Traiani apud *Vaill*. Gr.

ΔΟΥΚΑΟ (*ſic*) in Æ. Conſtantini XIII. Ducae, quem protulit *Kbell*. Suppl. p. 309. In alio

ΔΟΥΚΑϹ ſcriptum. Æ. eiuſdem. *ibid*.

ΔΟΤ. Arſacidarum *Annus* 474. n. Arſacis XXVII.

ΔΟΥΚΑϹ, *Ducas*. vid. *Conſtantinus* XIII. Ducas. *Band*. II. p. 748. et *Ducang*. Fam. Byzant. p. 139. — Scriptum in alio ΔȢΚΑϹ. *ibid*. et *Eckbel*. Cat. II. 552.

ΔΟΥΚΤΑΤΩΡ, ΔΟΥΚΤΑΤΟΡΟϹ, *Dictator*, *Dictatoris*, quae vox a Graece loquentibus populis retenta fuit in Iul. Caeſaris Dictatoris numis. Conf. *Morell*. Th. Impp. I. in Iul. Caeſ. p. 91. 93. 99. 109. *et* in Aug. p. 129. *it*. Num. Conſular. Tb. 20. n. 6. p. 576.

ΔΟΥΛΙ. *Duliadis* ſcil. filius. n. Alindenſium in Plautilla. *Haym*. Th. Br. II. Tb. 41. n. 3. p. 333. obſ. 193.

ΔΟΥΜΑΘΗΝΩΝ in numo *Ligorii* apud *Spanhem*. p. 190.) *Harduin*. Oper. p. 51.) *Guſſeme* III. p. 95. — *Stephano* Δυμαθηνοί ab oppido Δύμαθα, quod *Plinio* quoque L. VI. c. 32. *Domatha* in Arabia. Sed ſuſpecta *Harduino* pariter numi auctoritas eſt, et eruditis etiam *Ligorii* fides.

ΔΟΥϹΑΡΙΑ, *Duſaria*. In Æ I. coloniae metropolis Boſtrae intra coronam legitur diſtincte: ΑΚΤΙΑ. ΔΟΥϹΑΡΙΑ, *Actia*, *Duſaria*, quae certamina Duſaria *Froelich*. 4. Tent. p. 128. *Bacchanalia* interpretatur. Duſares, inquit, ſeu aliis Dyſares deus, ab Arabibus peculiariter colebatur et Heſychius eum eundem eſſe cum Baccho declarat. ΔΟΥϹΑΡΙΑ ergo nihil aliud denotant, quam praeter Actiacos ludos alios etiam in Duſaris, ſeu Bacchi honorem, id eſt Bacchanalia Boſtrae celebrata fuiſſe. De idolo, templo et cultu Duſaris conſulendus eſt *Suidas*.

D. P. *Diuus*, *Pius*.

D. P. *Dii Penates*. *Morell*. Fam. p. 407. et *Vaill*. Fam. Flam. n. 1.. Frequentius

D P P. *Dii Penates*, vel *Diis Penatibus* ad capita iugata et laureata deorum Penatium. *Baudelot* I. p. 180.) *Morell*. Fam. p. 470. n. 3. *et* 558. in g. Sulpicia.) M. *Pembrok*. III. Tb. 8. fg. 10.) *Vaill*. Fam.

ΔΠΡ. Seleucidarum *annus* 184. n. Aſcalonis ſub Domitiano. *Harduin*. Chronol. Vet. Teſt. et Oper. p. 739.

— 184. n. Tyriorum in Antiocho VII vel VI. Euergete, Syriae rege. *Froelich*. Annal. Syr. p. 87.

— 184. Demetrii II. Syriae regis. *Froelich*. ib.) *Golz*. Gr. vet. Tb. 38. n. 10.) *Vaill*. Seleucid.

ΔΠΡ.

ΔΠΡ. 184. Alexandri II. regis Syriae. *Frœl.* ib.) *Beger.*) *Haym.*) M. *Theup.*) *Vaill.* vid. *ſuis locis.*

D P S T in monogrammate. Æ. Iuſtiniani apud *Mdb.* p. 561.

D. PTR. in imo n. Diocletiani. *Guſſeme* III. p. 54. n. 6.

Δq. numerus 94. Sic in n. Antiochiae Syriae: ΕΤ. Δq. *Anno* 94.

ΔqΡ. Aegaeum Ciliciae *annus* 194. in M. Aurel. *Cimel. Vindob.* I. p. 113.) *Eckhel.* Cat. I. p. 184.

— Antiochiae Syriae, vbi ΕΤΟ. ΔqΡ. vel ΕΤΟΥ. ΔqΡ. vel ЄΤΟΥC. ΔqΡ. *annus* 194. ſcribitur v. *Antiochia* Syriae.

— Gazenſium aerae antiquae *annus* 194. qui eſt Hadriani quintus nouae aerae, et V. C. 887. addito epochae initio 693. vid. *Gaza* Palaeſtinae.

αqΦ. *Annus* 594. in n. Rheſcuporidis. M. *Pembrok.* II. Tb. 68. n. 9.

DR. *Druſus.* DR. CAE. Q. PR. *Druſo Caeſare Quaeſtore Prouinciali. Angelon.* p. 28. vid. *Druſus.*

ΔΡ. notae numerales *anni* 104. Antiochiae in Syria, addito Iulianae eorum epochae capite 705. incidit in annum V. C. 809. Occurrit quoque ЄΤ. ΔΡ. *An.* 104. vid. *Antiochia* Syriae.

ΔΡ. forſan Δρέπα apud *Golz.* Magn. Gr. Tb. 16. n. 7. Æ. Puteolorum.

Drachma, Gr. Δραχμὴ, quaſi δραγμὴ a δράττομαι, ſignificat rem manu adprehenſam, quaſi diceres manipulum obolorum, qui iunctim ſumti drachmam conficiunt. Drachma vero et pondus et numus fuit. Graeci tam ſuas quam Romanas rationes drachmis efferebant, ſicut Romani numis ſeſtertiis, cuius in omnibus fere ſcriptoribus, tum in *Plutarcho* praecipue, innumera proſtant exempla.

Drachma Attica eiuſdem ponderis erat cum denario drachmali; inde drachmam Atticam vulgo denario Romano aequant: Et quemadmodum Romani duplicem denarium, ita Graeci quoque vel *aureas* vel *argenteas drachmas* habuerunt. In numariis tamen ratiociniis, nulla ſpecie adſcripta, argenteus numus ſubintelligitur. Conf. *Arbuthnotii* Tabulae p. 22 ſq.) *Matth. Raper* Inquiry into the Value of the ancient Greek and Roman Money; cuius inquiſitio valoris monetae Graecorum veterum atque Romanorum inſerta eſt Philoſoph. Tranſact. Vol. LXI. P. II. p. 462 ad 595. Graecis, inquit *Raper* §. 1. drachma Attica erat moneta et pondus, quarum centum et numero et pondere minam conſtituebant, 6000. drachmae vero, vel 60. minae talentum. Hoc omnibus Graecis commune erat, et ſi forte drachmae vnius ciuitatis ab illis differrent, differentia talentorum etiam proportionata erat. Athenienſium pecunia et quoad argentum, et quoad iuſtum pondus palmam praeripit. Drachma eorum argentea in ſex obolos diuiſa erat; vel tria continebat ſcrupula, ſcrupulum duos obolos, ſiue ſiliquas, vncia autem tenebat octo drachmas. Mille drachmae circiter 166 thaler. et 8. groſſ. inde 100000. drachmae ſummam 16666 thalerorum et 16 groſſorum aequant. Conf. *Ald. Manut.* de drachmis et ſeſtertiis. Venet. 1576. recuſ. in Theſ. *Sallngr.* Tom. I. p. 831 ſqq. — Drachma eadem Attica merces diurna fuit in Attica, quemadmodum denarius apud Romanos, vt cum ex aliis, tum vero ex *Athenaeo* L. IV. conſtat in hiſtoria Menedemi et Aſclepiadis philoſophorum. — Drachma fuit quoque ſtipendium militare mili-

militum claſſiariorum apud *Thucyd.* Idem eſt apud *Xenophontem* L. I. Ἑλληνικῶν. Idem ſtipendium diurnum equitibus conſtitutum fuiſſe Athenis, *Demoſthenes* in I. Philippica teſtatur. Equiti tribuitur drachma et apud Romanos, teſte *Polybio.* — Drachmae nota olim fuit <, hemidrachmi vero > vt *Andreas Alciatus* refert; quippe lambda in latus proſtratum nunc auerſum, nunc aduerſum. Conf. *Matth. Hoſti* rei numar. vet. L. III. edit. *Rechenb.* p. 178.) *Barth. Beuerin.* Syntagm. de pond. et menſur. p. 33.

Drachma Aeginaea, ab Aeginae inſulae incolis ſic dicta, maior grauiorque erat drachma Attica; complectitur enim drachmam Atticam integram cum eius beſſe, hoc eſt obolos Atticos denos, facit groſſos Miſnicos quinque, numulos Miſnicos 60. Athenienſes odio Aeginetarum hanc drachmam παχεῖαν, id eſt, *craſſam* vocabant, quod *Iulius Pollux* L. IX. teſtatur. — Hinc itaque alia drachmae diuiſio exſtruitur: Drachma alia eſt παχεῖα, alia λεπτή. Ac παχεῖα quidem *craſſa* a mole et pondere ſic dicta eſt; λεπτὴ vero, i. e. *tenuis* vel *leuis*, quae ἑξάβολος, *ſex obolorum*, propria Atticorum eſt, ſicut illa Aeginetarum.

Drachma Aegyptia Cleopatrae eſt pondere oboli Attici, quae ſexta nimirum pars eſt Atticae drachmae, pendens obolum vnum. *Hoſt.* ib. p. 180.

Drachma Corinthia apud *Thucyd.* L. I. Etſi huius drachmae Corinthiae pondus, et ad alias drachmas proportio, vnde valor coniiceretur, non ſatis conſtat: veriſimile tamen eſt, eandem eſſe cum drachma Attica, cum in hiſtoria Laidis, nobilis meretricis Corinthiae, quae μυρίας δραχμὰς, *decies mille drachmas* mercedem in noctem popoſcit, δραχμὰς *Gellius* L. I. c. 8. *denarios* interpretaretur.

ΔΡΑΓΜΗ ΕΦΕ. Tripus, cui inuolutus eſt ſerpens.)(ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑ. Caput Neronis laureatum. AR maximi moduli. *Vaill.* Pr. II. p. 65. Vox ΕΦΕ. id eſt ἐφεσίων, numum arguit *Epheſi* cuſum eſſe; et altera δραγμή, numum argenteum denario Romano correſpondere; quatuor ille valebat ſeſtertios, ſeu duos quinarios, ita dictus, quod pro decem aſſibus in ſolutionem cedebat. Tripus ad Apollinem pertinet, ideo cuſa ab Epheſiis, quod Nero ſe Apollinem adpellaret. — Eundem numum Caeſareae percuſſum arbitratus eſt *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 8. p. 99. cuius vero inſcriptio eſt:

ΕΤ. Ε. ΔΡΑΧΜΗ, *Anno* 5. *Drachma.* Tripus cum inuoluto ſerpente.)(*Eadem*, ſed ΣΕΒΑΣΤΟΥ. AR. *Harduin.* 722.

Draco, Martis Thebanorum regis filius, a Cadmo Agenoris filio occiſus, ſub ſerpentis ſimulacro et fabula eſt cuſus.

Draco. vid. *Anguis.* — *Serpens.*

Dracones, magnitudine, criſta et barba a ſerpentibus diſtincti, pro tutelaribus geniis atque et cuſtodibus habiti, maxime in Macedonia, Thracia, Paphlagonia, Myſia, Ponto, Bithynia, Cilicia, viciniſque regionibus. Quales duo dracones, arcum et pharetram amplectentes, in numis ΚΡΗΤΑΙΩΝ, vt et ASIAE RECEPTAE inſcriptis; aut vincientes duo ligna in n. Cyzici; aut obuoluti inſtar circuli cum duobus in medio torquibus in Romano numiſmate; aut alati, coronati et barbati, vel coronati cum caduceo, cornucopiae et palma in numis Aegyptiis, apud quos pro geniis ſeu oraculis, diuinae potentiae ac virtutis ſymbolis dracones ſunt habiti, ac publico aere ſignati. Arabes quoque ab iis auguria captantes. Hinc draco ſpiris variis inuo-

inuolutus in n. ΑΟΤΜΑΘΗΝΩΝ Arabiae apud *Ligorium.* — Iidem *Agadaemoni* ſeu boni genii dicti ſunt. v. *ſuis locis*, et apud *Spanhem.* Pr. I. p. 216 ſqq. qui diſſertatione quarta de draconibus alatis, barbatis aliiſque egit plura.

Dracones magni et cum pluribus gyris in numis Sami, Vlpiae Pautaliae etc. *Spanh.* I. 219.

— duo inuſitatae magnitudinis in n. Alexandri Seuéri a Tarſenſibus. ibid. p. 216.

— manſueti in Macedonia familiares, heroibus ſacri, item vaticiniorum et ſalutis ſymbola in priſcis numis.

— *duo* trahunt currum. n. Fauſtinae conſecratae. *Vaill.* Sel. Num. *Camp* p 36. — Idem fere conſecrationis typus, ſed draco elephanti iunctus in honorem conſecrati Iul. Caeſaris. *Suareſ.* diſſ. de num. p. 28.) *Mencke* diſſ. de Conſecratione §. 13.

— — alati trahunt currum Cupidinis. n. Anchiali Thraciae.

— — in quo figura virilis. n. Sardium.

— — in quibus bigis Triptolemus. n. Vlpiae Serdicae. v. *Triptolemus.*

— — ſed Ceres, moeſta frugum mater regit vehiculum. n. Fam. Vibiae, Vipſaniae, Volteiae; pariter Ceres bigis draconum vehitur in n. Aegyptiacis, Amorii, Athenarum, Cadorum, Cretiae, Cyzici, Eleuſinis, Erythrarum, Gordi, Hadrianopolis, Magneſiae ad Maeandrum, Nicaeae, Nyſae, Pergami, Perinthi, Plotinopolis, Stratoniceae, Vlpiae Serdicae, tredecim vrbium. Et quidem Cereri dracones tribuuntur alati in priſcis Graecorum ad Romanorum numis, quod iidem e terra, ſeu e medullis corporum tabe conſumtorum iuxta *Plutarchum* naſci crederentur; aut fertilis anni et ſalubris augurium portendere ex *Aeliano.* L. X. c. 17. — Alii veteres numi eiuſdem Cereris dracones ſine alis exhibent, vt in Caracallae numo ab Vlpia Serdica, et in aereo Alexandri Seueri ab Erythraeis.

Dracones duo alati trahunt aratrum. n. Ennae in Sicilia.

— alati et coronati in aliquot numis ſelectioribus, quorum cum aquilis et elephantibus pugnae *Nicander* Theſ. p 32 et *Plinius* L. VIII. c. 11. meminere. Ex *Harduini* ſententia Oper. p. 692 prolatà, dracones piratas ſignificant. — *Draco* piſcem deuorans. Æ. Agrigenti. M. *Hunter.* Tb. 2 fg. 5. — *Draco*, ſiue ingens ſerpens, tortuoſis ſeſe trahens voluminibus, partemque ſui poſtremam conatibus prioris adducens, patulis faucibus adpetens adpoſitas in ſublimi ara fruges, retro arbor n. Contorn. apud *Hauercamp* fgg. 6. 12 qui p. 77. numum ex *Aeliano* de Animalib. L. X. c. 17. illuſtrat. — *Draco* in gyrum circumflexus in ore aquilae. n. Tyranorum Ponti. — *Draco* in vnguibus aquilae. n. Lacedaemoniorum. In aliis numis aquila ſerpentem diſcerpit. v. *Aquila.*

Dracones an lychnum, loco criſtae geſtent in numis. Conf. *Spanhem.* Epiſt. ad *Morell.* p. 233.

— ſingulis cohortibus inferiori aeuo fuiſſe ſigna militaria teſtatur *Vegetius.*

Draconum varias ſpecies Aſiae praeſertim ac Thraciae numiſmata promunt, quae fere Aeſculapii et filiae eiuſdem Hygiaeae, aut Glyconis, qui alterum ſe Aeſculapium ferebat, honoribus percuſſa ſunt, quorum cultus illis in regionibus vige-

vigebat. *Aeſculapium* nempe draconis forma veniſſe in Italiam, *Valer. Maxim.* L. I. c. 8. aliique produnt. Id quidem animal diis, in primis vero Aeſculapio ob eius felicitatem, ſalutem, potentiam ac vigilantiam veteres adſcripſerunt. Inde in n. Antonini Pii Aeſculapii aduentus ex Epidauro in Tiberinam inſulam repraeſentatur ſub ſerpentis figura. vid. AESCVLAPIVS, qui ſub ſerpentis effigie cum ingentibus ſpiris adumbratur in numis Graecorum pariter ac Romanorum. Eandem quoque ob cauſam dracones omnes Aeſculapio ſacri, qui ſub draconis figura depicti obſeruantur.

Draco apud *Delphos* ſub tripode vocem edens iuxta *Lucianum*; hinc plures illi numi, in quibus occurrunt tripodes, dracone, vel ſerpente inuoluti cernuntur; cuius rei forſan ſerpens aeneus, ſalutis cauſa in ſolitudine erectus, occaſionem dedit; qua de re *Huetius* Demonſtrat. euangel. Prop. IV. c. 8. p. 166. et *Spanhem.* Epiſt. I. ad *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 12. p. 132. exhibet.

Draco in Philetaeri, Pergami dynaſtae vel regis numo apud *Spanhem.* Pr. I. 4. 511. Aeſculapii ſiue Pergameni dei inſigne eſt.

Draco Erichthonius iacens ad Palladis pedes. n. Athenienſium.

Draco Glycon dictus arte cuiuſdam impoſtoris Alexandri apud Abonoteichitas, eiuſque effigies cum humano capite. *Spanh.* Pr. I. p. 213. vid. *Glycon.*

Draco Lanuuius, ſeu ſerpens Iunonis Soſpitae ſymbolum, in gyros ſuper aram circumuolutus caput erigit; prout in denariis Fam. Rom. obuius eſt typus.

Draco Pythius ab Apollinis telo laeſus. n. Crotonis Bruttiae. M. *Pembrok.* II. Tb. 16. fg. 9.) *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 3. fg. 25. qui p. 42. typi illuſtrationem dedit.

Draco in arbore conuolutus, cuſtos Heſperidum. vid. *Heſperidum mala.*

Draco iacens ac proſtratus myſticus repraeſentatur in numis chriſtianorum aliquot Caeſarum. Sic draco ſub pedibus in Theodoſii numis ſaepius conſpicitur, pariter ac Valentiniani Iunioris, Libii Seueri, Heraclii, aliorumque. Item in AV. Plac. Valentiniani, vbi Imp. pede draconem calcat apud *Khell.* Suppl. p. 287.

Dracus Laodicenus in antiquiſſimis n. Laodicenor. *Spanh.* I. 52.

ΔΡΑΚΩΝ . . . . ΦΑΙΝΙΠΠΟΥ magiſtratus nomina. n. Apameae Phrygiae. M. *Hunter.* p. 33.

ΔΡΑΚΩΝ ΚΩΙΩΝ dictus Aeſculapius in Coiorum numis.

Δρέπανοι cur Corcyra dicta. *Nonn.* Comment. in *Golz.* Gr. vet. p. 209.

ΔΡΕΠΑΝΩΝ, *Drepanenſium.* v. *Drepanum*, vrbs Siciliae.

Drepanum Siciliae, vernaculo ſermone *Trapani*, vna ex primoribus regni ciuitatibus vetuſtiſſimam habuit originem, et quo tempore de Siciliae dominatu inter Romanos et Carthaginienſes decertabatur, eius nomen a litore falcis inſtar curuo dictum, ſat obuium fuit in hiſtoriis. Conf. *Dorvillii* Sicula. Vol. I. p. 49 ſq.) Mirari autem ſubit tam veteris, tamque celebris vrbis aut nullum, aut tantummodo vnum numum ad nos perueniſſe; bini enim, qui ad vnum referuntur, et quos exhibet princeps *Torremuzza* Sicil. Num. Tb. 27. p. 25. ſola et nimis antiquariis ſuſpecta *Golzii* fide nituntur. Nullibi *Drepane-*

panenſium numos inuenit editor. Quos alios cum litteris Phoeniciis, ſeu Celtibericis ad Drepanum retulere *Paruta*, et *Hauercampus*, hi non Siculi, ſed Hiſpanici ſunt numi. Bini itaque argentei, quos protulit *Golzius*, Sicil. Tb. 8. fgg. 3. 4. p. 106 ſq. et ex eo *Paruta*, caput habent muliebre crinibus diſperſis, et in vno epigraphem ΔΡΕΠΑΝΩΝ, *Drepanenſium*.)(Duo bacilla decuſſatim poſita, et duplici incluſa quadrato, non vero marina ſtellâ, quemadmodum *Hauercampo* placuit. *Guſſeme* III. p. 95. n. 1. eundem recenſet typum; at n. 2 e *Paruta* communicat alium ob peregrinam inſcriptionem Drepano Siciliae minime attribuendum.

Dromas, Gr. δρομὰς a δρέμω *curro*, camelorum genus minoris ſtaturae, qui duo habet in dorſo tubercula; dicitur et *dromedarius*, vel vt *Dauſquius* mauult *dromadarius* ſcribere a *dromas*, *dromadis*, ſed dat tamen Orthogr. Vol II. Tr. 4. p. 113 manus vſui vulgari, immo nec improbat, ſiquis vel *dromida*, et inde *dromidarius* ſcripſerit. — Occurrit id camelorum genus in antiquis aliquot Traiani et Caracallae; iiſque cum Graecis in Arabia, cuius ſunt commune ſymbolum, cuſis, tum Romanis numis cum epigr. ARABIA. — ARAB. ADQ. — ARABIA AVGVSTI PROVINCIA. *Vaill*. Pr. II. p. 128.

Dromedarius, vid. *Dromas*.

ΔΡΟΥ. Δροῦσος, *Druſus*. ΔΡΟΥ. ΓΕΡΜ. Δροῦσος Γερμανικὸς. *Druſus Germanicus*. — ΔΡΟΥ. ΚΛΑΥΔ ΓΕΡ. Δροῦσος Κλαύδιος Γερμανικὸς, *Druſus Claudius Germanicus*, Pater Claudii Auguſti. — ΔΡΟΥ. ΚΑΙΣ. ΓΕΡ. Δροῦσος Καῖσαρ Κλαύδιος, *Druſus Caeſar Claudius*.

ΔΡΟΥΣ. Δρουσίλλα, *Druſilla* Caligulae ſoror, Germanici filia. ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ ΔΡΟΥΣΙΛΛαν ΠΕΡΓ. vel ΠΕΡΓΑΜ. *Menophanes Druſillam*, ſcilicet colit, *Pergamenorum*. Druſilla ſedens, d ſpicas. Æ 3. *Morell*. in Calig. p. 698. — *Al*. ſed ΣΜΥΡ. *Smyrnaeorum*. *Vaill*. Gr. p. 11. *Haym*. Th. Br. II. Tb. 27. fg. 6. p. 230. ſed ΔΡΟΥΣΙΛΛΑΝ. — *Al*. quem ad Epheſum Ioniae refert *Wilde* Sel. Num. Tb. 17. fg. 100. p. 140. cum *Harduino* p. 571. — Pleno nomine ΔΡΟΥCΙΛΛΑ in n. Smyrn. *Morell*. in Calig. Tb. 6. n. 27. p. 692.

ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΜΥΤΙ. *Druſilla Auguſta Mytilenaeorum*.)(Caput huius Druſillae.)(ΓΑ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΜΥΤΙ. *Caius Auguſtus Mytilenaeorum*. Caput Caligulae. Æ 3. *Morell*. Specim. rei numar. Tb. 20. *et* in Calig. Tb. 6. fgg. 33. 34.) *Harduin*. p. 715.) *Vaill*. Gr. p. 10. — ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ ΜΙΛΗΣΙΩΝ, *Diua Druſilla Mileſiorum* Cariae. Caput Druſillae ornatum.)(ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝ. ΣΕΒΑΣΤ. *Caius Caeſar Germanicus Auguſtus*. Caput Caligulae laureatum. Æ 2. *Vaill*. Gr. p. 12. — At in Latinis

Druſilla iſta ſine Auguſtae titulo legitur DRVSILLA, adpoſitis ſororum nominibus AGRIPPINA, IVLIA. *Cim Vind*. I. p. 89.) *Guſſeme* III. p 96. vid. *Agrippina*. — Inceſto autem amore prae duabus aliis ſoror dilecta a fratre Caligula, ac inde ſolita Graecorum adulatione ſummi honoris titulo ΣΕΒΑΣΤΗΣ, *Auguſtae* ab iis ornata. Eadem vt ΘΕΑ in Graecis, ita DIVA in aliis quibuſdam adpellata, qualis in gaza Farneſiana, dubiae quidem fidei, cum inſcr. DIVA DRVSILLA IVLIA DRVSILLA. Alteram vero expreſſam in eodem numo *Iuliam Druſillam*, de filia Caligulae, ei nata e Caeſonia vxore, intelligendam liquet e *Sueton*. vit. Calig. c. 25. — DIVA DRVSILLA SOROR CAESARIS AVG Huius Druſillae caput.)(C. CAESAR AVG. PONT. MAX. TR. P. Caput Caligulae laur. Æ 3. *Guſſ*. II. p. 60.

p. 50. n. 6. *et* III. p. 96. n. 1.) *Harduin.* p. 716. — DIVA DRVSILLA C. CAESARIS. AVG. Huius caput)(IVLIA DRVSILLA C. CAESARIS AVGVSTI. Caput cornucopiae impoſitum. *Guſſ.* ib. n. 3.) *Vaill.* Pr. I. p. 17. — Graeci huius Druſillae numi ex aere tantum exiſtant Rrr. ab vrbibus Epheſo, Mileto, Mytilene, Pergamo, Smyrna.

ΔΡΟΥΣΟΣ, *Druſus*, modo Tiberii frater, modo Tiberii filius, quorum numi ex omni metallo inter rariſſimos numerantur. vid. DRVSVS. — Legitur apud *Vaill.* Num. Gr. Impp. p. 9. 10. ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ., *Druſus Caeſar.* Caput Druſi Iunioris nudum.)(ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Caput Germanici nudum. Æ 3. *Morell.* in Druſo Iun. Tb. 10. fgg. 21. 22.) *Vaill.* Adpend. Gr. Tb. 1. fg. 11.) *Guſſeme* III. p. 99. n. 11. — ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. Caput *Druſi* laureatum, ante quod ſimpulum, pone vero lituus.)(ΤΙΒ. ΓΕΡ. ΚΑΙΣΑΡΕΣ. Capita *Tiberii* Druſi filii et *Germanici* aduerſa. Æ 2. *Vaill.* Gr. p. 9. M. *Theup.* p. 839.) *Guſſeme* III. p. 99. n. 12. — ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ, *Druſus* et *Germanicus Caeſares Noui* vel Iuniores *Dii Fratrum amantes.* Druſus et Germanicus ſedentes, in ſellis curulibus, ex quibus alter lituum, alter capedunculam, pontificatus inſignia, tenet.)(ΕΠΙ ΑΣΙΝΙΟΥ ΓΑΙΟΥ ΠΩΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ, *Sub Caio Aſinio Pollione Proconſule*, circa coronam ciuicam, in qua ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ, *Communitatis Aſiae*, pro qua alii ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ, *Sardianorum Communitatis Aſiae*, et lauream coronam male ſubſtituunt. Æ 2. *Morell.* Specim. rei numar. ed. rec. Tb. 15. n. 4. p. 156. *et* in Druſo Iun. Tb. 10. fgg. 13. 14. p. 523. *it.* Fam. Aſinia fg. 6. p. 37.) *Spanh.* Pr. II. p. 32.) *Vaill.* Gr. p. 10. — ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣ. ΓΕΡΜ. ΚΑΙΣ. ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ, *Druſus Caeſar, Germanicus Caeſar, Noui Dei Philadelphi.* Typus idem.)(ΓΑΙΩ ΑΣΙΝΙΩ ΠΟΛΛΙΩΝΙ ΑΝΘΥΠΑΤΩ, *Sub Caio Aſinio Pollione Proconſule.* Corona ciuica cum eadem, ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ inſcriptione. *Morell.* Fam. Aſinia fg. 5. p. 37. *et* in Druſo Tb. 10. fgg. 15. 16. — *Alius* cum iiſdem typis fratribus nempe ſedentibus c. inſcr. ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΕΛΦΟΙ, *Druſus Caeſar, Germanicus Caeſar, Fratres.*)(ΕΠΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΛΕΩΝΟΣ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, *Sub Alexandro Cleone Sardianorum* circa coronam, intra quam: ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. Æ 2. *Morell.* Specim. rei numar. edit. pr. Tb. 3. n. 2. p. 29. ed. ſec. p. 76. et Impp. in Druſo Iun. Tb. 10. fgg. 11. 12. p. 523.) *Molinet.* Muſ. St. *Genov.* Tb. 10. n. 2. p. 76.) *Wheler.* Itinerar. n. 65. 66.) Poſſeſſor Anglus in Sylloge Numiſm. Tb. 3. n. 4.) *Seguin.* Sel. Num. ed. rec. p. 306.) *Vaill.* Gr. p. 10. — ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. Capita Druſi et Germanici aduerſa.)(ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Veſta cippo impoſita, d. victoriolam. Æ 3. *Vaill.* ib.

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. *Druſus Caeſaris Auguſti Filius.* Caput Druſi maioris laureatum inter lituum et capedunculam.)(ΤΙΒ. ΓΕΡ. ΚΑΙΣΑΡΕΣ. *Tiberius, Germanicus, Caeſares.* Capita Tiberii et Germanici, ex quibus alter frater Druſi natu maior, alter filius nuda et ſibi inuicem oppoſita. Æ 2. *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 15. n. 3. p. 155. *et* in Nerone Druſo Tb. 7. fgg. 22. 23. p. 512.) *Liebe* Goth. Num. p. 413.) *Spanh.* Pr. II. p. 321.) *Harduin.* ad *Plin.* Tom. I. p. 729. vbi vero caput in numi parte priore refert ad Druſum Tiberii filium; duo capita aduerſa in numi poſtica parte ad Druſi eius liberos gemellos, ex quibus alter Germanicus dictus fuerit.

DRV. *Druſus.* DRV. CAES. Q. PR. *Druſo Caeſare Quaeſtore Pro-*

Prouinciali ſub Vibio Marſo in Africa. *Morell.* Fam. p. 448. vid. *Vtica.*

DRVANTILLA (Sulpicia) AVGuſta. Eam vixiſſe numiſmata ſuperioribus annis detecta nos edocent. Quibus parentibus nata, quibus vſa fatis fuerit, haec quidem penitus latent ſilentibus omnibus veterum ſcriptorum monumentis. Enim vero cuius ſit mariti thalamo ſocianda non obſcura indicia proſtant. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 137. Druantillae ſedem in Pannonia, Moeſia, vel Dacia figit, propterea quod eius denarii nuſpiam alibi, quam hoc terrarum tractu obueniant. Ibi ergo vixiſſe Druantillam nemo facile negauerit. Aeque certum, eius numos, quorum *Neumanno* quinque cogniti, Gallieni aetatem manifeſto ſpirare. Haec cum ita ſint, nihil pronius, nihil aequius, quam ei Auguſtae Auguſtum maritum inquirere, qui ſub Gallieno in Dacia vel Moeſia regnum tentauerit. Ecquis ille? *Regalianus,* vt cenſet *Neumann.* Pop. Num. II. p. 141. Natus in Dacia, atque oriundus Decebali familia, purpuram a militibus oblatam induit in Moeſia fremente Gallieno, anniſque, vt putant, minimum duobus cum laude portauit. Duorum annorum decurſu fuiſſe numos in eius honorem procuſos, quis ibit inficias? Et vidit *Neumann.* tres argenteos certiſſimae vetuſtatis, quorum duos vulgauit *Kbell.* Suppl. p. 195. Mirum, quantus horum Regaliani numorum conſenſus, quae ſimilitudo ſit cum denariis Druantillae. Idem metallum, nempe argentum, eadem forma, idem artificium rude, litterarum figurae pariter in his atque illis male tortae. Hae periſtaſes quemadmodum Gallieni aeuo, laborantique omni ex parte imperio, incultaeque Moeſiae aptiſſime reſpondent: ita perſpicue produnt et parem numorum illorum aetatem, et communem patriam. Singulare et illud, vtriusque exiſtere denarios, quos vocant recuſos. Prior, illuſtre Theſauri Caeſarei ornamentum, fuit ante Caracallae, cuius nomen ANTONINVS adhuc reſtat, poſtea recuſus in numum Regaliani. Alter Druantillae, cuius ectypon *Neumann.* poſſidet, auerſa parte praeter ſolitam, ſed adfectam epigraphen: IVNONI REGINE (*ſic*) oſtentat minoribus litteris ƆAR. PIVS, quarum priores non bene dignoſcendae, vnde pariter bis cuſum fuiſſe adparet. Haec ſunt *Neumanni* momenta nec pauca nec leuia, quae *Druantillam Regaliani vxorem* fuiſſe ſuadeant. Conf. *Neumanni* Obſeruationes in Sponſianum et Dryantillam ac vtriusque numos, inſertae Tom. II. Pop. Num. p. 139 ſqq.

SVLP DRVANTILLA AVG. Caput eius lunae creſcenti impoſitum.)(IVNONI REƆINE (*ſic*) Dea ſtans, d. protenſa, ſ. haſtam puram. Æ. Muſ. *Arioſti*, editus a *Kbell.* Suppl. p. 190. Conſuluerat ill. poſſeſſor miſſa numi imagine variarum nationum eruditos, verum qui cautiores erant, tacuere omnes; vnus *Corſinius* commentationem aliquam de hoc numiſmate ſub ſpecie epiſtolae ad *Chryſoſtomum Trombellium* Liburni 1761. edidit, atque animum ad Sulpicium Antoninum *Haymii* Th. Br. I. p. 285. adplicuit, cuius genealogiam parum firmis coniecturis nixam *Bimard.* ad *Iobert* Science de Méd. II. p. 357 ſq. iam eneruauit. — *Similis*, qui, quia fallente typario ſolum RVANTILLA repraeſentabat, a *du Vallio* et *Froelichio* in editione Muſei Caeſarei omiſſus, atque in ſyllabo numorum p. 164. indicatus, at male lectus ΚΤΑΝΤΙΛΛΛ.

DRVS. *Druſus*. DRVS. CÆSAR CIP*ius* VAR*us* IIVIR. Caput Druſi Iunioris nudum.)(GERM*anicus* CÆSAR PVLCHER IIVIR. Caput Germanici nudum. Æ 3. forte Corinthi cuſus. *Liebe* Goth.

 Num.

Num. p. 414.) *Morell.* in Druſo Iun. Tb. 10. fgg. 17. 18. p. 524.

DRVSILLA Caii Caligulae ſoror, cuius numi inſignis ſunt elegantiae. Signata in iis vel ſtans inter duas ſorores Agrippinam et Iuliam; vel ſub imagine Cereris ſedens. *Harduin.* Oper. p. 715. 716.) *Mdb.* p. 80.) *Morell* Fam. p. 8.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* VI. p. 67. vid. ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ.

DRVSILLA Caii filia occurrit DRVSILLA F. C. CAESARIS AVGVSTI. *Mdb.* p. 80.) *Harduin.* p. 716.

DRVSO CAESARI. Caput Druſi Iunioris nudum.)(PERMISSV L. APRONI. PROCOS. III. Caput Mercurii petaſatum, ad latus caduceus alatus. Æ 3. *Graeuii* Theſ. Antiq. Rom. Tom. XI. p. 412.) *Guſſeme* III. p. 98.) *Morell.* Fam. Apronia p. 31. *et* Th. Impp. in Druſo Iun. Tb. 9. fgg. 25. 26.) *Vaill.* Col. I. p. 134. *et* inter Tam. incert.

DRVSO ET GERMANICO II. VIRis. Caput Germanici nudum.)(TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST.VS. Caput Tiberii laureatum. Æ. *Morell.* in Druſo Tb. 10. fgg. 9. 10. p. 523. ſed coloniae nomen non additum.

GERMANICO ET DRVSO. Caput muliebre turritum.)(CAESARIBVS III.VIRIS .... Temo tranſuerſus. Æ. Carteiae in Hiſpania. *Florez.* Tb. 16. fg. 4.) *Guſſeme* II. p. 113. n. 18. *et.* III p. 98. n. 2.) *Mdb.* p. 74.) *Morell.* ib. fgg 19. 20. p. 524 *et* Fam. Rom. Miſcell. fg. 4. p. 470.) Muſ. *Hunter.* p. 82. n. 15. ſed IIII.VIR. *Carteia* adſciuit ſibi Germanicum et Druſum *Quatuoruiros* honorarios, teſtante *Haym.* Th. Br. I. p. 242

DRVSVS a Drauſo hoſtium duce occiſo, cognomen gentis Liuiae. v. *Liuia* gens.

DRVSVS. Caput Druſi nudum. Ⓡ. Caligulae. *Guſſ.* II. p. 50.) *Morell.* Th Impp. I. Tb. 3. fg. 8. p. 648.) *Vaill.* Pr II. p. 50.) *Hard.* p. 715. Nihil magis curae cordique eſſe primis Imperatoribus, quam conſeruationem et augmentum gloriae ſuorum maiorum et anteceſſorum, hic comprobat numus, quem in memoriam Druſi, aui ſui, ſignauit Caligula.

Druſus maior, Auguſti priuignus, Tiberii frater, Claudii Imp. et Germanici pater, Caligulae Imp. auus, de quo *Sueton.* in Claudio c. 1. — Rector fuit Romani exercitus in Germania, prouinciamque maiori ex parte domuit. Obiit collapſus equo, fractoque inde crure ao. aet. 30. *Patercul.* L. II. c. 97. — Cuius vxor fuit Antonia minor, M. Antonii et Octauiae filia. — Huius *Druſi maioris* aerei primi moduli ſolum exſtant, nec rari, nec obuii. Aurei et argentei rariores. Et quidem in numis aereis huius Druſi caput ſine corona reperitur, in arg. vero et aur. inſignitum eſt laurea.

1. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Caput Druſi laureatum; in *aliis* corona quercea inſignitum.)(DE GERMANIS. Duo clipei cum ſpiculis et ſigno militari, ob victoriam de Germanis, decretis Druſo triumphalibus ornamentis, ouans Romam ingreſſus Ao. 743. *N.* Ⓡ. Num. *Arſchot.* Tbb. 4. et 17.) *Golz.* in Aug. Tb. 41. n. 7. et 9.) *Mdb.* p. 59.) *Morell.* in Druſo Sen. Tb. 7. fgg. 1. 2. 6. p. 507. 508.) *Patin.* Theſ. p. 51.) *Pedruſ.* II. Muſ. *Farneſ.* Tb. 24. fg. 1.) *Guſſ.* III. p. 97.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 25. fg. 1. p. 110.) *Vaill.* Pr. II. p. 45.) *Harduin.* p. 701. ſed DE GERMAN. — 2. *Ead. adu.*)(Arcus triumphalis, Druſo poſt eius mortem erectus, ſupra quem figura equeſtris inter duo tropaea; in eius periſtylio DE GERM. *in aliis*

DE GERMANIS. *Sueton.* in Claudio c. 1. AV. AR. *Cimel. Vind.* I. p. 49. 50.) *Guſſeme* Ill. p. 96. n. 1.) *Mdb.* p. 59.) *Oiſel.* ib. fg. 3.) *Morell.* Tb. 7. fg. 3. p. 507.) *Guſſeme* Ill. p. 97.) *Patin.* Theſ.) *Vaill.* Pr. II. p. 45. — 3. *Idem* REST*itutus* a Tito. Æ 1. *Vaill.* Pr. I. p. 13.) *Morell.* in Druſo Tb. 7. fg. 14.) *Patin.* in *Sueton.* p. 180. — 4. *Idem* REST*itus* a Domitiano. *Morell.* ib. Tb 7. fg. 15. p. 511.) *Golz.* in *Aug.* Tb. 41. n. 11.) *Patin.* in *Suet.* p. 180.) *Guſſem.* Ill. p. 97. — 5. DE GERMANIS. Arcus ſimilis cum Druſi ſtatua equeſtri inter duo tropaea. AV. AR. Num. *Arſchot.* Tb. 17. n. 19.) *Golz.* in Aug. Tb. 41. fg. 5.) *Morell.* ib. fgg. 4. 5. p. 508.) *Vaillant.* Pr. II. 45. — 6. *Ead. inſcr.* Similis arcus, vt in numo, qui praeceſſit, ſed ſtatua dextram pacificatoris habitu attollit. AV. AR. *Morell.* ib. fg. 5. — 7. Similis arcus, addita. S. C. nota. Æ. 1. *Beger.* Th. Br. II. p. 621.) *Morell.* in Claudio Tb. 5. fg. 16.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* Æ. Tb. 17. fg. 3.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 25. fg. 2. p. 110. — 8. *Epigr. eadem, caput idem.*)(RHENVS. Rhenus fluuius, ſcopulis inſidens, d. arundinem tenet, ſ. vrnae innititur. AR. *Golz.* in Aug. Tb. 41. fg. 2.) *Morell.* in Druſo Sen. Tb. 7. fg. 7. p. 508.) *Triſtan.* I. p. 145.) *Guſſeme* Ill. p. 97. n. 3.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 24. fg. 6. p. 108. — 9. *Ead. epigr.* ſed Druſus capite nudo.)(TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Druſus togatus ſpoliis inſidet, d. lauri ramum, ſ. ſuper gremium chartam conuolutam tenens. Æ. quem fere omnes protulerunt, antiquarii inter quos *Angelon.* p. 33. n. 20. 21.) *Beger.* Th. Br. II. p. 613. vbi P. M. omittitur.) *Geſner.* Tb. 33. n. 1.) *Golz.* in Aug. Tb. 41. fg. 5.) *Mdb.* p. 60. *Morell.* in Druſo Tb. 7. fgg. 8. 9. p. 509.) *Muſell.* Impp. Tb. 11. fg. 2. 4.) *Hauercamp.* Th. R. *Sueciae.* Tb. 3. fg. 18.) *Triſtan.* I. p. 148.) M. *Theup.* p. 396.) *Vaill.* Pr. I. p. 12.) *Strada* p. 28.) *Chandlerus*, ſed mutilitata inſcriptione.) *Patin.* in *Sueton.* p. 180.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* Tb. 3. fgg. 2. 3. et alii — 10. *Al.* ſimilis, ſed pone caput litterae NCAPR. Æ. *Muſell.* Impp. Tb. 11. fg. 3. — 11. *Al.* ſimilis ſed tres incuſae ſunt notae: PRO. BON. IMP. i. e. *Probus*, vel *Probatus Bonus Imperator.* Æ. *Morell.* in Druſo ib. fgg. 18. 19. — 12. *Epigr. eadem, caput idem.*)(S. C. Spei typus ſolito more gradientis, nam d. florem, ſ. veſtis tenet laciniam. Æ. *Morell.* in Druſo. Tb. 7. fg. 10.) *Patin.* in *Sueton.* numis ill. p 180.) *Vaill.* Pr. I. p. 12. qui errore forte numarii a numo Claudii mutuatum fuiſſe ſuſpicatur. *Guſſeme* Ill. p. 97. n. 4. — 13. *Epigraphe eadem, caput idem.*)(IMP. CAES. T. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST*ituit.* In area numi S. C. Æ. 1. *Liebe* Goth. Num. p. 275.) *Guſſ.* Ill. p. 97. n. 5.) *Morell.* in Druſo Tb. 7. fg. 11.) *Patin.* in Theſ. p. 141. vbi legit COS. VII. deinde ad *Sueton.* p. 108. ſed COS. VIII.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* Tb. 6. fg. 3 p. 39. vbi COS. VII.) *Vaill.* Pr. I. p. 13. COS VIII. ſcripſit, pariter ac COS. VIII. in M. *Theup.* p. 397. — 14. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP*erator.* Arcus trimphalis cum fornice, impoſita deſuper Druſi ſtatua equeſtri inter duo tropaea.)(TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudii Imp. Druſi filii, cum nota incuſa, quae litteras NCAPR continet; in *aliis* nota illa omiſſa. Æ. *Angelon.* p. 42.) *Beger.* Th. Br. II. p. 613.) *Torrent.* ad *Sueton.* c. 1. Claudii in *Graeuii Suetonio* p. 459. et Tom. IV. Theſauri eiuſdem.) *Guſſ.* Ill. p. 97.) *Mdb.* p. 60.) *Morell.* in Druſo Tb. 7. fgg. 12. 13.) *Muſell.* Impp. Tb. 11. fg. 5.) *Vaill.* Pr. I. p. 13 et 18. — 15. *Ead. epigr.* et caput Druſi nudum

eum

cum nota earundem quinque litterarum poſt ceruicem impreſſa.)(.... CLAVD ..., Duo capita virilia nuda, ſibi inuicem oppoſita. Æ. *Morell.* in Druſo fgg. 16. *A7.* p. 511. — 17. NERO CLAVD. DRVSVS GERMANICVS. Caput Druſi nudum.)(TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudii Imp. nudum. Æ. 2. Rrr. *Morell.* ib. fgg. 20. 21. p. 512.) *Guſſ.* III. p. 97. n. 6.

Druſus minor, Tiberii ex Agrippina filius. Obiit iuuenis ſeu ex vi morbi propter nimiam intemperantiam, ſeu veneno conſumtus ex fraude Seiani. Ex vxore Liuilla, Germanici et Claudii Imp. forore ſumſit Tiberium ab Imp. Caligula occiſum, aliumque huic gemellum et Iuliam. *Tacit.* Annal. L. IV.) *Sueton.* in Tiber.) *Triſtan.* I. p. 170. — Hiſtorici omnes Druſum hunc nono Tiberii anno Lucillae et Seiani artibus necatum ſcribunt. *Panelius* itaque *Vaillantium* eiuſque locupletatorem *Baldinium* perſtringit diſſ. de numo Tarraconenſi, dum nobis viuum Druſum ad XIX. Tiberii annum praeſtare voluerunt. Conf. Iournal des Scavans 1749. menſe Octobre p. 147. et *Kbell.* Suppl. ad *Vaill.* p. 16. — Numi Druſi Iunioris aerei mediocres tantum occurrunt, qui vulgares; argentei rariſſimi; vnicum aureum tradit *Tenzelius*; in col. et extra vrbem ſignati eximiae ſunt raritatis. vid. *Acci* Hiſpaniae Baeticae. *Alexandria* Aegypti, *Carteia* Hiſpaniae, *Cyprus* inſula, *Italica* Baeticae, *Romula* Baeticae, *Sardes* Lydiae, *Smyrna* Ioniae, *Tarraca* Tarraconenſis *Vtica* Africae.

a) *ex auro.* 1. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. PONT. TR POT. in medio numo S. C.)(Duo cornua copiae decuſſatim ſe inuicem tangentia, quibus capita gemellorum filiorum Druſi impoſita, in medio ſtat caduceus. Pond. octo coronarum. *Tenzel.* Sel. Num. *A7.* Tb. 1. fg. 3. p. 6 ſqq. Ex *Morellii*, *Vallantii*, aliorumque ſententia numi ex auro huius Druſi Iunioris non inueniuntur. Addit *Hauercamp.* ad *Morell* Th. Impp. I. 519. *Tenzelius* nemini in re numaria verſatiori perſuadebit vmquam, genuinum vllo modo id numiſma eſſe. Sed idem Æ. 1. apud plurimos antiquarios.

b) *ex argento*, qui ſunt rariſſimi. 2. DRVSVS. CAESAR. TI. AVG. F. COS. II. TR. P. Caput eius nudum.)(TI. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. XXV. Caput Tiberii laureatum. *Morell.* in Druſo Fil. Tb. 9. fgg. 1. 2. p. 518.) *Vaill.* Pr. II. p. 49. ſed in prima edit. TR. P. XXXV. — 3. DRVSVS COS. II. TR. P. Huius caput.)(TI. CAES. AVG. P M. TR. P. XXXV. Caput Tiberii laureat. *Morell.* ib. fgg. 3. 4.) *Guſſeme* III. p. 98. n. 6.) *Vaill.* Pr. II. p. 26. edit. pr. et p. 44. ed. recent.) *Patin.* in *Suetonio* numis illuſtrato p. 117. ſed a parte Druſi inſcriptus: DRVSVS CAESAR TI. F. TR. P. Anno V. C. 786. cum Trib. Pot. XXXV. exiſteret Tiberius, non amplius in viuis erat filius Druſus, vtpote qui obierat A. V C. 776. et tamen exſtare eiuſdem Druſi numos cum TR. P. XXXV. Tiberii certiſſimum eſt. Conf. *Hauercamp.* ad *Morell* l. c. — 4 DRVSVS AVG. COC. II. Q. T. (*ſic*) vitio vt videtur monetarii; lectio enim ita conſtitui debet: DRVSVS TI. AVG. F. COS. II TR. P. Caput Druſi nudum.)(TI. CAES. AVG. P. P. TR. P. XXXV. Caput Tiberii laureatum. *Morell.* Tb. 9. fgg. 5. 6. p. 518.) *Guſſeme* ib. n. 6.

c) *ex aere.* 5. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. PONT. TR. POT. II. *al.* P. II. in area S. C. nota.)(Cornucopiae duplex, ex quo inferius connexa duo puerilia emergunt capita, intermedio caduceo alato. Æ. 1. *Angelon.* p. 33.) *Beger.* Th. Br. III. p. 94.) *Geſner.* Tb. 37. n. 30.) *Hauer-*

Hauercamp. Th. R. *Sueciae* Tb. 3. n. 16.) *Muſell.* Impp. Tb. 15. n. 4.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 56. fg. 11. p. 343.) *Bellor* ad *Aen. Vic.* Num. p. 27.) *Morell.* Tb. 9 fgg. 7. 8. 9. p. 519.) *Patin.* in *Sueton.* ſuo in vit. Caligulae. p. 208.) *Torrent.* in Suetonii Caligulam c. 14. *Graeu.* in eiuſdem *Suetonii* recenſione p. 398.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* Æ. Tb. 4. fg. 8.) *Guſſeme* Ill. p. 98. n. 5 10.) *Harduin.* p. 710.) *Mdb* p. 72.) M. *Theup.* p. 395.) *Strada* vit. Tiberii p. 36.) *Triſtan.* I. p. 171.) *Tenzel.* Sel. Num. Tb. 1. fg. 2. p. 6. ſq. ſed ex auro numum eſſe adfirmare ſtudet. — 6. *Al.* ſed RESTITV*tus* a Tito. *Guſſ.* ib.) *Geſner.* Tb. 37. n. 33.) *Mbd.* p. 72.) *Muſell.* Impp. Tb. 15. fg. 3.) *Patin.* Impp. p. 63.) *Vaill.* Pr. I. p. 11. DRVSVS CAESAR. TI. AVG. F. DIVI AVG. N. Caput Druſi nudum.)(PONTIF. TRIBVN. POTEST. ITER. in area numi S. C. Æ 2. *Morell.* ib. fgg. 11. 12.) *Guſſeme* Ill p. 98. n. 3.) *Angelon.* p. 33.) *Geſner.* Tb. 37. n. 37.) *Harduin.* p. 710.) *Mdb.* p. 72.) *Muſell.* Impp. Tb. 14. fg. 10.) *Patin.* Impp. p. 78.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* V. Tb. 25. fg. 3. p. 236.) *Beger.* Th. Br. II. p. 615.) M. *Theup.* p. 396.) *Hanthaler* Exercit. I. p. 95. — 7. *Epigraphe eadem*, caput idem.)(IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. in *aliis* RESTITVIT. in area S. C. nota Æ 2. *Morell.* ib. fgg 13. 14. *Patin.* Impp. p. 78 et 81. poſterioris meminit ibidem in Indice p. 5.) M. *Theup.* p. 396. vterque, alter REST. alter RESTITVIT. — 8. *Epigraphe eadem*, caput idem.)(In area numi cernitur S. C. nota; in exteriori atque extremo circulo legitur: IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. in ſecundo deinde atque interiori circulo: TR. P. P. P. COS. VIII. RESTITV*it*. Æ. ſed rarior praecedentibus ob duplicatum circulum. *Beger.* Th. Br. II. p. 615.) *Morell.* ib. fg. 15.) *Patin.* Impp. p. 78 et 81.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* V. Tb. 25. fg. 5. — 9. *Epigr. eadem*, caput idem.)(IMP. D. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST*ituit* in area S. C. nota Æ. *Morell.* ib fg 16.) *Patin.* Impp. p. 78. et 81. — 10. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. Caput Druſi nudum.)(TI. CAESAR AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii laureatum. Æ 1 vel 2. *Guſſeme* Ill. p. 98. n. 6.) *Morell.* ib. fgg. 17. 18.) *Vaill.* Pr. I. p. 11. — 11. PIETAS. Caput Liuiae, Tiberii matris, Druſi auiae, velatum, deae Pietatis habitu.)(DRVSVS CAESAR. TI. AVGVSTI F. TR. POT. ITER. *al.* ITERVM. in area S. C. nota. Æ. *Angelon.* p. 33.) N. *Arſchot.* Tb. 17 n. 9.) *Leon. Auguſtin.* Tb. 11. n 10.) *Beger.* Th. Br. II. p. 615, vbi AVG. ſcribitur in numo pro AVGVSTI.) *Geſner* Tb. 37. n. 38.) *Guſſeme* Ill. p. 98. n. 1.) *Harduin.* p. 710.) *Mdb.* p. 72.) *Morell.* ib. fgg. 19. 20.) *Muſell.* Impp. Tb. 15. fg. 1.) *Patin.* Impp. p. 78.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* V. Tb. 25 fg. 4.) M. *Theup.* p. 395. — 12. PIETAS Caput idem velatum)(IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST*ituit*. in area S. C. nota. Æ 2. *Angelon.* p. 33.) N. *Arſchot.* ib. *Mdb.* p. 72. *Morell.* ib. fg. 21.) *Muſell.* ib. fg. 2.) *Patin.* ib.) M. *Theup.* p. 396. — *Al.* ſimilis, ſed IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. RESTITVIT. in area S. C. Æ 2. M. *Theup.* ib. 13. PIETAS. Idem velatum caput.)(IMP. D. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST*ituit*. in area S. C. nota Æ. *Mdb.* p. 72.) *Morell.* ib. fg. 22. — 14. CAESAR DRVSVS. Druſi caput nudum)(.... Templum Veneris Cypriae cum area lapidibus ſtrata in eiuſdem introitu; in medio templi meta erigitur. Ad latera duae ſunt columnae, quibus columbae totidem, Veneri aues ſacrae inſiſtunt Æ 3. a communi Cypriorum *Morell.* Th. Impp. Tb. 9. fgg. 29.

30.) *Vaill.* Col. I. p. 134. *et* Fam. incert.) *Patin.* Impp. — 15. *Al.* ſimilis, ſed Iouis Salaminii inſuper cernitur imago. Æ 3. *Morell.* ib. fg. 31.) *Vaill.* ib. p. 135. et Fam. incert. — 16. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. Caput Druſi nudum.)(MVNICipium ITALICa PERMiſſu AVGuſti. Aquila legionaria cum vexillo inter duo ſigna militaria. Æ. Italicae in Hiſpania Baetica. *Morell.* ib. fgg. 23. 24.) *Vaill.* Col. I p. 133. — 17. DRVSVS CAESAR HI.... ERA. Caput Druſi nudum.)(TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. Caput Tiberii nudum. Æ. ſed difficile erit coloniae nomen indagare. *Morell.* ib. fgg. 27. 28.) *Guſſeme* III. p. 98. n. 7. — 18. GERMANicus ET DRVSVS. Capita oppoſita Germanici et Druſi nuda.)(TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii laureatum, ſubtus ſunt litterae C. I. G. A. id eſt, *Colonia Iulia Gemella Acci*, Hiſpaniae Tarraconenſis colonia Romana. Æ. *Morell.* Tb. 10. fgg. 1. 2.) *Vaill.* Col. I. p. 93. ſed poſt nomina Germani et Druſi addit CAESares; nuda tamen ex *Havercampi* ſententia exſtiterunt nomina, pariter vt in alio numo Accitano, in quo perinde Germanici et Druſi oppoſita ſibi inuicem cernuntur capita apud *Morell.* in Tiberio Tb. 6. fg. 6. — 19. DRVSVS CAESAR GERMANICVS CAESAR. Capita nuda Germanici et Druſi oppoſita.)(PERMiſſu DIVI AVGuſti COLonia ROMulea, Hiſpaniae Baeticae Hiſpalis. Caput Tiberii laureatum. Æ 2. *Morell.* ib. fgg. 3. 4.) *Patin.* Impp. p. 75. ſed male Auguſti Caput eſſe adfirmat, quod manifeſte Tiberii eſt, vnde caſtigantur *Patinus* et *Mediobarbus* a *Vaillantio* Col. I. p. 139 et 144.) M. *Theup.* p. 665. — 20. DRVSVS GERMANICVS CAESARES. Oppoſita ſibi inuicem Druſi et Germanici capita nuda, iuxta capita in media numi parte nomen coloniae C. V. T. *Colonia Victrix Tarraco* Hiſpaniae citerioris, in qua ſignatus eſt numus.)(TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii nudum. Æ 2. *Morell.* ib. fg. 5.6.) *Harduin.* p. 708.) *Eckhel.* Cat. I. p. 8. — 21. *Al.* ſimilis, ſed C. V. T. *Colonia Victrix Tarraco* in ima ſub capitibus exprimitur.)(*Ead. epigr.* ſed capite laureato. *Morell.* ib. fgg. 7. 8.) *Vaill.* Col. I. p. 118. Sic Tarraconenſes Tiberio per filios imperii aeternitatem in Caeſarum familia augurantes, Druſum quidem ex ſanguine ortum, Germanicum vero in adoptionem ipſi datum. Sed nec Druſo, nec Germanico imperium ceſſit; vterque enim ante Tiberium violenta morte ſublatus eſt. — 22. DRVSVS ET GERMANICVS CAESARES TI. AVG. F. Capita Druſi et Germanici aduerſa.)(PRINCIPES IVVENTVTIS. *Guſſeme* III. p. 98. n. 4.

DRVSVS CAES. TRIB. POT. IVL. *al.* IVLIA AVGVSTA. Capita Druſi et Iuliae ſe reſpicientia.)(TI. CAES. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. Caput Tiberii laur. in area C. V. T. *Colonia Victrix Tarraco.* Æ 2. *Auguſtin.* Dial.) *Eckhel.* Cat. I. p. 8.) *Guſſeme* ib. n. 9.) *Patin.* Impp.) *Vaill.* Col. I. p. 118. Conf. *Alex. Xau. Panel.* diſſ. de coloniae Tarraconae numo Tiberium Auguſtum, Iuliam Auguſtam, Caeſaris Auguſti filiam, Tiberii vxorem, et *Druſum Caeſarem* vtriuſque filium exhibente. Tiguri 1748. et Iournal des Savans 1749. Octob. p. 147 ſq.) Diſſertatio in numum, *Druſum* Tiberii filium eiuſque liberos exhibentem, quae legitur in Hiſt. critiq. de la republ. des lettres Tom. I. p. 243 ad 258.) Explication d'une médaille de *Druſus*, dans la quelle on découvre un ſecond Germanicus, dans Mem. de Trevoux 1746. Apr. p. 863 ad 898.

DRVSVS CAESAR NERO CAESAR. Duo Germanici filii Druſus et Nero infelices ex ſellis curulibus aduerſi ſedentes dextras in

in concordiae ſymbolum iungunt; adſcriptum eſt in imo C. C. A. *Coloniae Caeſareae Auguſtae* nomen.)(TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. Caput Tiberii laureatum. Æ. *Haym.* Th. Br. II Tb. 26. fg. 10. p. 226 — *Al.* ſed capita, Neronis ac Druſi aduerſa.)(*Eadem.* Æ 2. *Guſſeme* I. p. 27. et III: p. 99.) *Mdb.* p. 75.) *Vaill.* Col. I. p. 98. — *Al.* ſed duo ſigna militaria, in quorum medio aquila.)(*Eadem.* *Mdb.* p. 68.

DRVSVS ille filius Germanici cum fratre Nerone ſaeuitia Tiberii periit. *Sueton.* vit. Tiber. c. 54. Infelices iſti Caligulae fratres in numis exhibentur inſcriptis: NERO ET DRVSVS CAESARES Ambo equis decurrunt, Nerone dextram protendente.)(C. CAESAR AVG. GERMANICVS PONT. M. TR. POT. in area numi S C. nota. Æ *Angelon.* p. 34. vel 40.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 18. n. 12. modo quod loco CAESARES legitur CAESAR.) *Beger* Th. Br. II. 616.) *Mdb.* p. 75.) *Morell.* Impp. Tb. 15. fgg. 1. 2. Tom. I. p. 540. *et* in Caligula Tb. 6. fgg. 6. 7. p. 683.) *Muſell.* Impp. Tb. 16. fg. 1.) *Patin.* Impp. p. 88. *et* Theſ. p. 10.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* Æ. Tb. 16. fg. 1. 2.) *Occo* p. 104.) *Patarol.* Ser. Augg. Tb. 1. fg. 19.) *Welstereck.* El. Num. p. 212. — *Al.* ſed C. CAESAR DIVI AVG. PRON AVG. PON. M. TR. POT. P. P. cum S. C. nota. *Morell.* in Calig. Tb. 6. fg. 7. 8. — *Al.* ſed in)(C. CAESAR DIVI AVG. PRON*epos* AVG. P. M. T P. III. in medio numo S. C. Æ. *Muſell.* ib. fg. 2. — *Al.* ſed legitur TR. P. II. etc. Æ. *Morell.* in Druſo Tb. 15. fg. 3. — *Al.* ſed TR. P. III. P. P. etc. Æ 2. *Guſſeme* II. p. 51. n. 16.) *Mdb.* p. 77.) *Morell.* in Druſo fg. 5.) *et* in Calig. Tb. 6. fgg. 7. 9.) *Harduin.* p. 715.) *Muſell.* Tb. 16. fg. 7.) *Mdb.* p. 78.) *Patin.* in *Sueton.* p. 184.) *Schulz* MzCab. II. p. 14.) M. *Theup.* p. 399. — *Al.* ſed TR. P. IIII. P. P. etc. Æ. *Mdb.* p. 75.) *Morell.* in Druſo fg. 6. *et* in Calig. Tb. 6. fgg. 7. 10.) *Muſell.* ib. fg. 8) *Hauercamp.* Th. Reg. *Sueciae* Tb. 49. n. 10.) *Mdb.* p. 78.) *Guſſeme* l. c.

NERO CAESAR DRVSVS CAESAR II. VIRI C. C. A *Coloniae Caeſareae Auguſtae.* Capita nuda Neronis et Druſi fratrum ſibi inuicem oppoſita.)(TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. P. M. Caput Tiberii laureatum. Æ *Morell.* Impp. Tom. I. p. 541. Tb. 15. fg. 7.) *Vaill.* Col. I. p. 142.

NERO ET DRVSVS CAESARES QVINQ*uennales* C. I. N. C. *Coloniae Iuliae Nouae Carthaginis.* Capita Neronis et Druſi fratrum ex aduerſo ſibi inuicem oppoſita.)(TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS P. M. Caput Tiberii nudum Praeſtantiſſimum hunc numum egregie illuſtrat *Vaill.* Col. I. p. 143. vbi quoque notat vitioſe editam inſcriptionem apud *Patinum* p. 77. et *Mediobarbum* p. 75. Vitiata etiam inſcriptione eundem Rrr. numum vulgauit *Strada* in Impp. Rom. Geſtis et Numis p. 30. Sine vitio editus in *Morell.* Impp. Tom. I. p. 542. Tb. 15. fgg. 9. 10.) *Spanhem.* Pr. II. p. 322. qui vero litteras: QVINQ. C. VINC. explicari tradit: *Quinquennalis Caius Vincius.*

DRVSVS cognominatus Nero, in Claudiam gentem adoptatus, quod Druſi cognomen viuente Claudio tulit: NERO CLAVD. DRVSVS GERM. PRINC. IVVEN Caput Neronis nudum.)(AGRIPPINA. AVGVSTA. Caput Agrippinae Iun. ſpicea corona ornatum. Æ. *Vaill.* Pr. II. p. 59.

Druſus in Graecis numis legitur: ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΑ, *Druſus Claudius Germanicus,* et *Antonia*, pater et mater Claudii Auguſti. — *Al.* ΔΡΟΥ. ΓΕΡΜ.

ΑΝΤΩΝΙΑ. Aduerſa eorundem Claudii parentum capita. Æ. Claudii. *Morell.* in Claudio Tb. 8. — *Al.* ΑΝΤΩΝΙ ..... ΔΡΟΤ. ΚΑΙΣ. ΓΕΡ. Eadem Antoniae et Druſi capita aduerſa. Æ 2. Claudii. M. *Theup.* p. 839.) *Vaill.* Gr. p. 9. 14. *et* Adpend. Gr. Tb. 2. fg. 6. vid. *Antonia.* — ΔΡΟΥΣΟΣ.

DRVSVS LIBO a M. Liuio adoptatus. *Morell.* et *Vaill.* Fam. Liuia. vid. *Liuia* g.

Dryantilla cuius Auguſti vxor. vid. DRVANTILLA.

Drymodes prius dicebatur, quae nunc *Arcadia*, ſeu deinde Pelaſgus. *Nonn.* ad *Golz.* Gr. vet. p. 60.

D ante S in numis, vt ADSERTOR. — ADSIGNATA. vid. *ſuis locis.*

ΔC. ſubſignatae litterae in n. Aureliani.

ΔC epocha, qua notatus ex monetarii lapſu Gabalorum in Syria numus Commodi apud *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 231. qualem etiam *Pellerin* Mel. de Méd. T. II. p. 99. protulit, ſed L. Veri. Initium epochae Gabalenſis ſupputatur ab A. V. C. 707. adeoque *annus* ΔC vel 204. nullatenus cum annis imperii L. Veri, minus Commodi congruere poteſt. Pone, vt poſuit *Eckhelius*, numerum decadicum in vtroque numo ſcalptoris culpa neglectum, et ſublata difficultas; quamquam ſuapte intelligitur eius remedii tum demum uſum faciendum, quando aliud nullum ſuppetit leuandae difficultati. Poſticae partes interdum vel alienis ſociatae anticis, vel annorum notis laborant. Periculum accumulat quandoque vnus vel alter numerus aeuo conſumtus. Nec raro contingit, vt typarium vrgentibus mallei ictibus aberrauerit, aberrandoque locum negauerit exprimendis poſtremis annorum numeris. Inde prona errandi occaſio. Quare multa prudentia et circumſpectione opus eſt hac in parte chronologo, vt ſuadet *Neumann.* Pop. Num. II. p. 125.

ΔC. *Annus* 204. Leucadis. Conf. *Venuti* diſſertaz. ſopra i Tempietti degl' Antichi, inſerta Vol. II. Diſſertt. Acad. Etruſc. Corton. diſſ. XI. p. 211 ſqq.

Δ. C. Δόγματι Cυγκλήτου, *Decreto Senatus.*

Δ. ε. C. in area Æ. Antiochenſium Syriae in Philipp. Sen. apud *Harduin.* p. 834 cui Δῆμος, *Populus*, *Senatus Conſulto.*

D. SILANVS, *Decimus Silanus.* vid. *Iunia* g.

D. S. I. M. *Deo Soli Inuicto Mithrae.*

ΔSIS. *al.* ΔSISC. *al.* ΔSISCA. *al.* ΔSISCV. *al.* ΔSISCVE. *al.* ΔSISZ. in numis *Siſciae* cuius, in officina *quarta*, cum notis monetariorum variis, in ima parte n. Conſtantii Chlori, Gratiani etc.

ΔSMS XXI. in area et ſubſignatione n. Carini.

D. S. S. in numis Liuiae gentis, quibus roſtrum nauis impreſſum eſt, ac tres hae litterae; an naues illae *Deo Semoni Sanco* fuiſſent ſacrae. Conf. *Fulu. Vrſin.* p. 305.) *Hauercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 83. 244. 245. — Vel an explicandae ſint litterae: *Dedit Suis Sumtibus.* *Hauercamp.* ib. p. 460. — *Eaedem* DSS. litterae incuſae denario Quinctiae gentis. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 64.

ΔT. Seleucidarum *annus* 304. in n. Apameae Syriae. M. *Hunter.* p. 36.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 73. n. 5. vid. *Apamea.*

ΑΤ. in numis Ciliciae eandem Seleucidarum epocham non notant, obſeruante *Eckhel.* Cat. II. p. 186. Minus inde recte eaſdem ΑΤ. litteras in Coryciotarum moneta *Froelich.* Animadu. p. 91. *et* 4. Tent. p. 453. ad *annum* 304. refert.

— in area n. Maſſaliae in Gallia Narbonenſi.

D. T. *Die Tertia. Vaill.* Fam. Volt. n. 5.

D. TVR. in denar. M. Antonii vel *Decimus Turannius*, vel *Decimus Turulius*, vel *Decimus Turdus* eiuſdem Antonii fuit legatus, illa abruptione notatus.

DV. *Diuus* ex omiſſione litterae I. erronea, vel combinata ſunt IV. elementa. Sic DV. CONSTANTINVS PT. AVGG. *Diuus Conſtantinus Pater Auguſtorum*, cognomine Magnus legitur apud *Bandur.* II. p. 282.

D. V. *Donum Voluntarium*, vt vult *Harduin.* Oper. p. 427. 437.

— *Duplex Victoria* apud eundem p. 471.

DVBNO. in barbaris tetradrachmis iuxta *Neumann.* Pop. Num. I. p. 144. — In *aliis* numis Celticis:

DVBNDCON. Caput muliebre.)(DVBNOREIX. Vir ſtans, vtraque manu tenet caput hominis. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 93. fg. 4. inter numos Celticos.) *Guſſeme* III. p. 100. huius principis Celtici nomen idem eſſe cenſet, ac *Dumnorix*, cuius Iul. Caeſar in commentar. meminit.

DVC. pro REDVX. vid. FORT. DVC.

DVCAS cognominatus Conſtantinus IX. e nobiliſſima Ducarum familia ortus, Imperator Ao. 1059. adpellatus eſt. Legitur ΔΟΥΚΑC apud *Eckhel.* Num. Vet. p. 317. vel ΔȣΚΑC, prout apud *Ducang.* p. 139. et *Bandur.* II. p. 758.

Ducenteſima dicebatur vectigal aut a pecuniae numero, aut a parte bonorum pendenda, quod a Caio Auguſto benigne remiſſum eſſe eiuſdem Caligulae numus indicat, in cuius media area hae notae exſtant: R. CC. *Remiſſa Ducenteſima. Spanh.* Pr. II. p. 545 ſq. — Ducentemiſimam hanc a Tiberio impoſitam fuiſſe docuit *Tacitus* L. II. Annal.

Ducetius Calactae conditor, cuius caput in n. Calactae Siciliae apud *Parutam, Torremuzzam*, alioſque. v. *Calacta.*

DVILI. *Duilius* nomen gentile. C. DVILI. *Caius Duilius.*

Duilia gens plebeia, ſiquidem C. Duilius tribunus plebis, ſed conſularis fuit. Nomen deſumſiſſe videtur a voce *duello*, cum a *Polybio, Cicerone*, aliiſque antiquitus vocata ſit *Duellia*. Cuius numi ſuperſtites: 1. Caput Romae galeatum, pone quod ROMA, ante X denarii nota.)(C. DVILI. M. F. *Caius Duilius, Marci Filius.* Caſtor et Pollux in equis decurrunt cum haſtis, aſtris ſupra caput ornati. Æ. *Golz.* in Faſtis ad An. V. C. 494. p. 86.) *Guſſeme* III. p. 100. n. 2.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 15. fg. 14. p. 551.) *Vaill.* Fam. p. 399. — 2. Caput Romae galeatum, retro 𐆖 denarii ſignum.)(C. DVILIVS. in ima parte ROMA. Neptunus in quadrigis decurrentibus, d. tridentem tenet, ſ. equorum habenas. Æ. *Erizzo* p. 12.) *Golz.* Faſt. p. 87. ad A. V. C. 493.) *Guſſeme* ib. n. 1.) *Morell.* ib. fg. 15.) *Vaill.* ib.) *Paruta* inter Graec. et Rom. fg. 6. — 3. Caput Iani bifrontis barbatum.)(M. DVILI. M. F. Nanis, in qua columnae ſpecies videtur, ſubtus RO-

ROMA. Æ. *Golz.* Faſt. p. 100.) *Guſſ.* n. 3) *Morell.* ib. fg. 16.) *Vaill.* ib.

DVILIVS gentile nomen. v. *Duilia* gens.

DVNAHSAV in monſtroſo Æ 3. numo, cuius *Froelich.* 4. Tent. diſſ. de numis monetariorum veterum culpa vitioſis p 381. meminit.

DVNNVS, *al.* DONNVS, Alpium regulus, cuius numus adhuc exſtat. *Spanh.* Pr. II. p. 52. 557. vid. DVRNACVS.

Duo ſenatores ſellis inſidentes, frequens typus in numis conſularibus. vid. *Sella curulis.* — inter modios ſedentes. g. Papiae. *Vaill.* Fam. Pap. fg. 3. — armorum ſpoliis inſidentes. Valeriae g. *Vaill.* Fam. Valer. fg. 30.

Duo templa Herculis. n. Alſiniae g. *Vaill.* Fam. Alſinia fg. 1. vid. *Templa.*

Duo vrbium nomina concordiam vel foedus deſignant. vid. *Concordia.* — ΟΜΟΝΟΙΑ.

Duplex caput a tergo coniunctum. vid. *Biceps.* — *Ianus.*

Duplex cornucopiae coniunctum ad deſignandam principis vel regis eiuſdem imperio futuram omnium rerum abundantiam. v. *Cornucopiae.*

Duplicatio litterarum a) nota pluralis. Sic ſcribitur AVGG. de *Auguſtis duobus.* vid. CONCORDIAE AVGG. — VICTORIA AVGG. — VICT AETERNAE AVGG etc. — Vel ſcriptum eſt AAVGG. vt in n. Licinii: COMITI AAVGG. vel de *tribus Auguſtis* vſurpatur AVGG. *pariter* ac CAESS. *duos*, et CAESSS. *tres* indicat *Caeſares; nec minus* CEBB. et CEBBB. *Ceβαςῶν Auguſtorum* indicat numerum multiplicatum. — Eandem ob rationem in ſequioris aeui numis modo et quidem ſaepius DD. NN. rarius DDD. NNN. *Domini Noſtri* obſeruantur. — In Seueri etiam et Caracallae numis legitur: IMPP. INVICTI PII AVGG. *Imperatores Inuicti, Pii Auguſti.* — In Philipporum autem moneta: I I MM CC FFILIPPIS AVG. Duobus nempe *Imperatoribus Caeſaribus Philippis Auguſtis* ſcilicet patri et filio.

Praeter hoſce Auguſtorum titulos *litterarum duplicatio* pluralis eſt nota, quando occurrit: DD. *Decuriones;* vel DDPP. *Decuriones Poſuerunt.* — D. P. P. *Diis Penatibus.* — DEBELLATORI GENTT. BARBARR. *Gentium Barbararum.* — COHH. PRAET. *Cohortes* Praetorianae, eademque duplicatione in ſimilibus aliis vocabulis.

b) *Duplicatio* alia litterarum eſt iuxta *Priſcianum:* „Longas vocales vetuſtiſſimi geminare ſolebant, prout ΠΑΑΠΙ. — VAARVS. — BAALA etc.

c) *Duplicatio* vero ex caelatorum incuria hinc quoque et inde obſeruatur. vid. ΑΤΤΟΤCCΤΑ loco ΑΤCΟΤCΤΑ — ΔΕΚΚΙΟC pro ΔΕΚΙΟC. *Band.* I. p. 41. — MARCIANNA, Traiani ſoror, quae in aliis ſemper MARCIANA — ΟΤΟΤΑΟΤCCΙΑΝΟC duplicato S. n. Antiochiae Syriae, quod tamen vocabulum in plurimis ſimplici ſigma ſcribitur ΟΤΟΛΟΤCΙΑΝΟC, *Voluſianus.* — CEBACCTH loco CEBACTH. n. Iul. Mamaeae. *Froelich.* Adp. II. nouis Tb. 4. fg. 5. p. 106.

Dupondius, apud *Plinium* et *Bedam Dipondius* ſcribitur; apud *Columellam* obſeruante *Dauſquio*, modo *Dupondius*, modo *Dipondius;* et quod mireris, alteram compoſiti partem *Duo* aut *Dis* eſſe poſſe Claudius adferit, cum tamen, ſi *Dipondius* ſcribas, praeter rem vocem hybridam effeceris.

a) *Ro-*

a) *Romani.* 1. Caput galeatum Martis, vel Palladis, ad cuius occiput nota II.)(Prora nauis ſuperſtantibus II. pd. 6. vnc. 1½ drachm. Conf. Epiſt. de num. aer. vncial. Tb. 1. fg. 1. p. 14. 19. — 2. Alter ei ſimillimus, ſed pd. 5. vnc. 1½ dr. *ibid.* fg. 2.

b) *Velatrenſes.* 3. Caput Iani bifrontis imberbis et coronati. ΙΛΘ-ꓭRA ⊐ in ambitu, II. in centro. pd. 30. vnc. *ibid.* Tb. 2. p. 14. 20. ſed propter enorme pondus non auſus eſt editor, intelligentiſſimorum hominum iudicium ſecutus, a fraudis et adulterini foetus ſuſpicione liberare. — 4. Caput imberbe biceps pileatum.)(Claua erecta, hinc I. inde I. dupondii nota. Inſcriptio eſt ꓘ ꓘΛVOᐅI Etruſca. pd. 10. vnc. 4. dr. *ibid.* Tb. 3. Hic meru vacare omni debet, qui in auerſa parte clauam habeat monetariae illius officinae conſuetam typum, characteribus veris Etruſcis, pondere autem multo minori. *Gorii* Antiq. Etruſc. Tb. 4. fg. 2. ſed loco II. eſt lunula.

c) *Incertus.* 5. Caput Palladis galeatum, ad cuius occiput II.)(Rota ſex radiis conſtans cum II. nota numero. pd. 22. vnc. Epiſt. de n. vncial. Tb. 4. ad incertos numos p. 15. reiecit, etſi prae ſe ferre ſimilitudinem quandam videtur cum numis Nuceriae vrbis, et Vetuloniae, Conf. *Paſſer.* Paralip. Tb. 8. fg. 3.

Durmia gens noua videtur, veteribus incognita; nam cum datum eſt e ciuitatis ius omni Italiae, multae Romam venerunt familiae, quae ſenſim ad magiſtratus peruenere. De nomine huius familiae *Spanhem.* Pr. p. 6. — numi eiuſdem gentis ſunt: 1. M. DVRMIVS III.VIR. HONORI. Caput Honoris.)(CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti. Æ. *Mdb.* p. 28.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 4. fg. 2. — 2. *Al.* ſed Quadrigae triumphales, ex quibus flos apertus ſurgit, in imo exergo S. C. nota. Æ. *Guſſeme* III. p. 100. n. 2.) *Harduin.* p. 699.) *Morell.* Fam. p. 158. fg. 1.) *Vrſin.* a *Patino* auct.) *Vaill.* Fam. — 3. CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum.)(M. DVRMIVS III.VIR. Triumuir nempe monetalis, et quidem Auguſti, et non ſenatus. Aper ſpiculo tranſfixum. Ad ludos ſaeculares retulerat *Vrſinus*, et illum ſecutus eſt *Vaill.* Pr. II. p. 21. ſed in Familiis p. 404. rectius ex *Dion.* Lib. LIII, docuit, deſignari hoc et ſequenti denario venationes, quas praeter ludos equeſtres, natalibus Auguſti aediles ediderunt. Æ. *Cim. Vind.* I. p. 48.) *Guſſ.* ib. n. 4.) *Mdb.* p. 28.) *Morell.* ib. fg. 2.) M. *Theup.* p. 37. — 4. CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum.)(M. DVRMIVS III.VIR. Leo ceruum diſcerpens. Æ. *Golz.* in Aug. p. 35.) *Guſſ.* ib. n. 5.) *Mdb.* p. 28.) *Morell.* ib. fg. 3. et inter Num. Conſular. Tb. 15. fg. 24. p. 552.) *Vrſin.* a *Patin.* auct.) M. *Theup.* p. 36.) *Vaill.* Fam. *et* Pr. II. p. 21. — 5. CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti quernea corona inſigne.)(M. DVRMIVS III.VIR. Pagurus brachiis expanſis papilionem euolantem acetabulis adprehendit. Dudum obſeruarunt eruditi, hoc ſymbolo adumbrari celebre illud Auguſti dictum Σπεῦδε βραδέως, *Feſtina lente.* AV. *Schulz.* Numoph. I. Tb. 4. fg. 2. p. 142.) *Patin.* Fam. *Vrſini* p. 102.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 61. fg. 10. p. 357.) *Vaill.* Pr. II. p. 21. *et* Fam. p. 401.) *Guſſ.* ib. n. 6.) *Mdb.* p. 28.) *Morell.* Fam. p. 158. fg. 4.) M. *Theup.* p. 37. — 6. M. DVRMIVS III.VIR. HONORI. Caput Honoris inter duo aſtra)(AVGVSTO OB C. S. *Ob Ciues Seruatos* in corona quernea. AV. *Guſſ.* ib. n. 3.) *Mdb.* 28.) *Morell.* fg. 5.) *Harduin.* p. 699.) *Vaill.* Fam. p. 401.) *Liebe* Goth. Num. p. 39.) *Vrſin.* a *Patin.* n. 5. 312. — 7. M. DVRMIVS III.VIR. HONORI. Caput Hono-

Honoris.)(CAESAR AVGVSTVS SIGN. RECE. *Signis Receptis.* Parthus genuflexus ſigna reddens. AR. *Guſſ.* ib. 1.) *Mdb.* p. 34.) *Morell.* fg. 6. et in Auguſto p. 34.) *Schulz.* Numoph. I. Tb. 4. fg. 3. p. 143.) M. *Theup.* p. 36. ſed. Æ 3.) *Vaill.* ib. — 8. Epigr. et caput Honoris, vt in praecedente.)(CAESAR AVGVSTVS. Auguſtus Imperator ſtans in curru a duobus elephantis tracto, d. lauri ramum tenet, ſ. ſceptrum. AR. *Guſſ.* n. 2.) *Mdb.* p. 28.) *Morell.* fg. 7. p. 158.) M. *Theup.* p. 36.) *Vaill.* Fam. p. 404. — 9. *Ead. epigr.* ſed taurus coronatur a Victoria per aera volitante. AR. *Vaill.* Pr. II. p. 21.

DVRMIVS vid. *Durmia* gens.

DVRNACVS Galliae Belgicae regulus. vid. DORNACOS prout legitur in Muſ. *Hunter.* p. 128. At in *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 11. ſcriptum offendimus nomen 1 DVRNACVS. Caput iuuenile galeatum alatum.)(AVSCRO. Eques citato curſu. AR 3. *Bouterone* p. 44.) *Guſſeme* III. p. 101. ſed DVRNACO. vti et occurrit in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 93. fg. 6. — 2. *Alius* ſimilis, ſed ſubaeratus. *Eckhel.* ib. n. 2. — 3. DVRNACOS. Caput ſimile.)(Eques citato curſu d. haſtam. *Eckh.* ib. n. 3.) M. *Pembrok.* ib. fg. 7. — 4. DVRNACVS. Caput ſimile.)(DONNVS. Eques citato curſu d. haſtam. AR 3. *Eckhel.* ib. n. 4.) *Guſſeme* III. p. 93 et 101.) M. *Pembrok.* ib. fg. 5.) *Spanhem.* Pr. I. p. 557.

Duſaris idem ac Bacchus, inde *Duſaria* vel Bacchanalia. vid. ΔΟΥΣΑΡΙΑ. — De templo et cultu Duſaris conf. *Suidas.*

Duumuir ex *duo* et *vir*, magiſtratus coloniae erat, qui in vrbe Romae conſul. Certum eſt duumuiros coloniis, vt conſules vrbi, non vltra annum praefuiſſe. Qui alio anno rurſum duumuir factus, τὸ ITER. *Iterum* adiunxit. Tribus menſibus ante magiſtratum deſignabatur. *Galland* Diction. vocabulo *Duumuir.* vid. *Acci, Bilbilis, Buthrotum, Caeſar Auguſta, Calaguris, Calpe, Carthago* Africae, *Carthago* noua, *Celſa. Corinthus, Dertoſa, Ergauica, Illici, Oſca, Turiaſo, Vtica*; it. Fam. *Pomponia, Quintilia* et incertae n. Auguſti, Tiberii, Germanici. — Duumuiri in coloniis honoris cauſa creabantur quoque Imperatores, Caeſares, eorumque filii et reges ſocii. *Morell.* Fam. p. 235. 237. 452. 639. — Singularis eſt numus, in quo Tiberius Corinthi duumuir imperante Auguſto renuntiatur: TI. CAESARE II. VIR. COR. quod munus Caeſar non renuit, ipſi quippe Imperatores duumuiratum non dedignati ſunt, ſi *Spartiano* fides, qui Hadrianum in eius vita duumuirum etiam fuiſſe narrat, vt et ſummos multarum vrbium magiſtratus geſſiſſe. *Vaill.* Col. I. p. 106. Duumuirorum vero nomina a Domitiano ad Gallienum vſque in Corinthiorum numis non amplius ſignata ſunt.

Duumuiri Quinquennales, cum Romae, tum in Italia, ceteriſque coloniis ac municipiis, quinto quoque anno ad cenſum in populo agendum ſunt delecti, permagna immo et curuli muneris auctoritate *Spanhem.* Pr. II. diſſ. X. p. 102 ſq. — Si ſecundo illum honorem adipiſcerentur, *quinquennales iterum* dicebantur. — Obſeruantur II. VIR. QVINQ. in numis Carthaginis nouae, Celſae, Corinthi, Dii, Illicorum; *it.* Fam. Arriae, Popiliae et incertae ſub Auguſto, Caligula et in n. Iubae regis Mauretaniae. — Iidem exacto hoc duumuiratus anno *Quinquennalitii*, honoris ergo compellati ſunt, vti *conſulares* Romae adpellabantur, qui conſulatu defuncti eſſent. *Vaill.* Colon. I. p. 9. 44.

Duum-

Duumuiros Oſcae fere ſemper per ſola cognomina, vt QVIETO ET PEREGRINO in nummis deſignabant, nec ex iis poſſunt eorum familiae cognoſci.

Duumuiri coloniae ducendae dicebantur, licet ipſi numero tres eſſent. *Hauercamp.* ad *Morell* Th. Fam. p. 517. 520. — Duumuiri in coloniis interdum ſacerdotes. *Spanh.* Pr. II. p. 416.

Duumuiri Capuani dicti fuerunt in iſta vrbe praetores contra morem aliorum municipiorum, quibus faſces praeferebantur; poſtea in aliis quoque municipiis duumuiri faſcibus vſi ſunt. *Spanh.* Pr. II. p. 117.

Duumuiri capitales, qui de perduellionis crimine iudicare debebant, ſecundum *Liuium* L. I. c. 26.

Duumuiri nauales, minores magiſtratus extraordinarii, qui creati ſunt, vt claſſi inſtaurandae ac reficiendae praeeſſent, ad tutandam oram maritimam, vbi periculum Romano imminebat populo. *Liuius* L. IX. c 30. XL. c. 18. XLI. c. 1. Conf. *Vaill.* ad Fam. Iunia n. 42.

PRAEF. II.VIR. legitur in numis Calaguris, Corinthi, Leptis.

Dux, de cuius vocis ſignificatione conſulas *Galland* Diction. vocabulo *Dux*.

ΔΞΡ. Seleucidarum *annus* 164 in n. Apamenſium Syriae; *it.* Cyrrheſtarum. *Froel.* Annal. Syr. p. 64. *it.* Alexandri I. Syriae regis. *Froelich.* ib. et *Haym.* Th. Br.

ΔΞC. Aegaeenſium Ciliciae *annus* 264. in numis Macrini et Diadumeniani ſignatus cum eorum epochae initio 707. exeunte Maio copulatus, exhibet annum V. C. 970. ad finem Maii 971. *Vaill.* Gr. p. 242. Scribitur apud *Eckhel.* Cat. I. p. 184. idem annus ΔΞC. in Aegaearum numo Æ 1. ſub Diadumeniano.

— Gazenſium *annus* 264, qui cadit in annum V. C 957. iuncto epochae initio 693. n. Plautillae. *Vaill.* Gr. p. 269.

Δ XXI. in imo n. Floriani, Probi etc. *Harduin.* Oper. p. 877. 878.

Δ XXIR. infra in n. Aureliani.

ΔΥ. Δυῤῥαχινῶν, addito I. ſiue littera, ſiue aliud ſignum eſt. Æ. Dyrrhachii. *Eckhel.* Cat. I. p. 101.

Δ. Τ. Δεινομένη Υἱῶ. *Deinomenis Filii.* n. Hieronis I. apud *Golz.* Sicil. Tb. 13. et *Beger.* Th. Br. I. p. 291.

ΔΥ . . . . ΑΝΔΡΩΝ. vid. *Patrae* Achaiae.

ΔΥ ΞΑ ΑΛ. in angulis litterarum X iunctarum. n. Achaiae. M. *Hunter.* p. 4.

ΔΥΝΑΣΤΟΥ in n. Polemonis. M. *Pembrok.* II. Tb. 67. fg. 1.

Dyndimus Phrygiae Magnae mons, cui Hercules inſidet. v. *Hercules.*

ΔΥΟ in numo aereo, ſed vitiato, qui epigraphen ΤΑΦΙΑΙ. ΔΥΟ. praeferre videbatur, quem pro Taphiae numo, vnius inſularum Teleboidum, venditauit *Kbellius* Adpendic. II. Tb. 3. fg. 8. p. 145 ſq. At numus eſt *Dyrrbacbenus*, qui integerrime legitur ΦΙΛΩΤΑ. ΔΥΡ. apud *Eckbel.* Num. Vet. Tb. 6. fg. 24. p. 96.

ΔΥΟ, *Duo.* ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΥΟ moneta Chiorum. M. *Hunter.* Tb. 17. fgg. 18. 19. *Kbell.* Adpend. II. p. 18 ſq. vid. *Cbios.* In Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 82. n. 9. ſcriptum ΔΥΩ.

ΔΥΡ. Δυῤῥαχηνῶν, *Dyrrachenorum* in Illyrico. Vulgares tritaeque ſunt drachmae, variis magiſtratibus, vel nominibus tribuni, aut poletae, aut monetae praefecti, et quadrato ornato inſignes. vid. *Dyrrhachium.*

ΔΥΡΡΑ. *al.* ΔΥΡΡΑΚ. *al.* ΔΥΡΡΑΧ. In numo Ꝗ. eximiae raritatis Monunii regis Illyriciani inſcripto: ΒΑϹΙΛΕΟϹ ΜΟΝΟΥΝΙΟΥ ΔΥΡΡΑ. Quadratum ornatum, in area quid clauae ſimile.)(Bos vitulum lactans, ſuperne maxilla. *Eckbel.* Num. Vet. Tb. 7. fg. 1. p. 96. 97. Huic fere ſimilem edidit *Pellerin.* Méd. des rois p. 33. ſed primas iam occupauit compilator catalogi Muſei *Theupoli*, qui aliud deſcripſit p. 1203. Verum non ſatis accurate et ΔΥΡΡΑΚ. loco ΔΥΡΡΑ. Eundem numum, qui regem ſaltem eo nomine a veteribus diſſimulatum ſiſtit, commemorant *Froelich.* Not. Elem. p. 136. et *Khevenbüller* Reg. Vet. Num. p. 47. ſed vterque ΔΥΡΡΑΧηνῶν ſcripſit. — Fuiſſe *Monunium Dyrrhachenorum* regulum aut tyrannum, numus ipſe ſatis manifeſtat. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 164. at quo fuerit genere oriundus, ſubtili coniectura attingit *Khevenbüller* ib. p. 46. fuiſſe nempe Dardanorum principem, quem *Liuius* vocat *Honunum*, ſed reſtituendum *Monunum.* Sed enim obturbat non-nihil numus Dyrrachenus *Golzii* cum typo obuio, in quo recepto more bini leguntur magiſtratus, hinc ΜΟΝΟΥΝΙΟΣ, inde ΔΑΜΗΝΟΣ, ex quo videtur *Eckbelio* veriſimilius, Monunium hunc fuiſſe ex popularibus Dyrrhachenis vnum, ſolito primum in ſua ciuitate magiſtratu functum, ſed qui ſubinde, vt ſaepe factum, tyrannidem arripuit. — Obſeruari in his numis meretur littera Σ ad τῦ C effigiata, quae cum in Gentii Illyrici regis numo apud *Eckbel.* Num. Vet. Tb. 6. fg. 23.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 8. fg. 8.) *Khevenbüller.* Reg. Vet. Num. Tb. I. fg. 7. pariter ac in inſulae Iſſae item reperiatur apud *Eckbel.* ib. Tb. 7. fg. 2. et in Muſ. *Hunter.* p. 159. docet, hanc litteram in ea maris Adriatici ora pridem ante natum Chriſtum fuiſſe vſitatam, aut promiſcue adhibitam. — *Alius* numus cum ſolis litteris ΚΟΡ. in vertice prora nauis Ꝗ. qui eadem 1203 pagina Muſei *Theupoli* Monunio tribuitur, eſt *Corcyrae* numus, nulla in hoc numo eius regis facta mentione. *Eckbel.* N. Vet. Tb. 7. fg. 12. p. 105.

Dyrrhachium, Illyrici, *Straboni* L. VII. in Illyride et *Stephano* Δυῤῥάχιον, incolae Δυῤῥαχηνοὶ, hodie eſt *Durazzo*, mari Adriatico adiacens, olim erat Illyrici pars, poſtea Macedoniae attributa, demum ſub Conſtantinopolitanis Imperatoribus noua Epiri metropolis effecta eſt. Priſcis ſaeculis *Epidamnus* vocata, ſed propter inauſpicatum nomen a Romanis Dyrrhachium a Dyrrhachio Neptuni filio dictum; iuxta *Appianum* vero diuerſae olim vrbes Dyrrhachium et Epidamnus. *Noun.* Comment. ad *Golz.* Gr. vet p. 1 ſqq. — Fuit Dyrrhachium Corcyraeorum quidem colonia, ſed eius deducendae auctorem habuit Phalium, genere Corinthium, et ab Hercule oriundum, cumque Dyrrhacheni a finitimis Illyriis vexati Corcyraeorum opem tanquam parentum fruſtra implorasſent, Corinthum ſuam metropolim confeſſi, eiuſque fidei ſe ſuaque omnia dedidere. Neque ea aut conditiones, aut metropoleos iura negauit, opemque celeriter tulit. Haec *Thucydides* L. 1. Conf. Allgemeine Welthiſtorie Tom. VII. §. 108. 141. — Huius in matrem pietatis fidem faciunt numi Dyrrhachii ſignati, in quibus caput Palladis retro claua, adſcriptis litteris ΔΥΡ.)(Pegaſus. Exſtant alii ſimiles, ſed vnico Δ notati, in area claua et piſciculus. — Claua in Dyrrhachenorum moneta ſaepe per aream conſpicitur, et in variis huius vrbis numis auerſae typum facit Et quidem id ſymbolum in numo, quo ſe a Corinthi colo-

coloniam profitetur multum valet; nam refertur commode ad Phalium Corinthium coloniae ducem, quem ab Hercule oriundum *Thucydides* l. c. docet. Quid quod Hercules ſecundum *Appianum* de bell. ciu. L. II. tanquam vrbis conditor a Dyrrhachenis ſit cultús — Superſtites ſunt complures trioboli eiuſdem vrbis, in quorum aduerſa caput Herculis leonis exuuiis tectum, in poſtica pegaſus, et litterae in aliis ΔΥ. in aliis ΔΥΡ. — Victoria alata, coronam vtraque manu gerens, forte ob naualem antiquam victoriam, vt gubernaculum nauis oſtendit, quod infra bouem conſpicitur, vel quod re nauali plurimum valuerunt, Dyrrhacheni. — Plurima numiſmata bouem habent cum lactante vitulo, cui aliquando frumenti ſpica, aliquando etiam nauis clauus, vuae botrus, aratrum, vel aluearia etc. adſunt. *Nonnius* et *Harduinus* hiſce imaginibus nihil aliud putant deſignari, quam agriculturae illos ſtudioſos fuiſſe, agrumque illis fuiſſe compaſcuum, et fertilem, iuxta *Pauſaniam* L. X. Quo ipſo ſupponunt, eandem rem in vtraque numi area figuris ſaltim diuerſis, expreſſam eſſe. Quod, quam alienum ſit a conſuetudine veterum, neſcit *Wachter*. Archaeol. Num. p. 100. quo pacto viros in re numaria ſumme peritos effugere potuerit. *Nonnium* et carpit *Spanhemius* Pr. I. p. 571. quod nihil in illis typis viderit, quia ſcilicet hortos Alcinoi non viderat in areolis et p. 210. mentem ſuam ita explicat, vt a *Begero* quam minime diſſentire videatur. Vtrumque, inquit *Spanhemius* ſymbolum, tum vaccae cum lactente vitulo, tum quadratae areolae cum fructibus, ab antiqua patria ſeu Corcyraeis, quorum erant coloniae Dyrrhachium et Apollonia, iuxta notum coloniarum morem, eſt deſumtum.

a) *Aurei numi* 1. ΦΙΛΩΝ. Vacca ſtans vitulum lactans, ante ſpica, infra apis.)(ΔΥΡ. ΔΑΜΗΝΟΣ. Quadratum, vel horti Alcinoi *Golz.* Graec. vet. Tb. 1. fg. 8. — 2. ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ. Vacca cum vitulo, infra piſcis.)(ΔΥΡ. ΤΕΦΙΛΟΥ. Idem typus. *Golz.* ib. Tb. 2. fg. 1.

b) *Argentei numi.* 3. Vacca ſtans ad ſ. vitulum lactans.)(Flos radiatus, ſicut aſter. 123½ pond. *Peller.* Tb. 11. fg. 8.) M. *Hunter.* p. 129. n. 1. — 4. Typus paullo diuerſus)(Hortus, vt dicitur, Alcinoi. 170. pond. *Peller.* ib. fg. 7.) M. *Hunt.* ib. n. 2. — 5. *Alius* paullo diuerſus. 171¼ pond. M. *Hunt.* n. 3. — 6. *Idem* vaccae vitulum lactantis typus ad d.)(ΔΥΡ. Horti Alcinoi, in area claua. 164½ pond. *Peller.* ib. fg. 6.) M. *Hunt.* n. 4. — 7. *Alius* paullò diuerſus. 167¼ pd. *Eckhel* Cat. Muſ. Vind. I. p. 99. n. 1.) M. *Pembrok.* II. Tb. 9. fg. 1.) M. *Hunt* n. 5. — 8. *Alius*, ſed ſupra bouem piſcis. *Eckh* Cat. n. 2. — 9. *Al.* ſed ΔΥΡ, ſcriptum retrograde ΡΥΔ, ſupra claua. *Eckhel* n. 3. — 10. *Al.* ſimilis, ſed ſupra vaccam mon. [168] pond 161½. M. *Hunt.* n. 6. — 11. *Al.* ſed ſcriptum ΔΥΡΑ. *Eckhel.* ib. n. 4. — 12. Typus idem, ſupra mon. [169])(ΔΥΡ. ΜΑΝΤΙΑΔΑ. Typus idem. 52½ pd. M. *Hunt.* Tb. 25. fg. 12. — 13. Typus idem, ſupra mon [135])(ΔΥΡ ΑΛΕΞΙΩΝΟΣ Typus idem. 52½ pd. M. *Hunter.* p. 129. n. 8. — 14. *Ead.* aduerſa, eodem quoque cum mon. [135])(ΔΥΡ. ΠΑΥΣΑΝΙΑ. Idem horti vel arulae typus. *de Wilde* Sel. Num. Tb. 9. fg. 56. p. 86. — 15. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Bos vel vacca, vitulum lactans.)(ΔΥΡ. ΛΥΣΙΩΝΟΣ. Horti Alcinoi. *Eckhel.* Cat. I. p. 99. n. 5.

Qui ſequuntur, cum praecedente vtriuſque partis typo, et pondedere, et metallo conſpirant; ſunt enim drachmae, omnes vel argentei tertiae formae numi, qui variant tantum ſparſis per aream attributis et magiſtratuum nominibus, quae com-

compendio recenſuit *Eckbel.* ib. p. 99. ad 101. *Nonnius* ad *Golz.* Graec. poletarum, vel tribunorum, vel etiam monetariorum nomina eſſe exiſtimat. *Begerus* poletas reiicit, quod vnus tantum, et quidem annuus fuerit; reiicit et tribunos et praetores, recipit autem monetae praefectos. Recentiores in re tam dubia potius *Wachterum* ſecuti ſunt, qui Archaeol. Num. c. 8. §. 27. has numorum inſcriptiones magiſtratum, ſub quibus numi ſignati ſunt, nomina innuere arbitratur. Leguntur ſcilicet:

16. ΑΛΚΑΙΟΣ.)(ΛΥΣΙΠΠΟΥ. *Eckb.* ib. n. 16.

17. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra aratrum)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *ibid.* n. 7.

18. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra aratrum.)(ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΟΣ. *ib.* n. 8.

19. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra aratrum.)(Idem typus, qui in aduerſa, ſed incuſus. *ib.* n. 9.

20. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra aſtrum.)(ΝΑΡΧΙΔΑ. *ib.* n. 13.

21. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra ſpica.)(ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ. *ib.* n. 12.

22. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra piſcis.)(ΠΑΡΜΗΝΟΣ. *ib.* n. 14.

23. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra apis.)(ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ. *ib.* n. 10.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 9. fg. 1.

24. ΑΛΚΑΙΟΣ. ante bouem ſpica erecta, infra aratrum.)(ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ. *Golz.* Graec. Tb. 1. fg. 6.

25. ΑΛΚΑΙΟΣ. infra ſpica.)(ΧΑΛΚΙΔΑ. *Eckbel.* Cat. n. 11.

26. ΑΛΚΩΝ. infra ſpica.)(ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ. *ib.* n. 16.) Muſ. *Hunter.* p. 129. n. 9.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 9. fg. 2.

27. ΑΛΚΩΝ. infra cornucopiae.)(ΓΟΡΓΗΝΟΣ. *Eckb.* n. 15.

28. ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ. in area claua, infra arcus.)(ΘΕΡΣΙΑ. *Eckb.* n. 17.

29. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. in area claua, infra remus.)(ΛΥΚΟ.... *ib.* n. 18.

30. ΑΡΙΣΤΗΝ. in area ſpica, infra ſertum.)(ΑΡΙΣΤΗΝΟΣ, non vero ΑΡΙΣΤΗΝΩΝ, vt in typo apud *Hanthaler.* Exercit. proem. Tb. 2. fg. 7. obſeruatur; rectius legitur *ibid.* p. 61. 62.

31. ΑΡΙΣΤΩΝ. in area Spica infra botrus.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *Eckb.* n. 19.

32. ΑΡΙΣΤΩΝ. in area ſpica ſupra corona, infra mon. [170])(ΚΛΕΙΤΟΥ. *Eckb.* n. 20.) Muſ. *Hunter.* n. 10. ſed ΚΛΕΙΤΟΡΙΟΥ.

33. ΑΡΧΙΜΗΔΗΣ. infra planta.)(ΝΙ.... ΕΛΕΟΣ, videtur legendum ΝΙΚΟΤΕΛΕΟΣ, vt in quodam Apolloniae numo *Eckb.* n. 21.

34. ΑΡΧΙΜΗΔΗΣ.)(ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ. *ibid.* n. 22.

35. ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ. infra botrus.)(ΘΕΥΤΕΛΕΟΣ. *Golz.* Graec. Tb. 2. fg. 3.

36. ΔΑΖΙΟΣ. in area ſpica, infra botrus)(....ΝΟΣ. *Eckb.* n. 23.

37. ΔΙΟΓΕΝΗΣ.)(ΛΥΣΙΠ..... M. *Hunter.* n. 11.

38. ΔΙΟΣΘΕΝΗΣ. infra duo aluearia aduolantibus apibus, quae ad Meliſſem Dyrrhachii matrem reſpicere *Begerus* exiſtimat Th. Brand. I. p. 455.)(ΟΒΡΙΜΟΥ. *Golz.* Graec. Tb. 2. fg. 2.

39 ΕΥΚΤΗΜΩΝ. in area ſpica, infra botrus.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *Eckb.* n. 24.

40. ΕΥΝΟΥΣ. in area cornucopiae, infra remus.)(ΑΜΥΝΤΑ. *Eckb.* n. 25. M. *Hunt.* p. 129. n. 12.

41. ΕΥΝΟΥΣ. ſuperne aquila fulmini inſiſtens.)(ΔΑΜΑ.... ΕΟΣ. *Eckb.* n. 26.

42. ΕΥΤΥΧΟΣ. infra vuae racemus, ante caduceus.)(ΞΕΑΚΕΣΙΟΣ. M. *Hunter.* p. 130. n. 29.

43. ΕΥΤΥΧΟΣ. iuxta ſpica et botrus.)(ΘΕΟΞΕΝΟΥ. *Eckb.* n. 27.

44. ΕΧΕΦΡΩΝ. ſuperne caput radiatum, in area noctua)(ΖΩΠΥΡΟΥ. *ibid.* n. 28.

45. ΕΧΕΦΡΩΝ. hinc Herculis claua, inde ſpica, infra botrus.)(ΑΣΚΛΑΠΟΥ. *ib.* n. 29.) *Golz.* Graec. Tb. 1. fg. 9.

46. ΖΩΙΛΟΣ. ſuperne caput radiatum, in area noctua.)(ΖΩΠΥΡΟΥ. *Eckb.* n. 30.

47. ΖΩΠΥΡ ....)(.... ΟΛΗΑ. Nonnihil barbarus. *ibid.* n. 31.

48. ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ.)(ΑΡΙΜΝΑΣΤΟΥ. *ib.* n. 32.

49. ΗΡΟΔΟΤΟΣ. infra botrus.)(ΑΡΙΜΝΑΣΤΟΥ. *ib.* n. 33.

50.

50. ΗΡΟΔΟΤΟΣ.)(ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ. *ib.* n., 34.
51. ΘΕΟΔΟΤ.... infra duo pilei.)(ΘΒΡ. *ib.* n. 35. Conf. ſupra n. 38.
52. ΘΕΟΔΟΤΟΣ. ſupra ſtella.)(ΦΑΛΑΚΡΙΩΝΟΣ. Muſ. *Hunter.* p. 130. n. 30.
53. ΙΠ.)(.... ΣΡΑΤΟΥ. *Eckhel.* n. 36.
54. ΚΕΡΔΩΝ. pone palma.)(ΑΡΙΣΤΗΝΟΣ. *Schulz.* Numoph. I. p. 21.
55. ΚΕΡΔΩΝ.)(ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ. *Eckh.* n. 37.
56. ΚΕΡΔΩΝ.)(ΚΑΛΛΗΝΟΣ. *ibid.* n. 38.
57. ΚΕΡΔΩΝ. ante cornucopiae, infra ſerpens baculo conuolutus, ſupra gallus gallinaceus.)(ΝΙΚΥΛΑΟΥ. Muſ. *Hunt.* p. 129 n. 14.
58. ΚΛΕΩΝ. ſuprne aſtrum.)(ΦΑΛΑΚΡΙΩΝΟΣ. *Golz.* Graec. Tb. 1. fg. 10.
59. *Al.* ſimilis, ſed ΦΑΛΑΚΡΙΩΝΟΣ. *Eckhel.* n. 39. cuius magiſtratus nomen iam ſupra n. 52. occurrit.
60. ΚΛΗΣΩΝ.)(ΑΡΙΣΤΗΝΟΣ. *Eckh.* n. 40.
61. ΚΡΗΤΟ.)(ΑΜΥΝΤΑ. *ibid.* n. 41.
62. ΚΡΗΤΟΣ. ante cornucopiae, infra temo.)(*Eadem* Muſ. *Hunter.* p. 129. n. 13.
63. ΚΡΗΤΟΣ. ante vaccam ſpica, in imo vua.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *Schulz.* Numoph. I. p. 20.
64. ΚΥΔΙΗΠΟΣ. ſuperne aquila fulmini inſiſtens.)(ΜΕΝΑΛΚΑ. *Eckh.* n. 42.
65. ΛΕΥΚΙΟΣ.)(ΑΡΙΜΝΑΣΤΟΥ. *ibid.* n. 43.
66. ΛΕΥΚΙΟΣ. infra arcus.)(ΝΕΒΡΙΣΚΟΥ. *ib.* n. 44.
67. ΛΕΩΝΙΔΑΣ. ſuperne caput humanum, ante vuae racemus et hordei ſpica colligati.)(ΦΑ.... ΟΥ. Muſ. *Hunter.* p. 130. n. 15.
68. ΛΕΩΝΙΔΑΣ.)(ΧΑΛΚΙΔΑ. M. *Hunt.* n. 16.
69. ΛΕΩΝΙΔΑΣ. infra ſpica.)(.... ΚΙΔΑ. *Eckh.* n. 45.
70. ΛΥΣΗΝ. ſuperne caput radiatum, in area noctua.)(ΖΩΠΥΡΟΥ. *ibid.* n. 46.

71. ΜΑΧΑ .... in area claua, in tridens.)(Idem typus, qui in uerſa, ſed inciſus. *ib.* n. 47.
72. ΜΑΧΑΤΑ. infra claua.)(ΡΑΙΟΥ. Muſ. *Hunter.* p. 130. n.
73. ΜΑΧΑΤΑΣ. ſuperne caput rad tum.)(ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ. *Beger.* T Brand. I. p. 457.
74. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. ſuperne aquila. ΑΓΑΘΙΩΝΟΣ. *Eckh.* n 48.
75. *Alius*, ſed infra temo. *ibid.* 49.) *Rinck* Numoph. p. 4.
76. ΜΕΝΙΣΚΟΣ, ſupra Victoria v lans, infra nauis gubernaculum. ΑΛΑΑΚΙΔΑ. *Golz.* Graec. Tb. fg. 5.
77. ΜΕΝΙΣΚΟΣ.)(ΑΛΕΞΙΩΝΟΣ. *Ec* n. 50.
78. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. infra remus)(Α ΧΙΠΠΟΥ. *ibid.* n. 51.) de *Wi* Sel. Num. Tb. 9. fg. 55. p. 84 ſed .... ΙΠΠΟΥ.
79. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. deſuper aquila. ΔΙΟΝΥΚΟΥ. *Schulz.* Numoph. I. 19.
80. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. ſupra volucris. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. *Beger.* Th. Br. I. 461.) *Eckhel.* n. 52.) *Gronov.* A tiq. Graec. Theſ. Tom. VI. 2860 et 2908. Tom. VII. p. 414 Muſ. *Hunter.* p. 130. n. 19. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ loco ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.
81 ΜΕΝΙΣΚΟΣ. ſupra Victoria v lans, infra fulmen.)(ΚΑΛΛΩΝ *Beger.* Th. Br. I. p. 460.) *Eck* n. 53.) M. *Hunt.* n. 21.) *Schu* Numoph. p. 19.
82. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. iuxta bouem figu togata gradiens capite tutulato, ori admota. Perſonam illam vacc adſiſtentem colonum aut colon eſſe *Wachterus Archaeol.* Num. 99. adſerit.)(ΑΥΚΙΣΚΟΥ. *Beg* Th. Br. I. p. 459.) *Eckh.* n. 54 *Schulz.* l. c.) *Wachter.* ibid. in figura viri vel feminae adſtan eſt differentia.
83. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. ſupra auis.)(.. ΟΙΤΑΥΙΧ. Muſ. *Hunt.* n. 20.
84. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. ante lucerna.)(ΑΩ... M. *Hunt.* n. 18.
85. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. in area lampas i fra canis currens.)(ΦΙΛΩΤΑ. *E hel.* n. 55.) *Schulz.* ib. p. 19.

86. ΜΝΑΣΗΝ.)(ΚΑΛΛΗΝΟΣ. *Eckh.* n. 56.
87. ΝΙΚΑΝΔΡΟΣ.)(ΓΟΡΓΗΝΟΣ. Numoph. *Ludovic.* p 21.
88. ΝΙΚΗΝ.)(.... ΤΟΒΟΥΛΟ. M. *Hunter* n. 22.
89. ΞΕΝΩΝ. ſupra aquila expanſis alis.)(ΑΓΑΘΙΩΝΟΣ. *Eckh.* n. 57.
90 ΞΕΝΩΝ. ſupra pilei Dioſcurorum, in area hinc ſpica, inde lunula.)(ΑΙ ΙΩΝΟΣ. *Golz.* Graec. Tb. 1. fg. 7.
91. ΞΕΝΩΝ. iuxta ſpica, infra botrus.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *Eckh.* n. 58.) *Schulz.* Numoph. I p. 20.
92. ΞΕΝΩΝ. ſupra aquila.)(ΠΥΡΡΑ. et claua. *Eckh.* n. 59.) Numoph. *Ludov* p. 21.
93 *Alius*, ſed ΠΥΡΡΑΣ, infra claua. M *Hunt* n. 24.
94. ΞΕΝΩΝ. hinc ſpica, inde lampas, ſupra velut duo pilei Dioſcurorum, vel, apiaria ſunt.)(ΦΙΛΑΙΑ. *Beger.* Th Br I. p. 459.) *Eckh.* n. 60.) M. *Hunt.* n. 25.) *Schulz.* ib. p. 20.
95. ΞΕΝΩΝ ſupra aquila, infra canis currens.)(ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ. *Eckh.* n. 61.) M. *Hunt.* n. 23.) *Schulz.* ib. n. 33.
96. ΞΕΝΩΝ. ſupra aquila perticae inſiſtens, iuxta pharetra.)(.... ΠΙΝΟΥ. *Eckh.* n. 62.) *Schulz.* ib. n. 34. ſed integre ΧΑΡΟΠΙΝΟΥ.
97 ΞΕΝΩΝ. ſuperne corona.)(... ΝΕΒΙΣ. ... *Schulz.* ib. n. 35.
98. ΠΑΓΚΑΤΗΣ. in area claua, infra temo.)(ΛΥΚΟΥ. *Eckh.* n. 63.
99. ΠΑΝΚΡΑΤΗΣ. infra ſerpens baculo conuolutus.)(ΔΙΟΔΩΡΟΥ. *Beger.* Th Br I. p. 457.) M. *Hunt.* p. 130. n. 26
100. ΠΕΡΙΓΕΝΗΣ. iuxta ſpica, infra botrus.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *Eckhel.* n. 64
101. ΠΕΡΙΓΕΝΗΣ. iuxta tripus, ſupra corona.)(ΚΡΕΙΤΟΡΙΟΥ. *ibid.* n 65.
102. .. ΕΡΙΓΕΝΗΣ. ſupra caput, iuxta ſpica et botrus colligati)(ΦΑΝΙΣΚΟΥ. ib. n. 66.
103 ΣΙΛΑΝΟΣ. infra fulmen.)(ΑΡΙΣΤΗΝΟΣ. ib n. 67.
104. ΣΤΕΦΑΝΟΣ. infra folia vitis et pampini.)(..... M. *Hunter.* p. 130. n. 27.
105. ΣΤΕΦΑΝΟΣ.)(ΔΕΙΝΟΚΛΕΟΣ. *Eckhel.* n. 68.
106 ΣΤΕΦΑΝΟΣ.)(ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ. *ibid* n. 69.
107. ΣΤΕΦΑΝΟΣ.)(ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ. *ib.* n. 70.
108. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΣ.)(ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΟΣ *ib.* n. 71.
109. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΣ. ſuperne caput radiatum.)(ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ. *ib.* n. 72.) M. *Hunter.* n. 28.
110. ΣΩΣΤΡΙΩΝ. iuxta cornucopiae.)(ΑΜΥΝΤΑ. *Eckh.* n. 73.
111. ΣΩΣΤΡΙΩΝ.)(ΔΑΜΗΝΟΣ *ib.* n. 74.
112. ΣΩΣΤΡΙΩΝ. ſupra caput, iuxta ſpica et botrus colligati)(ΦΑΝΙΣΚΟΥ. *ib.* n. 75.
113 ΦΕΡΕΝΙΚΟΣ. iuxta ſpica.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *ib* n. 76.
114. ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ. iuxta ſpica, infra botrus.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *ib.* n. 77.
115. ΦΙΛΩΝ. infra fulmen.)(ΑΡΙΣΤΗΝΟΣ. *ib.* n. 78.
116. ΦΙΛΩΝ. ſuperne caput radiatum.)(ΜΕΝΙΣΚΟΥ. *ib.* n. 79.
117. ΦΙΛΩΝ. ſupra caput muliebre iuxta ſpica et botrus colligati.)(ΦΑΝΙΣΚΟΥ. ib. n. 80.) M. *Hunter.* n. 31.
118. ΦΙΛΩΤΑ ante tripus, deſuper corona hederacea.)(.... ΤΟΡΙΟΥ. *Schulz.* Numoph. I. p. 20. n. 29.
119. ΦΙΛΩΤΑΣ. infra botrus.)(ΔΑΜΗΝΟΣ. *Eckh.* n. 81.
120. ΦΙΛΩΤΑΣ deſuper caput humanum paruum corona radiata redimitum, in area bubo.)(ΖΩΠΥΡΟΥ. *Golz.* Graec. Tb. 1. fg. 4.) M. *Theup.* p. 1265.
121. ΦΙΛΩΤΑΣ. iuxta lampas.)(ΚΛΕΑΝΟΡΟΣ. *Eckh.* n. 82.
122. ΦΙΛΩΤΑΣ. iuxta torcular, deſuper corona hederacea.)(ΚΛΕΙΝΙΜΟΥ. *Golz.* Graec, Tb. 1. fg. 3.
123. ΦΙΛΩΤΑΣ. iuxta claua.)(ΝΙΚΥΛΛΟΥ. *Eckh.* n. 83.
124. 125 *Alii* duo eiuſdem formae, ſed barbari. *ibid,* n. 84. 85.

126. ΑΡΙΣΤΗΣ. Bos dimidius.)(ΑΥΡ. ΑΡΙΣΤΙΝΟΣ. Horti Alcinoi. Æ 3. *Eckhel.* n. 86.) *Golz.* Graec. Tb.

Tb. 2. fg. 8. — 127. ΦΙΛΩΝ. Bos dimidius, ſupra caput.)(ΔΥΡ. ΜΕΝΙΣΚΟΥ. Horti Alcinoi. Æ. 3. *Eckhel.* n. 87.

128. ΔΥΡ. Caput Palladis, retro claua.)(Pegaſus volans. Æ. 2. editus ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 8. fg. 21. p. 126.) *Paruta* ſimilem perperam Syracuſis contribuit. — 129. Caput Palladis, in area Δ. claua, et piſciculus.)(Pegaſus volans. Æ 2. *Eckhel.* Cat. n. 96. — 130. Caput Palladis, in area Σ inuerſum, et claua.)(Pegaſus volans, infra Δ. Æ. 2. *Eckhel.* ib. n. 97. — 131. Caput Palladis, in area Σ inuerſum, claua et piſciculus.)(Eadem. Æ. 2. *ibid.* n. 98.

Huc etiam referendi videntur *Eckhelio, Pellerinio, Combio* aliiſque ſequentes: 132 ad 135. Caput Herculis imberbe leonis exuuiis tectum.)(ΔΥ. addito conſtanter Ι. ſiue littera illud eſt, ſiue aliud ſignum. Pegaſus volans. Æ 3. *Pellerin.* Lettres p. 197.) *Eckhel.* Num. Vet. p. 126. *it* Catal. n. 99. ad 102. — 136. *Alius* et praeterea infra pegaſum ΑΕ. Æ 3. *Eckh.* Cat. n. 103. — 137. Caput Herculis ad d. exuuiis leonis tectum.)(ΡΥΔ ex inuerſo ſcribendi ordine pro ΔΥΡ. Pegaſus volans ad d. Æ 3. *Peller.* Tom. IX. Epiſt. II. Tb. 4. fg. 6.) M. *Hunter.* p. 131. n. 32. — 138. Caput idem.)(ΔΥΡ. Typus idem, infra ΦΙ. Muſ. *Hunt.* ib. n. 33.

ΕΠC. *An* 285. Arethuſae Syriae, addito epochae 685. initio, incidit in A. V. C. 970.

— *An.* 285. regis Arſacis XV, ΕΠ. C. ΚΟΜ. Φ. *Sub Praetore Cominio Fabio.* n. Pergamenorum.

ΕΠ. ΤΙΤ. ΑΙΛ. ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ. *Sub Tito Aelio Capitolino.* n. Byzantiorum.

EPV. vel EPVL. *Epulones.* L. CALDVS VII. VIR EPVL. *Septemuir Epulonum. Guſſeme* III. p. 156.) *Liebe* Goth Num. p. 26.) *Morell* Fam. p. 101 q) M *Pembrok.* III. Tb. 9. n. 7. vid. *Coelia* gens.

EPXXI. in area et ſubſignatione n. Cari.

EQ *Equeſtris.* EQ. COH. *Equeſtris Cohortis* — EQ. ORD. *al.* ORD N. *Equeſtri Ordini.* — LVD. EQ. *Ludi equeſtres.*

EQ. *Equitum.* EQ. M. *al.* MAG. EQ. *Magiſter Equitum.*

ΕϘΡ. *Annus* Seleucidarum 195. ΕΤ. *al.* ΕΤΟ. ϘΡ. *An.* 195. Antiochiae Syriae.

ΕϘΣ. *An.* 295 Seleuc. in n Apameae Syriae M *Hunter.* p. 35.

Equa obſeruatur in n Sacili Hiſpaniae Baeticae; *it.* Audoleontis Paeoniae regis.

Eques, ſiue figura virilis in equo. Hoc habitu in numis non raro vrbium conditores, aut reges, aut heroes proponuntur. Sic Diomedes Canuſii Apuliae conditor et rex in equo currente, d. haſtam. n. Canuſii.

Eques in denario M. Tullii Deculae ad denotandum cenſum, quem primus rex Tullius inuenit. Poſt autem exactos reges cenſores facti ſunt, et equites citabantur nominatim a praecone in ſua quiſque tribu, vocatuſque equum publicum traducebat, vt in Tullii denario demonſtratur, cenſoribus oſtendens;

Eques nimirum Romanus ſtans, capiſtro equum tenet, quem traducit, laeua haſtam, in imo clipeus, in cenſurae memoriam. Cenſorum enim officium inter alia erat, equiti adimere equum et annulum, ſi quid in eius vita deprehenderent honeſtati contrarium. Etiam equites ante cenſores tranſmittebant equos, et ſi quis equum habere gracilentum aut paruum nitidum viſus erat, impolitiae vel incuriae notabatur.

Eques in numis. vid. Achaia, Acherontia, Alabanda, Amaſtris, Ameſtra, Antiochia Cariae, Aſpendus, Atinum, Biate, Bilbilis, Bizya, Caeſarea Palaeſtinae, Cariſia, Carthago Africae, Celſa, Celtiberi Hiſpaniae, Clunia, Corinthus, Cranum, Cumae Aeolidis, Cyrene, Dardanus, Drepanum, Eburo, Gela, Gothici numi, Heraclea Lucaniae, Hiſpania, Ilerda, Ilipla, Ilium, Iſtrus, Ituci, Ladino, Laelia, Laſtigi, Leontinum, Magneſia ad Maeandrum et ad Sipylum, Myrina, Neapolis Campaniae, Nicaea, Nuceria, Obulco, Olus, Oſca, Philippopolis Thraciae, Rheſaena, Saguntum, Santones Galliae, Sardes, Segobriga, Segouia, Seleucia Ciliciae, Sinope, Sueſſa, Syracuſa, Tarentum, Termeſſus, Theſſalonica, Toledo, Topirus, Troas, Turiaſo, *it.* Fam. Aemilia, Afrania, Calpurnia, Cornelia, Crepuſia, Fonteia, Licinia, Manlia, Marcia, Poſtumia, Quinctia, Sepullia, Sergia, Seruilia, Vinicia; *it.* Reges Macedonum: Philippus I. II., Alexander M. Caſſander, Philippus Aridaeus, Archelaus; *it.* Seleucus I. Syriae, Antigonus Aſiae, Abgarus Edeſſae, Hiero I. Siciliae, Palaeus rex incognitus, heros, Domnus rex Alpium, Ambiorix et Durnacus Galliae Belgicae; *it.* Gothorum reges; Patraeus heros; *it. Impp.* Iulius Caeſar, Auguſtus, Lepidus, Galba, Domitianus, Hadrianus, Antoninus, Pertinax in n. Titianae vxoris apud *Froelich.* 4. Tent. p. 231. Caracalla, Geta, Gordianus Pius, Probus, Decius, Criſpus, Conſtans, Conſtantius Iunior, Saturninus tyrannus, Iulianus Apoſtata, Conſtantius Gallus.

Eques in Æ. Aetoliae prouinciae apud *Dutens* explicat. Tb. 1. fg. 2.

— armatus, cetera nudus, variis modis effigiatus et cum characteribus variis, frequens occurrit in numis Hiſpanicis etc. *It.* in Tarentinis numis *Phalantus* eſſe creditur, quo duce Lacones Tarentum coloniam duxerunt.

— lento greſſu. n. Andegaui Galliae Lugdunenſis.

— coronatus inſidet equo ad curſum incitato. n. Philippi Mac. reg.

— currens, d. haſtam protendit in Hiſpanicis numis frequens typus. *Vaill.* Col. I. p. 12. 38. 43 etc. pariter in numis Familiarum et Imperatorum.

— d. binas haſtas. n. Tarenti Calabriae; *it.* Archelai regis Macedoniae. *Criſtiani* Num. Vet. Tb. 1. fg. 1.

— d. palmae ramum n. Celſae Hiſpaniae, Heracleae Etruſcorum, Ilerdae Hiſpaniae; *it.* Calpurniae gentis.

— ſ. ramum pendentibus taeniis, d. alium equum ducit. n. Sueſſae Campaniae.

— d. frondem, adſilit canis. n. Marciae g.

— d. coronam praetendit, ſ. habenas. n. Neapolis Campaniae.

— ſ. clipeum. n. Gelae Siciliae.

Eques ſed figura more mulierum equo inſidente. n. Celenderis Ciliciae.

— d. elata, ante quem Apollo ſtans. n. Alexandriae Troadis.

— intra quem figura genuflexa, quae equum calceat. n. Tarenti Calabriae.

— binis equis vectus. n. Fam. Marciae et Sepulliae.

— ſingulari equo inſidens. n. Syracuſae.

— — cuius pes dexter humano ſimilis. n. Nicaeae in Gordiano Pio.

Eques Imperator, vel *eius ſtatua equeſtris*. v. Achaia, Acmonia, Aegaea Ciliciae, Aleſa, Alexandria Aegypti, Amaſia, Amaſtris, Amiſus, Amphipolis Macedoniae, Anazarbus, Antiochia Piſidiae, Aphrodiſias, Apollonia Epiri, Auguſta Ciliciae, Bargaſa, Bargylia, Bithynium, Bruza, Byzantium, Caeſaraugusta, Caeſarea Palaeſtinae, Cilbiani Superiores, Clazomene, Corinthus, Cyme Aeolidis, Cyprus inſula, Dioſhieron, Dioſpolis Aegypti, Elaea, Elis, Epheſus, Gortyna, Hadriani, Hadrianopolis, Hadrianotherae, Hiſpaepa, Macedonia, Magneſia, Moſtene, Mytilene, Nicaea, Nicomedia, Nicopolis Epiri, Odeſſus, Pautalia, Pergamus, Perinthus, Philippopolis Thraciae, Phoenicia, Plotinopolis, Samus, Sardes, Smyrna, Syedra, Tabala, Tarſus, Tauium, Thyatira, Traianopolis, Troas; *it*. Archelai regis Cappadociae.

— — vel habitu pacificatoris, d. elata; vel decurrens cum haſta, vel haſtam in barbaros humi proſtratos vibraturus etc. in numis Auguſti, Lepidi, Caii et Lucii Caeſarum, Tiberii, Druſi Senioris, Neronis et Druſi Caeſarum, Claudii, Neronis, Galbae, Othonis, Vitellii, Titi, Domitiani, Traiani, Hadriani, Antinoi, L. Aelii, Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, Commodi, Seueri, Caracallae, Getae, Macrini, Elagabali, Iuliae Paulae, Alex. Seueri, Maximini, Maximi Caeſaris, Gordiani Pii, Philipporum, Decii, Hoſtiliani, Galli, Voluſiani, Aemiliani, Valeriani Sen., Gallieni, Poſtumi, Victorini, Tetrici, Claudii Gothici, Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Cari, Carini, Numeriani, Diocletiani, Maximiani, Carauſii, Conſtantii Chlori, Val. Seueri, Maxentii, M. Conſtantini, Conſtantini Iun., Conſtantis, Conſtantii Iun., Magnentii, Decentii, Nepotiani, Conſtantii Galli, Iouiani, Valentiniani Sen., Valentis, Procopii, Theodoſii I., Honorii, Theodoſii II.

Eques Imp. paludatus, d. ſpiculum gerit, tanquam ad expeditionem bellicam promtus. Æ. Titi, *Morell.* in Tito Tb. 8. fg. 51. p. 364.) *Mdb.* 124.

— cum haſta. n. Fam. Crepuſiae. Fonteiae, Marciae; *it*. Alexandri M. *it*. Impp. Hadriani, Antinoi, Anton. Pii, M. Aurelii, L. Veri, Commodi, Sept. Seueri, Caracallae, Macrini, Maximi, Galli. etc. vid. PROF. AVG. FEL. — PROFECTIO. AVG.

— d. elata. n. Alexandri M. *it*. Impp. Hadriani, Anton. Pii, M. Aurelii, Sept. Seueri, Diocletiani, Val. Maximiani, Conſtantini Iun., Theodoſii Sen. vid. ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. — ADVENTVS AVG. — FELIX ADVENTVS AVG. N.

— et ſ. haſtam. n. Hadriani, Ant. Pii, Elagabali, Conſtantini M. vid. ADVENTVS AVG. — — AOVENTVS (*ſic*) AVGVSTI N.

Eques pacificatoris ritu. n. Fam. Aemiliae, Iuliae; *it.* Impp. Auguſti, Anton. Pii - M. Aurelii, L. Veri, Pertinacis, Sept. Seueri, Caracallae, Getae, Elagabali, Alex. Seueri, Gord. Pii, Decii, Valeriani Sen., Gallieni Saloninae, Val. Maximiani, Conſtantini M. etc. vid. ADVENTVS AVG. *al.* AVGG. vel AVGVSTI. — PROFECTIO A. G.

— ſed praecedente Victoria. n. Alexandri Seueri, Gord. Pii Trai. Decii. vid. VICTORIA GERMANICA. — *it.* Conſtantis v. VICTORIA AVGVSTORVM — *it.* Conſtantini M. vid. VICTORI GENTIVM BARBARR. *Bonarrot.* N. *Carpin.* Tb. 33.

— et praeterea militibus praeeuntibus ac ſequentibus n. Alex. Seueri, v. PROFECTIO AVG. — *it.* Diocletiani.

— praecedente Victoria et ſignifero, ſequentibus duobus aliis militibus, ſigna militaria ferentibus, cum epigr. VICTORIA AVGVSTI. Æ max. Gord. Pii. *Bonarrot.* ib. Tb. 14 fg. 2.

— ſed figura militari equum ducente. n. Sept. Seueri. v. ADVENT. AVGG.

— ſed ſubſequentibus duobus ſigniferis. n. Traiani.

— ſed praecedente et ſequente figura. n. Neronis, Gordiani Pii.

— ſed adſtant tres, *al.* quatuor milites cum ſignis. n. Hadriani. vid. EXERC. *al.* EXERCITVS DACICVS.

— pone quem tria ſigna militaria. n. Caii Caeſaris.

— ſed praecedente milite et duobus ſequentibus. n. Caracallae. vid. PROF. AVGG.

— — ſed tribus ſequentibus. n. Traiani, M Aurelii, L. Veri. v. PROFECTIO AVG. vel AVGVSTI.

— et captiuus humi ſedens n. Conſtantini M *it.* Probi. v. VIRTVS PROBI AVG.

— ſed ante eum barbarus infra in genua prolapſus. n. Sept Seueri, Caracallae, Decentii. *Bonarrot.* ib. Tb. 9. fg. 2. et Tb. 35.) *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 131.

— currens ſupra barbaros duos, *al.* tres, humi proſtratos. n. Caracallae. *Liebe* Goth. Num. p. 217.) *Vaill.* Gr.

Eques d. caduceum. n. Antinoi.

— d. globum, n. Gordiani Pii. v. AETERNITAS AVGVSTI.

— d. globum, ſ. haſtam. n. Alexandri Seu.

— d. ſceptrum. n. Sept. Seueri.

— d. elata, ſ. ſceptrum. Eiuſd.

— cum haſta et clipeo. n. Manliae g. etc.

— citato equo vectus ſ. elata gladium vna cum amputato hoſtis capite. n. Sergiae g.

— decurrens ante Apollinis ſimulacrum. n. Alexandri Seu.

— Imp. adloquitur cohortes. n. Commodi. v. ADLOCVTIO.

— ab aduolante Victoria coronatur. n. Heracleae Lucaniae, Tarenti Calabriae.

— Imp. d. eleuans a Victoria volitante coronatur, ante pedes equi captiuus *al.* duo captiui. n. Caracallae.

— ſed ante eum columna, in cuius apice eſt ſignum Aeſculapii, figura militari eum ſequente. Æ max. Eiuſd. *Bonarrot.* Tb. 9. fg. 6.) *Vaill.* Sel. Num. *Camp* p. 65.

Eques ſed d. extendit verſus mulierem turritam, d. Aeſculapii ſignum tenentem. n. Eiuſd.

— pileo Phrygio tectus aram accedit, cui columna adſtituta eſt, columnae capiti aquila inſiſtit, a tergo equitis arbor. n. Eiuſd.

— eodem pileo ornatus, baculum cum ſerpente tenet. n. Eiuſd.

— iaculum mittens. n. Gelae Siciliae.

— Imp. iaculum vibraturus. n. Alex. Seueri.

— Titus dextra iaculum vibrat in militem proſtratum, gladio et ſcuto armatum. Sine epigr. *al.* addita S. C. nota. Æ 1. Titi. *Beger.* Th. Br. II. p. 635.) *Gorius* ad *Morell.* Th. Imp. II. in Tito Tb. 10. n. 7. qui p. 375. ſuſpicatur equeſtrem ſtatuam Tito poſitam, quae teſtaretur, hoſtes Romani imperii ab eo domitos, et in poteſtatem reductos. Miles ille ſub equo ſtratus, in quem Titus eques iaculum contorquet, forſitan indicat Iudaeum aliquem ab eo proſtratum. — *Al.* Titus eques chlamyde et militaribus armis inſignis, ſ. ſcipionem gerens, d. palladium accipit a Roma galeata, quae dextrum pedem globo imponit, et laeua haſtam praefert, in area S. C. Æ 1. *Morell.* ib. Tb. 10. n. 8.

— Domitianus d. eleuat, ſ. ſcipionem eburneum, cui imminet aquila. *A/.* AR. Æ 2. Domitiani. *Morell.* Impp. in Domit. Tb. 6. fg. 1. Tb. 7. fg. 16. Tb. 8. fg 1. Tb. 14. fgg. 1. 2. 3. 4. Tb. 17. fgg. 17. 18. 19.) *Vaill.* Pr. II. p. 98. Domitianus in numis Titi, vt in patre, eques repraeſentatur, qualis in pompa triumphali de Iudaeis progrediebatur, de quo *Ioſeph.* L. VII. Bell. Iud. c. 17. „Veſpaſianus prior ibat, et Titus deinde ſequebatur; Domitianus autem adequitabat, ipſe quoque ornatus pulcritudine, dignumque ſpectari exhibens equum.

Eques idem toga amictus, d. elata, ſ. gerens eburneum ſcipionem cum iuuenili capite eius vertici inſidente, addita epigr. CAESAR DOMITIAN. COS. DES. in exergo S. C. Æ 1. Titi. *Beger.* Th. Br. II. p. 635.) *Morell.* in Tito Tb 9. fg. 7. p. 370. Equeſtrem ſtatuam S. C. poſitam Domitiano cenſet *Angelonius*, qui hunc numum etiam adducit Tb. 88. n. 4. p. 72. ſed hoc decus ex hoc numo argui non poſſe clamat *Vaillantius.* — Idem typus, ſed *A/* et AR. Domitiani apud *Morell.* in Domit. Tb. 6. fg. 32. *et* Tb. 8. fg. 33. Inſigne illud, addit editor, quod manu gerit, denotat principis iuuentutis collatum ei decus, praefecturam nempe, quam Imperatorum filii obtinebant ſupra nobiles iuuenes ex equeſtri ordine.

— Imp. iaculo *aprum* confodit. Æ max. Gord. Pii. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 89. 90.

— *leonem* conterit adſiſtentibus duobus militibus, cum epigr. VIRTVS AVGVST. n. Traiani. *Mdb.* p. 164.

— *leonem* telo ferit. Æ max. Commodi. *Cimel. Vind.* II. p. 12. vid. VIRTVTI AVGVSTI. — *it.* Gord. Pii.

— in *leonem* currentem ſpiculum vibrat. AR. Conſtantini M. *Khell.* Suppl. p. 236. 240.

— ſed ad pedes equi *leo.* n. Hadriani. *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 21. p. 87. — *Al.* ſimilis, ſed Iouiani. *ibid.* Addend. fg. 12. p. 160.

— in ſerpentem adſurgentem haſtam intorquet. n. Sinopes Paphlagoniae.

Eques Imp. ſupra chimaeram vehitur habitu Bellerophontis. vid. *Bellerophon.*

— Imp. barbarum haſta impetit. v. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. — VIRTVS PROBI AVG.

— haſtam in proſtratum hoſtem vibrat. n. Palaei regis incogniti. *it.* Commodi, Sept. Seueri, Caracallae, Getae, Elagabali, Alex. Seueri, Maximini, *it.* Gordiani Pii. v. ADVENTVS AVG.

— haſtam in barbarum humi ſedentem torquet, praecedit Victoria, lauream offerens, ſequitur miles. n. Alex. Seueri. v. VICTORIA AVGVSTI.

— haſta Germanum genuflexum tranſuerberat. n Domitiani.

— iaculo Armenum iacentem impetit. n. L. Veri.

— vel Parthum iacentem. Æ. L. Veri. *Cimel. Vind.* II. p. 10.

— Imp. ſpiculum in barbarum vibraturus, Victoria per aera coronam ei profert. n. Maximini.

— — impetit captiuum. Æ max. Sept. Seueri. *Vaill* Sel. Num. *Camp.* p 59 — *Al.* ſed pone Imperatorem alter captiuus. n. Sept. Seueri.

— — ſupplantans proſtratum, haſta eundem petit, infra iacente ſcuto. n. Decentii.

— — ante tropaeum, ad eius imum captiuus n. Elaitarum.

— — ſub quo figurae. n. Gallieni ab Epheſiis.

— — equitans verſus duas feminas ſtantes, ſuperuolitat aquila, in imo fluuius muliebri habitu decumbit. n. Sept. Seueri ab Acmonenſibus.

— — pro pedibus fluuius emergens. n. Commodi a Mytilenaeis.

Eques deformis. vid. *Gothici* nummi Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 95. fgg. 3. 6.

— ſingularis. v. *Celes.* — cum palma vel flagro. n. Fam. Calpurniae, Liciniae, Marciae; ſpectat ad ludos Apollinares.

Eques Amazon. n. Achaeorum, Eumeniae, Gortynae, Hierapolis Phrygiae, Moſtenes, Panemotici, Seleuciae Ciliciae, Tabalae, Tripolis Cariae. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 13. fg. 16. vid *Amazon.*

— *Apollo* cum lyra gryphum inequitat Æ max. Antinoi *Bonarrot.* Num. *Carp.* Tb. 37. fg. 1. p. 416.

— *Bacchus.* v. *Bacchus.* inequitans pantheram.

— *Bellerophon.* v. *Bellerophon.*

— *Caſtor.* v. *Caſtor.*

— *Cupido.* v. *Cupido* inequitans delphinum.

— *Cybele.* v. *Cybele* vecta leone. — *Eadem* capite turrito equo vecta, d. ſceptrum, ſ. tympanum. Æ 1. 2. Sept. Seueri. *Vaill.* Pr. II. p. 118.

— *Diana* arcitenens ceruum vel equum inequitans. n. Epheſi, Magneſiae ad Maeandrum, Pherarum. — *Eadem* equeſtris telo leonem petens. n. Traiani. *Mdb.* p. 149. — *Diana* lucifera ambabus facem ardentem. Æ max. Anton. Pii. *Bonarroti* Num. *Carp.* Tb. 3. fg. 1. — *Al.* ſed vtraque manu taedam. v. *Diana.*

— *Lunus* deus. n. Claudiopolis, Iuliopolis, Laodiceae Coeleſyriae,

ſyriae, Neapolis Thraciae ad Meſtum, Olbae, Sagalaſſi, Seleuciae Ciliciae, Trapezi, Traianopolis v. *Lunus*.

Eques Mulier d. extenſa. n. Gortynae. — capite turrito. n. Seleuciae ad Calycadnam.

— *Puer*, delphinum inequitans. n. Iaſſi Cariae in Gord. Pio. vid. *Cupido*.

— *Serpens* vel draco, inſiſtens equo currenti. n. Domitillae vx. Veſpaſiani. *Patin*. Impp. p. 145. it. Domitiani.

— *Syra* dea leoni inſidens. n. Hierapolis Syriae. *Schlaeger*. Rapt. Europae p 15.

— Vir, camelum inequitans n. Boſtrae. — ſed nudus delphino vectus. n. Tarenti.

Equeſter ordo, qualis diſquirit *Galland*. Diction. ſub: *Equeſter ordo*.) *Vaill*. Fam. Iulia ad num. 69.

EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENTutis, ſupra clipeum. AV. AR. Neronis. Cum Romae. Claudius Troiae luſum exhiberet, Neronem a ſe adoptatum declaravit *principem iuuentutis*, vt iis praeſideret; at cum ille ludus eſſet equeſtris, ideo *equeſter ordo* clipeum Neroni fouit, quod Troiam fauorabiliter et conſtantiſſime luſit teſte *Suetonio* c. 7. in eius vita. *Guſſeme* V. p. 216. n. 23.) *Mdb*. p. 88. 89.) *Morell*. in Nerone. *Pedruſ*. Muſ. *Farneſ*. I. Tb. 5. fg. 2. p. 82. it. II. Tb. 15. fg. 2. p. 208. ſed litteris exeſis.) *Vaill* Pr. II. p. 63. — *Al*. intra coronam lauream, addito S. C. Æ 2. Commodi. *Angelon*. Tb. 217. n. 3. p. 178) *Geſner*. Tb. 126. n. 2.) *Guſſeme* II. p. 235. n. 29.) *Harduin*. Oper. p. 785.) *Mdb*. p. 241.) *Muſell*. Impp. Tb. 133. fg. 5.) *Patin*. Impp. p. 208.) Th. Reg. *Sueciae*. Tb. 61. n. 19.) M. *Theup*. p. 542.

Equeſtre certamen ſingulare in denariis Seruiliae gentis. Duo equites decertant, galeatus d. confodit hoſtem haſta, ſ. clipeum tenet, in quo littera M. (*Marcus*) vid. *Seruilia* g.

Equeſtris figura in n. Bizyae, Ilii, Myrinae, Nicaeae, Ptolemaidis, Seleuciae, Stratonicae.

— — cippo impoſita pone templum 4. columnarum. n. Topiri.

— — ſupra aquae ductum. n. Marciae g. *Morell*. Fam. p. 261 fg. 1.) M. *Pembrok*. III. Tb. 6. fg. 9.

Equeſtris ſtatua erat, cum equo ad curſum incitato aliquis inſidens ſculpebatur, eaque imago ex aere, vel lapide, vel ebore facta ponebatur loco celebri. *Plinius* L. XXXIV. c. 5. „Equeſtres vtique ſtatuae Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio a Graecis exemplo; et c. 33. dixerat: „Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium. Inde etiam numis memoriam ita ſeruari voluerunt veteres. — *Equeſtres ſtatuae Auguſti* ſeptem numis rarioribus, iiſque fere ſolum argenteis, a *Vaillantio* ſunt repraeſentatae; ſed aureo a *Khellio* Suppl. p. 9. vulgato, ſeu lituum, ſeu partem nauis ſpectes, ſimiles eſt nullus; an ad Pompeium, an ad Antonium mari victos referendus ſit, argumentis deſtitutus in medio reliquit *Khellius*.

— — *Alexandri Seueri* capite radiato, ante ara vel ciſta. n. Seleucenſium.

— — *Antinoi* pone aedificium. n. Rheſaenae. *Liebe* Goth. Num. p. 312.) *Patin*. Impp. p. 208.

Equeſtris ſtatua Antonini Pii galeata. n. Myrinaeorum, Stratonicenſium.

— — *Arcadii. Band.* II. p. 534.) *Mdb.* p. 523.

— — *Caracallae* d. haſtam a Bizyenis.

— — *Domitiani. Patin.* Impp. p. 156.

— — *Hadriani.* n. Nicaeenſium.

Equiria, ludi quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum. Celebrabantur in campo Martio iuxta Tiberim, et per equeſtres decurſiones agitabantur. Ideo in denario Fabii eques decurrens exhibetur galeatus, d. coronam ex lauro oſtentat, ob decurſionis, quod retulit, praemium. *Vaill.* Fam. Fabia fg. 3.

EQVIS (*ſic* loco EQVES) ROMANVS. Imperator equo inſidens pacificatoris habitu, d. eleuat AV mai. mod. Conſtantini M. *Cimel. Vind.*) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 472.) *Khell.* Suppl. p. 238. 239.

EQVIT. *Equit.* vid. FIDES EQVIT. — PAX. EQVIT. — VIRT. *al.* VIRTVS EQVIT.

EQVITAS (*ſic*) pro AEQVITAS. n. Neruae.

Equites duo decurrentes. n. Caelinae in Italia. Muſ. *Hunter.* Tb. 14. fg. 3.

— duo cum gladiis et clipeis, dimiſſis equis, pedeſtrem pugnam ineunt. AR. Seruiliae g.

— duo decertantes, d. confodit hoſtem. *ibid.*

— tres ex fronte decurrentes, effuſis habenis, praeeunte milite. g. Poſtumiae.

Equites cum palma. vid. *Celeres.*

Equites Caſtor et Pollux. n. Lacedaemonis, Macedoniae, Syracuſae; *it.* Antiochi regis Commagenes; *it.* in poſtica numorum antiquiſſimorum Fam. Aeliae, Anteſtiae, Atiliae, Cupienniae, Domitiae, Itiae, Iuniae, Lucretiae, Marciae, Minuciae, Pinariae, Plautiae, Quinctiae, Scriboniae, Semproniae, Terentiae, incertarum. Conf. Geſchichte der K. Academie der Wiſſenſch. zu Paris T. I. p. 266 ſq. vid. *Dioſcuri.*

— — — aduerſi ſtantes, d. equum capiſtro retinent, ſ. haſtam. n. Amaſtris Paphlag.

Equites Imperatores. ſolebant Romani diuerſo modo pro variis eorum geſtis repraeſentare. Cum aliquis ſolito equi gradu incedit, *profectio* eſt Auguſti; accelerata paſſu, eius *expeditio*; captiuum proſternens, *virtus* Imperatoris; denique lento gradu, *aduentus* eius in vrbem.

— *Caius et Lucius* decurrentes, cum epigr. PRINC. IVVENTVT. in imo C. L. *Principes Iuuentutis* ab equeſtri ordine ſcilicet adpellati *Caius* et *Lucius.* AR. Auguſti. *Vaill.* Pr. III. in Addendis p. 324.

— *Seuerus, Caracalla et Geta*, dextris ſublatis. AV. Seueri. vid. ADVENT. AVGG.

— *iidem* in citis equis. Æ. 2. Getae. vid. PRINC. IVVENT.

— *Carinus* et *Numerianus*, d. elata. v. SPES PVBLICA.

— Diocletianus et Maximianus, d. elata, ſ. haſtam, vel ſceptrum, cum epigr. COMITATVS AVGG. AV. Diocletiani. *Froelich.* Supplem. AV. Impp. in *Gorii* Symb. Litt. p. 142.) *Khell.* Suppl. p. 215.

Equi-

Equites iidem, cum epigr. ADVENT S AVG STORVM. *Guſſeme* III. p. 54. n. 3.

Equites Theſſali apud Graecos in proeliis ſemper maxime deſiderati, omnium enim primi in arte equeſtri excellebant; quidquod Theſſalia equeſtri laude multum pollebat. v. *Theſſalia.*

EQVITVM. vid CONCORDIA EQVITVM. AR Poſtumi Sen. *Harduin* Oper: p. 856) *Vaill.* Pr. II. p. 2.

Equitum tranſuectio erat praecipua cenſurae actio, de qua *Spanhem.* Pr. II. p. 100. vid *Cenſor.*

Equuleus in ſinu complectitur ab Imp equitante. Æ max. mod. Traiani Decii a Samiis Ioniae. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 29 fg. 2. p. 279. 280.

Equus e tellure eductus a Neptuno, vnde apud *Diodor.* L. V. c. 69. Graecis dictus *Hippius*, ſicuti Romanis *Conſus*, qui in Neptuni equeſtris honorem inſtituere *Conſualia. Varro* L. L. Lib V. — Equitandi artem quis docuerit? *Vaill.* Fam. Titur. n. 5.

Equus cernitur in numis Alexandriae Aegypti, Arcadiae, Arporum, Atragis Theſſaliae, Caeſareae Palaeſtinae, Carthaginis Africae, Emporiarum Hiſpaniae Gallicis, Gelae, Hiſpaniae, Lariſſae, Maroneae, Panormi, Perinthi, Phalannae, Pherarum, Romae, Syracuſae, Theſſaliae, Theſſalonicae, Troadis; *it.* Fam. Atiae, Marciae; *it.* Regum Macedoniae, Attilae Hunnorum et regum Celticorum.

Equus integer iuxta palmam ſtans, quaſi ei innixus, *Carthaginis* Africae ſymbolum. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 32. fg. 9. p. 142. vid. *Carthago* Africae.

— *Mauretaniae* ſymbolum. *Oiſel.* ib. Tb. 33. fgg. 2. 3. 4. p. 144. 145. vid. MAVRET. — MAVRETANIA. — *Strabo* L. XIII. teſtatur de Mauris, eos paruis equis vſos, celeribus tamen et manſuetis.

— *Macedoniam* notat; equos praeſtantiſſimos plurimis in locis nutrientem, ac *Theſſaliae*, laude equeſtri multum pollenti minime cedentem. *Spanhem.* Pr. I. p 179. — *Pellaei* equi. vid. *Pella* Macedonum vrbs. Teſtatur *Iuſtinus* L. IX. c. 2. Philippum, Macedoniae regem, Scythis deuictis, viginti millia nobilium equarum, ad genus faciendum in Macedoniam miſiſſe; Macedoniae autem, vt et Theſſaliae, circa Lariſſam, Pellam et Magneſiam praecipue, paſcua ad alendos equos laudatiſſima et nobiliſſima fuere, indicat *Plin.* L. V. c. 56. Hinc fabulati ſunt, in Theſſalia primum ortum fuiſſe equum, et primo ibi domitum. — Syriae reges, qui e Macedonia originem ducebant, generoſis equis delectabantur, et optimo pollebant equitatu, quod innuere videtur equus in n. Seleuci, niſi denotet bellicoſum populum, quo ſymbolo Syro-Macedones egregiam belli fortitudinem demonſtrarent.

— in numis Siculis notat praeſtantiam equorum, inde in n. Panormitanorum equus infrenis modo currens, modo ſaliens. *Burmann.* ad *Dorvill.* Sic. p. 289. 470. — Apud Agrigentinos paſcebantur ad certamina Olympica. *ib.* p. 351. — Equi στεφανηφόροι, a Victoria coronati ſaepe in numis Siculis occurrunt. *ib.* p. 295. quem morem in Graecorum agonibus obſeruatum, illuſtrat *Spanhem.* Pr. I. p. 549. 550.

Equus alatus. vid. *Pegaſus.*

— *alatus* paſcens cum ſymbolis ſolis et lunae. AR. Mithradatis Eupatoris. *Liebe* Goth. Num. p. 134.

Equus Circenſis addito palmae ramo in numis *Burmann.* ad *Dorvill.* Sic. p. 281. 606.) *Hauercamp.* Num. Contorn.) *Vaill.* Fam. Calpurnia.) *Wilde* Sel. Num. Tb. 17. fg. 102.

— liber currens et infrenis, libertatis ſymbolum. *Burmann.* ib. p. 328. 497.

— — n. Arporum Apuliae, Caenios inſulae, Carthaginis Africae, Lariſſae Theſſaliae, Maroneae Thraciae, Mylaſae Cariae, Panormi Siciliae, Salapinorum Apuliae, Teiorum, Turon. Galliae Lugdunenſis; *it.* *Equus* liber citato curſu. n. Hieronis, Iubae I. regum; *it.* Calpurniae g. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 93. fgg. 8 ad 12. *it.* Tb. 94 fgg. 1. 3. 8. 9. 10.

— — quem Victoria ſuperuolat n. Dionyſi I. Syracuſarum tyranni.

Equus effrenis libere decurrens, inter cuius pedes fulmen. n. Theſſalonicae. *Wilde* Sel. Num. Tb. 13. fg. 75. p. 106. — ſed ſuper cuius dorſo ſerpens arrectus cum capite humano. n. Alexandriae Aegypti.

— *cornutus.* n. Seleuci I. Syriae regis. *Froelich.* Ann. Syr. Tb. 3. fg. 29. vid. *Cornu.*

— *deformis.* Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 95. fg. 6.

— *deſultorius* ſine ephippiis decurrens, equeſtres arguit ludos. *Vaill.* Fam. Calpurn. ad n. 8. — ſub quo anguis erectus, ſupra tres globuli. Æ 1.

— — abſque epigr. n. Tetrici Sen. *Mdb.* p. 400.) *Triſtan.* III. p. 326.

— *Diomedis* dilanians hominem nudum, dextra maxilla adprehenſum. n. Traiani.

Equus gradiens. n. Amphipoleos Macedoniae, Anazarbi, Arcadiae, Caeſareae Palaeſtinae, Carm. Hiſpaniae Baeticae, Cymes Aeolidis, Gyrton. Theſſaliae, Hiſpaniae, Macedoniae; *it.* Audoleontis Paeoniae reguli; *it.* Antinoi; *it.* Attilae Hunni.

— — freno ad terram defluente, in tetradrachmis Amyntae III., Perdiccae III., Archelai II., et Alexandri, Macedoniae regum.

— — dextramque eleuans. n. Philippi regis Maced. *Wilde* Sel. Num. Tb. 1. fg. 7. p. 8.

— — cum palmae ramo, ſupra pileus Dioſcurorum. n. Epicteti Phrygiae.

— — in cuius tergo ſerpens. n. Alexandriae Aegypti.

— *iacens.* n. Syracuſarum.

— laxis habenis decurrens ſaepius ad ludos Apollinares pertinet.

— *libere ſtans*, vel ſolutis habenis currens in numis vetuſtis ſymbolum plerumque eſt libertatis. M. *Pembrok.* II. Tb. 95. fg. 2.

— — caput ſuperbe reflectit, in Panormitanis, Syracuſanis, aliiſque Siculis numis paſſim conſpicitur propter praeſtantiam equorum Siculorum, qui apud veteres valde laudantur. *Hauercamp.* ad *Parut.* Tb. 5. fg. 49. p. 62.

— — n. Agyrinae Siciliae, ob equeſtria certamina in memoriam Iolai Herculis ſocii ibi peracta.

— — ſtans vel citato curſu in Arpanorum Apuliae numis ad vrbis nomen adludere videtur; Arporum nempe ſincerum nomen erat Ἄργος ἵππιον, *Argos Hippium*, i. e. Argos equeſtre, ſiue aptum equis. *Plin.* L. III, *Seruius* ad *Virgil.* Aeneid. VIII. vſ. 9. — Idem equus in

in n. Salapiae Apuliae, quae Arporum fuit nauale.

Equus libere ſt. ad Carthaginenſes numos refertur apud *Pellerin.* Num. Pop. et Vrb. Tom. III. Tb. 88. fgg. 5. 6. — Idem equi typus in n. vrbium Adanae Ciliciae. Muſ. *Hunter.* Tb. 2. fg. 16. *it.* Aufidenae vel Aufinae Italiae, apud *Arigon. it.* Camarinae Siciliae, Demetriadis Theſſaliae, Syracuſae, aliarumque vrbium.

— liber ſtans et reſpiciens. n. Panormi Siciliae. *Al.* ſed anteriore pede ſublato. *ibid.* et Cymes Aeolidis.

— liber ſtans cum palma. n. Aninesiorum. *Muſell.* Num. Pop. Tb. 2. fg. 4. — ſed iuxta caduceus n. Carthaginis. — ſtans cum tegumento. Æ. Atiae gentis. *Liebe* Goth. Num p. 221.) *Morell.* Fam. p. 34. fg. 1.) M. *Pembr.* III. Tb. 7. fg. 10.) *Patin.* p. 40.) *Vrſin.* p. 133.) *Vaill.* Fam. I. Tb. 23.

— — ſaliens. M. *Pembr.* III. Tb. 6. fg. 10.

Equus abſque freno paſcens. n. Athenarum, Phenei Arcadiae, Lariſſae Theſſaliae, Alexandri M. etc. — Frequentiſſime in numis Alexandriae Troadis apud *Eckhel.* Num. Vet. p. 197.) M. *Hunter.* Tb. 3.) *Patin.* Impp. p. 289.) *Vaill.* Col. I. 221 ſq. II. p. 16. 22. 45 91. 97. 127. 132. 134. ad vrbem ab omnibus tributis immunem indicandam. Alexander M. Troadem hanc liberam et tributi immunem eſſe primus voluit. Iulius Caeſar Alexandrum imitatus, agrum iis attribuit et libertatem. Inde in plurimis Imperatorum Commodi, Seueri, Caracallae, Elagabali, Alexandri, Mamaeae, Maximini, Valeriani Sen. numis occurrit paſcentis equi typus, qui non modo regionis ſolum paſcuis abundans, ideo equis alendis idoneum indicat, ſed praecipue equus ille liber Troadenſes liberos et omni publico onere immunes arguit; non verò ſpectat ille ad Aeſculapium, vt *Harduinus* contra *Triſtanum* hariolatur ob curam equorum, quam huic deo tributam tradit. *Vaillantii*, dum in hunc equi typum commentatur, ſententia eſt: „vbicunque equus ſe conſpiciendum praebet, notari vrbis ἀλειτουργησίαν, immunitatem ab omni tributo, libertatem a vehiculariae rei onere. Sed enim praeterquam quod conceſſa haec Alexandriae priuilegia ante Caracallam probari vix poſſunt, veriſimilius *Kbellio* videtur, typo equi libere paſcentis opima paſcua, et generoſae ſobolis prouentum indicari, cuius exempla ab aliarum quoque vrbium numis peti poſſunt; quae *Kibellii* ſententia prae altera *Vaillantii* proprior vero eſt. Fuſius de hoc typo *Eckhel.* Num. Vet. p. 197. 198. qui eundem equi typum ad Apollinem refert.

Equus paſcens, pone quem arbor et Silenus, quem Troadenſes maxime venerabantur. — *Al.* ſed a latere equi paſtor, d. pedum gerens. n. Alex. Troadis.

— — et noctua. n. Athenarum.

— — ad latera duo phari, vel taedae duae. n. Byzantii.

Equus ſingularis. v. *Bucephalus.*

— — cui eques inſidet. n. Syracuſae.

— — cuius pes dexter humano ſimilis. n. Nicaeae. *Spanhem.* Pr. II. p. 288. 289.

Equus ſubſultans. n. Amphipolis Macedoniae. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 5. fg. 12.

Equus

Equus Theſſalicus Macedoniae regum ſymbolum in numis, yt Amyntae apud *Froelich.* Not. Eleni. Tb. 4. fg. 2. Conſ. *Spanhem.* Pr. I. p. 375.

— *Troianus* in numo Priami, ſed adulterino.

— *pone Imperatores* in numis poſitus, de quo typo plures recitat antiquariorum ſententias *Bonarrotus* Num. *Carpin.* p. 376 ſq. Prae ceteris ea amplectenda, quae equos referri ad militaria imperatorum facinora ſtatuitur. Quod quidem intelligendum potiori iure eſt, cum Caeſares equitatu multiplici in barbarorum fuerint occurſu. Vim enim Romani exercitus, labente imperio, in equitatu ſtetiſſe, nemo ignorat. Sic buſtum Imperatoris equum freno tenentis in numis Claudii Gothici, Carini, Numeriani, etc. Pariter

Equum d. freno retinet, ſ. clipeum, cui inſculpta lupa cum gemellis et ficus Ruminalis, *Maximianus* laureatus cum lorica ad pectus et aegide. Æ max. *al.* ab vno latere inaurat. ab altero argento illit. ab eodem viriculo et calybe, cum epigr. VIRTVS MAXIMINIANI AVG. Muſ. *Alb.* II. Tb. 103. fgg. 1. 2. 3. p. 87.) *Bonarrot.* Num *Carp.* Tb. 31 fg. 1. p. 376 ſq.) *Bandur.* II. p. 55.

Buſtum Imperatoris ſ *equum* freno tenet, d. lanceam retro palmae ramus. Contorn *Conſtantini M. Band.* II. p. 211.) *Ducang.* Tb. 2. p. 16. *et* diſſ. 14.) *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 50. p. 115.) *Patin.* Theſ. p 208. *Al.* ſimilis, ſed retro galea; *Neroni* adſcribitur. *Hauercamp.* ib. fg. 59. p. 133. 134.) *Onuphr. Panvin.* Lud Circenſ. in Tom. IX. Antiq. Rom. p. 126. — Buſtum *Conſtantii Iun.* equi labia ſ. tenentis, d. clipeum ingentem et haſtam. max. mod. *Hauercamp.* ib. p 166. ex *Strada* p. 183. — Buſtum *Magnentii* ſ equum freno tenet d. haſtam praefert, retro ceruicem galea cernitur. *Hauercamp.* ib. fg. 81. p. 146. — *Al.* fere ſimilis, ſed *Deſiderii* fratris Magnentii, cum epigr. DE ID. N. C et d. potius ſceptrum, quam haſtam tenere videtur, in area hinc roſa cum palma, inde alia roſa. *Hauercamp.* ib. fg 72. p. 147. — Buſtum *Iouiani* ſ. equum, d. lanceam, retro galea, circum: D. N. FL. C. IOVIANVS P. F. AV *Hauercamp.* Num. Contorn. Addend. fg. 12 p 160) Medallion. Ludov. Magni Tb. 40. fg. 4 *Al* ſimilis cum iuuenili facie *Placidii Valentiniani*, ſed a tergo conſpicitur columna quadrilatera, quam idem Imperator in hippodromo crexit. *Hauercamp.* ib. Addend. fg. 13. p. 161.) Medall. Lud. M. Tb. 36. fgg. 1. 2.

Equum freno retinet Diana. n. Alexandriae Aegypti.

— — *Neptunus* nudus, vt equorum domitor. Num. Contorn. *Hauercamp.* fg. 43 p. 106. — *it.* Rhauci Cretae.

— — *Caſtor et Pollux* ſtantes, vterque capiſtro d. equum, ſ. haſtam n. Aeliae Capitolinae, Amaſtris, Cyzici, Lacedaemonis. Laodiceae Cariae, Lappae, Magneſiae Sipyli, Orthoſiae, Paeti, Phocidis, Sagalaſſae, Syracuſae, Tripolis Syriae, Tyndaridis; *it* Antiochi VI. Syriae regis; *it.* Fam. Memmiae, Poſtumiae; *it.* Antonini Pii, M. Aurelii, Commodi, Gerae, Philippi Iun., Poſtumi, Conſtantii Chlori, Maxentii. — ſed ara intermedia. Æ max. Fauſtinae. Muſ *Piſan.* Tb. 24. n. 1. p. 68. — inter quos vero Iupiter Capitolinus ſedens. Æ max. Commodi. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 49.

Equum ducit athleta. Conſ. *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 30. p. 98. *et* fg. 62. p. 136.) *Panvin* Lud. Circenſ. numiſma tribuit Seuero.

— — figura n. Erythrarum, Laodiceae Coeleſyriae, Mamerti, Tra-

Trapezoſis; *it*. Fam. Liciniae; *it*. Auguſti, Claudii, Titi, Traiani, Hadriani, M. Aurelii, Commodi, Caracallae, Getae, Philippi Sen., Probi; *it*. poetarum, ita enim

Equus frenatus a certamine victor reducitur in n. Contorn. *Homeri* apud *Hauercamp*. Num. Cont. virorum doctorum fg. 1. p. 149.) *Cimel. Vindob*. II. Tb. 2. p. 1. ſed tecto equi tergo. — *Al*. ſimilis, ſed *Terentii* eſt. *Hauercamp*. ibid. fg. 4. p. 150.) *Morell*. Fam. Terentia p. 413. — *Alii* duo, ſed *Horatii* cum epigr. ALSAN. *Hauercamp*. ib. fgg. 6. 7. p. 152.) *Morell*. Fam. Horatia fg. 4. p. 198.) *Patin*. in fine notarum ad *Sueton*.

Equum generoſum d. freno ducit *Maurus*, ſ virgulam tenens ad equum gubernandum. Teſte *Strabone* L. XVII. Maurorum equi ſola virgula gubernantur. n. Hadriani, cum inſcr. MAVRETANIA. *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 33. fg. 1. p. 144. — *Al*. eadem cum epigr ſed *Maurus* ſ. equum alacriter incedentem freno tenet, d. haſtam ferens. n. Eiuſd. *ibid*. fg. 3. p. 145. — *Al*. cum epigr. MAVRET*ania* etc. *Maurus* ſtans iuxta equum, aliquo modo ferociter incedentem, arrectis auribus, collo incuruato, iuba denſa et diſperſa, quam Maurus d. adprehendit, dum ſ. haſtam fert. n. Commodi. *Oiſel*. ib. fg. 4.

— ductor eius per inferius labrum adprehenſum manu quaſi ducere videtur, infra cernitur ſcorpio, Africae typus. n. Auguſti, ſine inſcr. *Oiſel*. ib. fg. 5.

— tenet mulier turrito capite. n. Antiochiae Coeleſyriae vel ad Hippum.

— retinet vir nudus. n. Mamerci Catanenſium tyranni, vel Mamertinorum; *it*. Meſſanae Siciliae.

Equum quadrato incluſum ſine inſeſſore ſiſtunt veteres Macedoniae regum numi Amyntae, Alexandri, Archelai, Ptolemai, Perdiccae. *Golz*. Graec. Tb. 29.) *Spanhem*. Pr. I. p. 375. — pariter in quadro. n. Antigoniae vrbis.

Equus generoſus *intra coronam*. n. Theſſalonic. *Morell*. in Auguſto p. 399.

— et corona laureata. n. Carthaginis, Emporiarum, Gelae, et Sepulliae gentis.

— deſuper aſtrum. Æ. Aeni Thraciae.

— ſupra quem caput barbatum. n. Maroneae. *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 5. fg. 1.

— deſuper caput Veneris. n. Cleones Argolidis.

— deſuper Caſtrorum pilei. n. Marciae gentis. *Vaill*. Fam. II. p. 103.

— capite erecto, ſupra quem S. et inter pedes equi pentagoni figura. n. Attilae gentis.

— ſtans, infra quem pentagonum. n. Nuceriae Campaniae.

— ociſſime currens, in cuius dorſo ſerpens ſinuoſus erecto capite. Æ 2. Domitiani, cuius forſitan celeritas et mentis ſagacitas in bellis conficiendis et victoriis reportandis iſto typo deſignatur. *Morell*. in Domitiano Tb. 23. fg. 2. Tb. 24. fgg. 5. 6. 21.) *Patin*. Impp. p. 168. — *Al*. ſimilis, ab Alexandrinis vel Syriis, ſed Domitillae. *Morell*. in Veſpaſ. Tb. 16. fg. 21. Tom. II. p. 324.) *Spanh*. Pr. I. p. 290. II. p. 286.

— ſupra quem ſerpens in gyros caput erigit. Æ 2. Alex. Seueri a Philadelph. Lydiae.

Equus

Equus ſub quo anguis erectus, ſupra tres globuli, infra ROMA. Æ 1.

— modo currens, modo quietus, cum palma in n. Panormitanorum, aliorumque populorum; palma adpoſita notat praemia Hieronicarum.

— et palma. n. Africae, Carthaginis etc. vid. *Palma.*

— cum palma et aſtro. Æ 3. Neronis, cuius equorum ſtudium commendat numulus. *Morell.* in Nerone Tb. 17. fg. 36.

— caduceus, laurea, palma, aſtrum, lyra etc. n. Carthaginis, Caſſandriae, Romae, Syracuſae; *it.* Fam. Marciae; *it.* Mithradatis regis Ponti, et Canobilini Celtici regis.

— et claua. n. Familiae incertae; *it.* Caſſandri regis Macedoniae.

— clipeo inſculptus. n. Honorii.

— cum clipeo. M. *Pembrok.* II. Tb. 94. fg. 12.

—, cupreſſus et taurus. n. Damaſci in Elagab.

— et templum. n. Corinthi.

— et ante ſcorpio. n. Lepidi.

— a tergo. n. Cyzici; *it.* Antinoi.

— pedem vaſi imponit. n. Cumarum Lucaniae.

Equus dimidius vel *equi pars anterior* in numis Siciliae, Magnaeque Graeciae, Syracuſarum et alibi haud infrequens. vid. *Aegaea* Ciliciae. M. *Hunter.* Tb. 3. fg 2. *Atarnea* Myſiae, *Carthago* Africae, *Cephallenia*, apud *Liebe* Goth. Num. p. 178. *Cumae* Campaniae, *Cyme* Aeolidis, *Cyon* Cariae. M *Hunter.* p. 121.) *Peller.* Tb. 67. fg. 38. *Othrytae* Theſſaliae. *Eckhel.* Num. Vet. p. 89. *Panormus* Siciliae, *Poſidonia* Lucaniae, *Scotuſſa* Theſſaliae, *Triacala* Siciliae, *Tricca* Theſſaliae; *it.* *Poſidippus* poeta.

— — in area. n. Athenarum.

Equus dimidius ſaliens. n. Maroneae Thraciae. *Eckhel.* Num. Vet. p. 57. *it.* Tanagrae Boeotiae.

— — decurrens. n Hippiae Theſſaliae. *Wilde* Sel. Num. Tb. 10. fg. 49. p. 75.

— — radiis circumdatus. n. Ceae inſulae. M. *Hunter.* p. 92.

— —, iuxta quem ſtat figura, e regione duae ſunt figurae altera ſtans, altera ſedens, admirantibus ſimiles. n. Alexandri M. *Hauercamp.* Num. Alex. M. fg. 4. p. 36. 37.

Equi dimidium corpus a Victoria coronatur. n. Dionyſii I. Syracuſ. tyranni.

Equus medio corpore, piſcis autem infima parte. n. Lampſacenorum Commodi, Caracallae, Getae. vid. *Equus marinus.*

Equi collum cum capite. n. Aegarum Aeolidis, Carthaginis, Panormi, Pharſali, Romae, Syracuſae; *it.* Demetrii II. regis Syriae, Dionyſii tyranni Siciliae vel Syracuſar. *Burmann.* ad *Dorville* p. 285.

Equi caput proferunt numiſmata Aegaeorum, Carthaginenſium, Demetrii, Hyreſiorum, Nucerinorum, Panormitanorum, Ptolemaei Mauritaniae regis, Romanorum, Temnitarum, Thebanorum, Theſſalorum, aliorumque. v *ſuis locis.* Non vana de cauſa ſignarunt eo ſymbolo numos.

mos. Sic *Demetrium*, ſiue *Poliorcetem*, ſiue *Philopatorem* equi capite equitatus ſui vim et robur commendare voluiſſe, teſtis eſt *Froelichius* Annal. Syr. p. 55. — Cur idem caput *Poenorum* numi oſtentent, certa et explorata ratio eſt, quam *Virgilius* Aen. I. v. 445 ſqq. expreſſit. Philoſ. Tranſact. Vol. LXI. P. I. Tb. 3. fg. 8. p. 91.) M. *Pembrok.* II. Tb. 43. fg. 7. — Nec alia de cauſa *Panormitanorum* in numis equi caput viſitur, quam quod numi illi cuſi fuerint, cum Sicilia Poeni potiebantur. „Acris equi caput, inquit *Havercamp*. Num. Panorm. Tb 10. fg. 94. in auerſa parte cuderunt Panormitani, in gratiam ſcilicet Poenorum. Numiſma igitur percuſſum eſt ſub dominatu Carthaginenſium. *Beger*. Theſ. Palat. p. 285. — Sunt tamen ex illis nonnulli, quos ad *Theſſalos* referre iure poſſis et debeas. *Thebaeorum* in primis, vt enim Phthiotici non ſint, ſed Boeoti, quod *Froelichio* Cimel. Vind. p. 38. placet, Boeotos Theſſaliam priſcis temporibus tenuiſſe atque Aeolenſes adpellatos auctor eſt *Pauſanias* L. X. c. 8. — *Aegaeorum* etiam, qui ad Aegas Aeolidis vrbem pertinent, quas ſi ab Aeolenſibus Theſſalia profectis conditas dicam, non temere dicam. cf. *Odericius* Num. Graec. p. 65. — *Theſſaliae* omnino ſymbolum equi caput; vulgata namque non poetarum ſolum carminibus, ſed hiſtoricorum etiam teſtimonio regionis huius laus, nobilium equorum greges non vno in loco aluiſſe, omnium primam freno domuiſſe et bellicos in vſus armaſſe. *Oderic.* ib. p. 50. — Quid porro ſibi velint, qui *Romanorum* nomen prae ſe ferunt, difficilius ſtatuere. Credamne a Pelaſgis percuſſos, a quibus Romam multo ante Romulum conditam nonnullorum opinio fuit, quam refert *Plutarchus* Vit. Romuli T. I. p. 37.

Equi caput. n. Obulc. Hiſpaniae Baeticae.

Equi caput pone ſcriptum ΟΜΑΛΟC. vid. ΟΜΑΛΟC.

— — iuxta palmae arbor. Carthaginis Africae ſymbola. *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 32. fg 8. p. 140. vid *Carthago*. — pariter poſt equinum caput palma. n Segeſtae Siciliae. Philoſ. Tranſact. Vol. LXI. P. I. Tb. 3. fg. 7. p. 91.

— — ante Neptunum. n. Poſidoniae.

— — infra elephantem. n. Antiochi I. regis Syriae.

— — et corpus leonis. n. Biterrae in Gallia.

— — cui caput bouinum fuerit inuſtum, veluti generoſioribus equis Theſſalicis eiuſmodi notam imprimi moris fuiſſe auctor Etymologici magni pluribus adſerit. vid. *Bucephalus*.

Equi caput cornutum. n. Seleuci I. ac Demetrii I. Syriae regum.

— — criſtatum. n. Cleones Argolidis.

— — frenatum. n. Panormi, Pharſali.

— — infra tres globuli. v. *Triens*.

Equi caput collo tenus frequens in Panormitanis numis, quale apud *Parutam* Tb. 1. fg. 1. Tb. 10. fg. 94. Tb. 12. fg. 120. Tb. 13. fgg. 122 ad 126. Tb. 14. fg. 137. Tb. 15. fgg. 143. 145. Tb. 16. fg. 158. Tb. 17. fg. 169. Tb. 18. fgg. 173. 174. et *Burmannum* ad *Dorvill*. Sicul. Tb 1. fgg. 5. 6. 12. — Similes paſſim obuii ſunt in Carthaginenſium et vrbis Caccabae numis, quos duabus tabulis exhibet *Inveges* Carthag. Sic. L. I. c. 3. ad p. 9. et c. 6. ad p. 34. Tom. XII. Theſ. Siciliae.) *Pellerin*. Num. Pop.

Pop. et Vrb. III. Tb. 88. fg. 8.) M. *Pembrok.* II. Tb. 87. fgg. 5. 6. — Idem caput equinum n. Agrigentinorum. — Pariter equi generoſi et freno coerciti caput ad pectus vſque. *AV.* Dionyſii I. Syracuſarum tyranni.

Equi duo Dioſcurorum bibunt ad fontem ob proelium ad Rhegillenſem lacum. n. Poſtumiae g.

— — lente gradientes in numis Hiſpanicis, equorum enim in Hiſpania abundantia. *Vaill.* Col. I. p. 38.

— — pugnantes. n. Theſſalonicae. — Equus, tanquam victoria exſultans, inſilit in equum alterum proſtratum, adſtante Imperatore, d. telum vibrante, ſ. clipeum tenente, cum epigr. FELICIT. PRAEPARATIO. n. Contorn. Valentis. *Hauercamp.* Num. Cont. Addend. fg. 11. p. 159.) *Bandurius*, *Vaillantius* ac *Mediobarbus* ex *Strada*, ſed male, tradunt.

— — ſupra arcum. n. Conſtantii Chlori.

Equis binis vectus eques. n. Fam. Marciae, Sepulliae.

Equos duos freno detinet Hercules nudus ſ. manu, d. clauam attollit. Æ 2. Nicaeae in Caracalla. *Froelich.* 4. Tent. p. 267. Sunt *Diomedis equi*, qui humanis carnibus a rege paſcebantur. *Pauſan.* Boeotic. c. 26.

Inter *duos equos* athleta, vtraque manu et palmae ramum, et equum ducens; nomen ſuperſcribitur EVTIMIVS, infra equos TYRIEI CAT... pro CART. vt exiſtimat *Hauercamp.* ad fg. 30. Numor. Contorn. p. 98. ob celebrandam ſcilicet Afrorum equorum velocitatem, qui in Circenſibus palmam adepti hocce numiſmate honorantur.

Equus trahit currum, in quo vir, quem Victoria ſuperne aduolans coronat. n. Meſſanae Siciliae.

Equorum bigae. vid. *Bigae.*

— *trigae.* v. *Trigae.*

— *quadrigae.* v. *Quadrigae* — *Anym.*

— currus ſex equorum. Æ max. Probi. *it.* *AV* max. mod. Arcadii. vid. *Currus triumphalis.*

Equi quatuor Solis. v. SOL. DOMIN. P. ROMANI.

Equorum decurrentium nomina ſiue a pedum pernicitate, ſiue ab amore domini deſumta, numis inſcribuntur, quales produxit *Hauercamp.* Num. Contorn. ad Addend. fg. 10. p. 157. AMOR. *al.* TOXX. OTES.) *Morell.* Fam. p. 63.) *Spanhem.* Pr. II. p. 132.) *Vaill.* Fam. Calpurnia ad fig. 8.

Equus marinus parte anteriore equi, poſteriore piſcis figuram habens. vid. *Hippocampus.* — *Piſtrix* vel *Piſtris.* — Equus hic fabuloſus Neptuno tribuitur ob mare, nam equum tridentis ictu ab eo e terra excitum narrat *Diodor.* Sicul. L. VI. hinc et *Hippius* dictus eſt Neptunus. — Eius equi typo Lampſacus Myſiae delectatur, cuius vrbis inſigne fere perpetuum. Proin iure *Pellerin.* Mel. I. p. 132. drachmalem Alexandri M., qui equum hunc oſtentat, huc refert. Multo praeſtantiorem *AR.* 1. huius vrbis ſiſtit *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 6. fg. 3. p. 74. Iupiter in eo ſedens, intra ſellae fulcra equus marinus. vid. *Lampſacus.* — In Corinthia pecunia numquam, in Syracuſana vero ad nauſeam uſque rediens id animal. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 60.

Equus marinus in area n. Neapolis Campaniae, Poſidoniae Lucaniae.

— — cum epigraphe. NEPTVNO CONS. AVG. *Conſeruatori Auguſti*. AR. et Æ 3. Gallienſ. *Vaill.* Pr. II. p. 363. *it.* Æ 3. Tetrici. *Vaill.* Pr. I. p. 222.

— — trahit mulierem d. extenſa ad Cupidinem adſtantem. n. Bruttiorum.

— — cum delphino et tridente. n. Amphiloch. Acarnaniae.

— — *dimidius*. n. Magae regis Cyrenes. *Neumann.* Pop. Num. II. Tb. 3. fg. 17.

Equi marini quatuor trahunt currum Neptuni. Æ Beryti. *Liebe* Goth. Num. p. 168. *it.* n. Corinthi.

— — — in quo duae figurae ſtantes, cum epigr. L. ATRATINVS PRAEF. CLAS. F. C. Æ max. M. Antonii et Cleopatrae. *Vaill.* Pr. III. p. 100. — *Al.* ſimilis, ſed epigraphe eſt: L. BIBVLVS M. F. PR... Æ max. *Cimel. Vindob.* II. p. 3.

ΕΟΥ. *Anno* 495. in AV. Sauromati regis Boſpori. M. *Theup.* p. 1200.

ΕΡ litterarum nexu [195] Ἐρβησσίων, *Erbeſſeorum*. vid. *Erbeſſus*.

ΕΡ. Ἐρέννια, *Herennia*. ΕΡ. ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. *Herennia Etruſcilla Auguſta*. *Band.* I. p. 41 ſq. — ΓΝ. ΕΡ. ϹΑΛΛ. ΒΑΡΒ. ΟΡΒΙΑΝΑ ϹΕΒ. *Vaill.* Gr. p. 141. *Orbiana* numiſmatum ope a recentioribus pro Alexandri Seu. vxore agnita eſt, cum antea Decii eſſe crederetur, vel Hoſtiliani, vt cenſebat *Triſtanus*.

ΕΡ. Ἐρέννιος, *Herennius*. ΕΡ. ΕΤΡΟΥ. ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙ. *al.* Κ. ΕΡ. ΕΤΡ. ΜΕϹ. ΔΕΚΙΟϹ Κ. *al.* ΚΟΥ. ΕΡ. ΕΤΡΟ. ΜΕ. ΔΕΚΚΙΟϹ (*ſic*) ΚΑΙ. *al.* ΚΥ ΕΡ. ΕΤΡ. Μ. ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. *al.* ΚΥ. ΕΡ ΕΤΡ. ΜΕ. ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙ. *Herennius Etruſcus*. *Band.* I. p. 41 ſq.) *Eckhel*. Cat. II. etc.

ΕΡ. vel litteris iunctis mon. [195] Ἐρεσίων, *Ereſiorum*. vid. *Ereſus* inſula Leſbi.

ΕΡ. Ἐρυθραίων, *Erythraeorum*. vid. *Erythrae* Ioniae.

ΕΡ. ligatis mon. [195] litteris. n. Lacedaemoniorum.

ΕΡ. *al.* ΕΤ. ΕΡ. *Annus* 105. Antiochiae in Syria, qui cum illius aerae Iulianae 705. initio copulatus, denotat A. V. C. 810.

— *Annus* 105. Dioſpolis Palaeſtinae, ſi principium epochae 846. adiiciatur, deuenies ad A. V. C. 951.

E. R. *Exercitus Romanus*. GL. E. R. *Gloria Exercitus Romani*.

ERA. *Heraclius*. D. N. ERA... *Dominus Noſter Heraclius et Heraclius* II filius. — ERA CONST. *al.* D. N. ЄRA. CONST. *Heraclius* Conſtantinus, filius Heraclii. *Band.* II. p. 688.) *Eckhel*. Cat. II. p. 542. vid. *Heraclius*.

ERACL. *al.* ERACLIA in n. Tyri ACTIA ERACL. vel ERACLIA, vbi vox *Eraclia* non vrbem *Heracleam* Thraciae, vt *Holſtenius* tradit, ſed ludos denotat iuxta *Harduinum*, in Herculis Tyrii honorem ea in vrbe ſolitos, quorum in aliis eius numis cum litteris Graecis ΗΡΑΚΛΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ mentio occurrit. *Spanhem.* II. p. 579.) *Vaill.* Col. II. p. 40.

ERACLI. — ERACLIO. — ERACLIVS. vid. *Heraclius* I. et filius *Heraclius* II. *Band.* II. p. 684. ſq. et 688.) *Ducang.* Fam. Byzant. p.

p. 112.) *Harduin.* Oper. p. 463.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 33. n. 9 ad 12.) *Spanhem.* Pr. II. p. 639.

ΕΡΑΣΙΠΠΟΣ ΑΡΙΣΤΕΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Eraſippus, Ariſtei* filius, magiſtratum gerens *Magnetum.* vid. *Magneſia.*

ЄRATIANVS loco GRATIANVS ex peculiari litteram G ſcribendi ratione. *Ꟃ.* Gratiani. *Liebe* Goth. Num. p. 363.

Erato Muſa a voce ἔρως, ab *amore* nomen ſortita, quod praeſit his, qui heroum inclyta geſta aut amores canunt. In denario Q. Pomponii huius Muſae caput laurea ornatum cernitur; in)(ipſa ſtans d. tibiam geminam, vel duo plectra tenet, ſ. cubito columnae impoſito, manu mentum ſuſtinet, ex aduerſo MVSA. Elegiam inueniſſe traditur, vnde moeſta ſuſtinet mentum. *Vaill.* Fam. Pompon. fg. 8.

Erbeſſus, vel cum adſpiratione *Herbeſſus. Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 810. 811. *Stephano* · Ἐρβησσός, Σικελίας πόλις, *Erbeſſus, Siciliae vrbs*; *Polybio* L. I. τῶν Ἐρβησσέων πόλις, cui attribuitur argenteus numus, in quo hinc caput Cereris ſpicatum.)(Duae ſpicae in formam coronae iunctae, in cuius medio Ɛ mon. [195] litterarum ΕΡ iunctarum. M. *Pembrok.* II. Tb. 9. fg. 11.) *Guſſeme* III. p. 158.

Ercauica, vel *Ergauica*, vrbs Hiſpaniae Tarraconenſis apud Celtiberos, municipii titulo donata, cuius ciues inter Latinorum veterum populos recenſentur a *Plinio* L. III. c. 4. Diuerſa ab *Ergauica Vaſcorum*; vtramque *Ptolemaeus* diſtincte poſuit, vt gente, ita et ſitu diuerſam. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 103. — Celtiberorum vrbs modo cum ſolo nomine ERCAVICA vel ERGAVICA, modo cum *municipii* titulo Ꟃ. vel MVN. inſcribitur, cui bos municipiorum additur ſymbolum. Hiſpani hodierni, et in his *Moletius*, ſitum eius in loco Alcannis (*Alcaniz*) ſeptem leucis a Dertoſa in occaſum aeſtiuum diſtante, collocant; *Morali* vero *Santaver* vel *Sandaber* videtur. *Guſſeme* III. p. 189. — Diſputat *Anton. Auguſtinus* Dialogo VII. p. 111. an ERCAVICA per C, an ERGAVICA per G ſcribendum ſit, cum et illud repererit in numo Auguſti, niſi forte inferior lineola, quae G a C diſtinguit, aerugine deleta fuerit, quamquam et C ex inſcriptione veteri apud *Gruterum* p. 382. n. 9 firmari poſſit, vbi etiam C loco G legitur: ERCAVIC. Vtraque littera obſeruatur in numis:

a) *Auguſti.* 1. AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti nudum.)(MVN. ERGAVICA. Taurus ſtans. Æ 2. *Cellar.* l. c.) *Vaill.* Col. I. p. 76. — 2. *Al.* ſed capite Auguſti laureato.)(*Eadem inſcriptio*, idemque typus. Æ 2. *Ant. Auguſtin.* Dial. VII.) *Golz.* in Aug. Tb. 49. fg. 15.) *Hard.* Oper. p. 55) *Morell.* in Aug. Tb. 36. fg. 21. p 385.) *Patin.* Impp. p. 34. — 3. *Ead. adu.*)(MVN. ERCAVICA. Taurus ſt. Æ 2. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 7.) *Florez.* Medallas de las Colonias.) *Guſſeme* III. p. 159. n. 1.) *Mdb.* p. 48.

b) *Tiberii.* 4. TI. CAESAR AVGVSTVS. Caput Tiberii laureat.)(ERCAVICA intra coronam ex quercu. Æ 3. *Florez.* ib.) *Guſſ.* ib. n. 3. — 5. *Similis*, ſed ERGAVICA ſcriptum. Æ 3. *Cellar.* ib.) *Hard.* ib.) *Vaill.* Col. I. p. 110. — 6. TI. CAESAR AVGVSTI F. Huius caput.)(ERCAVICA in corona quercea. *Mdb.* p. 69. — 7. TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. Cap. laur.)(MVN. ERCAVICA. C. COR. FLORO L. CAE. ALACRE II.VIR*is*. Bos taeniis vel vitta inter cornua ornatus, ſacrificii ac voti pro Caeſaris atque imperii Romani ſalute peracti ſymbolum.

bolum. Æ 2. *Florez.* ib.) *Guſſ.* ib. n. 2.) *Mdb.* p. 69. — 8. *Similis* in omnibus, ſed ſcriptum ER-GAVICA cum G. Æ 2. *Morell.* in Tiberio Tb. 9. fg. 27. p. 607. *it.* Fam. Cornelia Tb. 7. fg. 6.) *Vaill.* Fam. *et* Col. I. p. 110. ſed auerſa tantum.

ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Α. *Anno Sacro Nouo Primo.* Aquila inſiſtens fulmini, roſtro coronam. Æ Veſpaſ. *Vaill.* Pr. II. p. 91. — *Al.* ſed ante aquilam eſt palmae ramus, Phoeniciae ſymbolum. *Morell.* Th. Impp. II. Tb. 7. fg. 1. p. 283.) *Seguin.* Sel. Num. p. 144.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 737. — *Al.* ſed Β. *Secundo* anno. Aquila alis expanſis clauae inſiſtens, roſtro coronam, ante palmae ramus, intra pedes aquilae luna creſcens. AR. a Tyriis, *Morell.* ib. fg 2. p. 284.) *Vaill.* Pr. II. p. 92.) *Guſſeme* VI p. 537. n 137.) M. *Pembrok.* III. Tb. 86. fg. 3.) *Harduin.* l. c. — *Al.* ſed Γ. *Tertio* anno. Aquila inſiſtit clauae, roſtro coronam lauream, ante illam ramus palmae. *Morell.* ib. fg. 5. — *Al.* ſed Δ. *Quarto* anno. Aquila baſi vel arae lemniſcis ornatae inſiſtens, inter alam dextram caduceum gerit, ante dextrum pedem palmae ramus ſurgit. *Morell.* ib. fg. 6. — *Al.* ſimilis atque eodem cum Δ. *quarti* anni nota, ſed ad vtrumque pedem lauri ramus depingitur. *Ant. Zantanus* et *Aen. Vicus* inter AR. Num. Veſpaſ. n. 43. — *Al.* ſed pro pedibus alitis duae ſpicae prodeunt. *Vaill.* Pr. II. p. 92.) *Harduin.* p. 737. — ſed Η. *Octauo* anno. Templum Veneris Paphiae, in cuius meditullio dea ſub metae forma Muſ. *Alb.* I. Tb. 8. fg. 1. p. 15.) *Morell.* ib. fg. 8.) *Hard.* ib.) *Vaill.* Pr. II. p. 93. — *Al.* ſed Iupiter barbatus et palliatus ſtans, d. pateram tenet, ſ innixa ſcipioni, cui aquila inſiſtit. *Morell.* ib. fg. 9. p. 285.) *Seguin.* Sel. Num. p. 144.) Th. Reg. *Sueciae.* Tb. 52. n. 23. 24.) *Vaill.* Pr. II. p. 93. — *Al.* ſed Θ. *Nono* anno. Idem Iouis typus. *Morell.* ib.) *Patin.* Theſ. p. 59.) *Harduin.* p. 737.) *Vaill.* ib.

c) *Titi*, pariter AR. max. mod.

ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ. ΙΕΡΟΥ Β. *Anno Nouo Sacro Secundo* Aquila inſiſtens clauae, roſtro coronam, ante palmulam gerens. Muſ. *Alb.* I. Tb. 8. fg. 2. p. 15. — *Al.* ſed inſcriptio eſt; ΤΙΤΟΥ ΦΛΑΦΙΟΥ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. *Titi Flauii Veſpaſiani, Anno Nouo Sacro Secundo.* Caput Titi laureatum in area lituus. *Gorius* ad *Morell.* in Tito Tb. 7. fg. 1. p. 335.

ex Muſ. *Mediceo* Claſſ. II. Tb. 10. n. 111. p. 67.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 30. fg. 2. p. 249. ſed Τ. ΦΛΑΟΥΙΟΥ..... ΙΕΡΟΥ Β. — *Al.* ſed legitur: ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. omiſſo ΕΤΟΥΣ vocabulo. Aquila roſtro coronam, inſiſtens fulmini. *Morell.* ib. fg. 2. p. 357.) *Vaill.* Pr. II. p. 100.) *Harduin.* p. 737. — ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Η. *Anno Nouo Sacro Octauo.* Aquila inſiſtens clauae, in roſtro corona eſt, ante ramuſculus. M. *Alb.* I. Tb. 8. fg. 3. p. 15.) *Beger.* Th. Br. II. p. 630. — *Eadem inſcr idemque annus*, ſed templum Veneris Paphiae, vt in patre Veſpaſiano. *Bellor.* Tb. 14. p. 73.) *Hard.* p. 737.) *Morell.* in Tito Tb. 7. fg. 3.) *Patin.* Theſ. p. 59.) *Seguin.* Sel. Num. p. 145.) *Vaill.* Pr. II. p. 100.

d) *Domitiani tetradrachmales:*

ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. *Anno Nouo Sacro Secundo.* Aquila fulmini inſiſtens, palmam ſtringit. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 31. fg. 1. p. 255 ſqq. — ſed additum Η. *Octauo* anno. Aquila alis expanſis clauae inſiſtens, roſtro lauream coronam praefert, in area palmae ramus; forte a Tyriis Phoeniciae ob clauam, cui aquila inſiſtit. *Morell.* in Domitiano Tb. 8. fg. 4. Tom. II. p. 424.) *Vaill.* Pr. II. p. 109. — *Idem annus*, ſed aquila pedibus fulmen tenens; forte a Seleucenſibus Syriae cuſus. *Morell.* ib. fg. 5. p. 425. — ſed ante aquilam palmae ramus. *Hard.* Oper. p. 737.) *Guſſ.* III. p. 90. n. 125.) *Vaill.* l. c. — *Ead. epigr.* idemque Η. *Octauus* annus. Iupiter ſtans, d. pateram, ſ. ſceptrum, ſiue haſtam breuem tenet, cui aquila inſidet. *Morell.* ib. fg. 6.) *Seguin.* Sel. Num. fg. 18. p. 144. — ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Θ. *Anno Nouo Sacro Nono.* Idem Iouis ſtantis effigies. *Morell.* ib. fg. 7.) *Vaill.* ib.) *Guſſ.* ib. n. 124.) *Liebe* Goth. Num. p. 367.) *Hauthaler.* Exercitat. V. Tb. 3. fg. 15. — *Al.* ſed templum Veneris Paphiae, in cuius penetrali deae ſimulacrum metae formae, vt in patre ac fratre Tito. *Morell.* ib. Tb. 8. fg. 8. p. 426. — ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ, *Anno Nouo Sacro Vndecimo.* Aquila alis expanſis, roſtro coronam, pede ramum tenet. *Hard.* Oper. p. 737.) *Khell.* Suppl. p. 48.

e) *Neruae*, eiuſdem moduli ac typi.

ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Α. *Anno Nouo Sacro Primo.* Aquila fulmini inſiſtens, ante palmae ramus. *Guſſeme* V. p. 228. n. 53.) *Hard.* p. 737.) *Vaill.* Pr. II. p. 116. — *Al.* ſimili typo, ſed Β. *Secundo* anno. *Hard.* ib.) *Vaill.* ib.

ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΤΡΙΤΟΥ, *Anno Nouo Tertio.* n. Domitiani. *Harduin.* ib. ex *Patini* indice p. 9.

ΕΤΟΥΣ ΝΙΚΗΣ, *Anno Victoriae* ſcil. Actiacae, vel V. C. 723. in n. Antiochenſ. Syriae ſub Auguſto; eo autem mortuo Iulianam Anni 705. receperunt ſub Tiberio. *Vaill.* Pr. II. p. 66.) *Belley* Mem. de l'Acad. de B. L. T. XXX. p. 273 ſq.

ΕΤΟΥΣ ΠΕΜΠΤΟΥ, *Anno Quinto.* n. Alexandriae Aegypti.

— ΡΞΕ loco ΡΞΕ. *An.* 165. Amiſi. n. Hadriani. *Khell.* Suppl. p. 71.

— ΡΞΓ. *An.* 163. eiuſd. *Vaill.* Pr. II. p. 151.

— ΡΞϚ. — 166. eiuſd. vrbis in Sabina. *Khell.* ib. 75.

— ΡΞΘ. — 169. Amiſi in Sabina et L. Aelio. *Vaill.* Pr. II. 156. 158.

ΕΤΟΥΣ

ΕΤΟΥΣ ΡΠΘ. *An.* 189. Amiſſ V. C. 909. n. Anton. Pii. *Khell.* Suppl. p. 82.

— ϹΗ. *An.* 208.

— ϚΙΘ. — 219.

— ϹΛΕ. — 235.

— ΣϞΖ. — 297.

ΕΤΟΥΣ ΤΕΤΑΡΤΟΥ, *Anno Quarto* Imperii. n. Alexandriae Aegypti.

— ΤΡΙΤΟΥ. *An. Tertio* eiuſd. vrbis, vel ordine retrogrado ΥΟΤ-ΙΡΤ ΣΥΟΤΕ in Domitiano. *Morell.* Th. Impp. II. p. 481. Tb. 23. n. 7.

ETR. *Etruſcus* vel in Graecis

ΕΤΡ. *al.* ΕΤΡΟ. *al.* ΕΤΡΟΥ. Ἐτρύ-σκος. vid. *Herennius Etruſcus.*

ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ, *Etruſcilla.* vid. *Etruſcilla.*

ΕΤΡΟΥϹΚΟϹ, *Etruſcus.* vid. *Herennius Etruſcus.*

ETRV. *Etruſcus.* HEREN. ETRV. *al.* M. HE. ETRV. MES. QV. DECIVS CAESAR. *Band.* I. p. 38. 39. 40. vid. *Herennius.*

ETRVC. (*ſic*) in Æ I. Herenniae Etruſcillae: C. HERENNIA ETRVC. AVG. *Alii* legunt: CA-LEONNIA ETRVC. AVG. *Band.* I. p. 31.

Etruria Romanis, Graecis Τυῤῥη-νία, *Tyrrhenia* dicta fuit, quae a Macra fluuio, Liguriae fine, ad Tiberim vſque regio patet. *And. Schott.* ad *Golz.* Sicil. vet. p. 310.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 368. — Id nomen *Etruriae* Latini veteres ſine adſpiratione ſcripſerunt; etiam deriuatum *Etruſci*, quod ex inſcriptionibus vetuſtis manifeſtum eſt. Conf. Muſeum *Etruſcum* exhibens inſignia veterum Etruſcorum monumenta, aereis tabulis C nunc primum edita et illuſtrata obſeruationibus *Anton. Franc. Gorii.* Accedunt *Io. Baptiſtae Paſſerii* diſſ. V. — Antiquitates illae Etruſcae in epitomen redactae a *Nic. Schwebelio* Norimb. 1770. vel Germanico idiomate: *Gori* Etruriſche Alterthümer. ibid. eod. anno. — *Paſſerii* diſſ. de numis Etruſcis Paeſtanorum legitur in A. F. *Gorii* Symbol. Litterar. Decad. I. Vol. II. p. 1 ad 37. — Eiuſdem *Paſſerii* diſſ. de re numaria Etruſcorum adiecta eſt Paralipom. in *Thomae Dempſteri* libros de Etruria regali Lucae 1767. p. 147 ad 200. cuius diſſertationis argumenta: Cap. I. *Monetae Etruſcae* dignitas expenditur. Difficultas maxima illius illuſtrandae, potiſſime circa aetatem, qua ſinguli numi ſignati ſunt, populosque diſtinguendos, ex quorum officinis prodierunt, praecipue cum *illitterati* ſunt. Numi *Icuvini* et *Tudertes* omnium primi propriis vrbibus attributi. Vnica ratio ad illorum aetatem diſcernendam petenda eſt ab illorum pondere. — Cap. II. Examinatur, cur *moneta Etruſca* olim frequentiſſima, hodie *rariſſima* ſit; cuius damni triplex cauſa adducitur: a) Eorundem Etruſcorum decreta, per quae cum ſenſim a Romanis pondus propriae monetae deminueretur, etiam Etruſcorum vrbes propriam monetam grauiorem diligenter collectam, conflabant in leuiorem. Praeterea b) atroces Romanorum mulctae Etruſcis indictae, et direptiones, per quas Etruſcorum monetam corraſam Romae deſtruebant ad propriam ſignandam, cum potiſſimum Romani aerifodinis carerent, quibus Etruſci abundabant. Conſpirauit demum ad huius monetae interitum c) ignorantia poſteriorum ſaeculorum, cum id antiquitatis caput paene neglectum a nemine curabatur. — Cap. III. *Materia* huius monetae diſcutitur. Primaeua illius ſignandi ratio apud omnes populos fuſioni tribuenda eſt. Feriri coepit non ante annum 563. Tudertes vero et Campani aliquanto prius politiorem hanc formam introduxerunt; quod ex illorum pondere deprehenditur. Antiquior monetae *forma quadrata*

 fuit;

fuit; dein ſucceſſit *ouális*; demum *rotunda*. Numi quidem grauiores aliquando ſignati ſunt in vſum donariorum, etiam cum moneta communiter deminuta eſſet. *Pondus* monetae fuſae non ſcrupuloſe examinandum ob inuoluntaria incrementa et decrementa numorum, quae contigerunt in actu fuſionis. — Cap. IV. *Aſſis diſtributió* in duodecim partes ab Etruſcis expetita toti Italiae communis fuit. Primaeuum *pondus aſſis* fuit *libra*, quae tamen reſpondebat XIII. ex noſtris vnciis iuxta pondus Romanum. Hinc colligitur aſſes maioris ponderis vſque ad vncias XX. pompaticos fuiſſe. Bello Punico primo ao. 490. Romani aſſem ex librali ad duas vncias redegerunt. *Error Feſti* emendatur. Bello Punico ſecundo ao. 536. aſſes ad vnicam vnciam imminuti. Demum lege Papiriana ao. 563 ſemiunciales prodierunt, cuiuſmodi vſque ad extremum Romanae libertatis cuſi ſunt. Coniectura adducitur, et argumentis confirmatur, quod inter aſſem libralem, et duuncialem plures interuenerint conſecutiuae deminutiones. *Schlaegeri* ſententia expenditur, et refellitur. — Cap. V. Multiplici ratione conſtituitur, monetam Etruſcam eaſdem *deminutiones circa pondus* pati debuiſſe, quas ſenſit moneta Romanorum. — Cap. VI. *Numi Campaniae Magnae Graeciae*, et *Siciliae* inſcripti, et nota monetali ſignati ſunt in ratione aſſis vnciarum trium vſque ad ſemiunciam. Illorum antiquitas aliquantum praecedit annum V. C. 490, nec excedunt ſpatium Romanae libertatis. — Cap. VII. *Notae* quaedam numariae in hiſce monetis exciſae, illarumque ratio examinatur. — Cap. VIII. Enumerantur *Etruſcorum vrbes*, quarum nomina in numis ſcripta adhuc obſeruauimus, quae ſunt · a) *Tudertium*, quorum nomen perpetuo ſcriptum legitur TVTERE, vel TVT. aut TV. idque Etruſcis litteris a dextra in ſiniſtram vergentibus, per quas nomen non gentile, ſed vrbis ipſius in ſexto caſu declaratur, ac ſi *Tudere moneta ſignata* diceretur. Quibus legibus lingua Etruſca obſtringeretur, et an ſexto potius, vel ſecundo caſu vtendum fuiſſet, penitus ignoramus. — b) *Atriatium*, quorum numos *Arigonius* in Proſpectu rei numariae muſei ſui omnium oculis ſubiecit. In his ex vna parte caput mulieris conſpicuum eſt; in alia vero vas, cum inſcr. Etruſca HAT. hoc eſt, *Atriatium*, quorum antiqua vrbs in Venetia circa paludes. Padi fluminis coaluit. — c) *Camartium*. Camartes, id eſt, Cluſini innoteſcunt ex numo *Arigonio* hinc inde obſignato imagine apri, qui numus ſed illiteratus facile occurrit in muſeis; notatus vero cum inſcriptione KAM. in vno muſeo Arigonio adhuc inuenitur. — d) *Icuuinorum*. Icuuini nomen gentile eſt ab Icuuio. — e) *Volaterranorum*. Volaterra a Romanis dicta *Velatri* celeberrima Etruſcorum vrbs, ceterarumque omnium opulentiſſima, cuius numorum perpetua inſignia ex vna parte Ianus biceps, ex altera nomen ciuitatis cum nota valoris, quandoque cum claua, aut delphine. — f) *Telamoniorum*, quorum numum protulit *Oliuerius* cum capite Iani.)(Nauis prora, cum lemmate TLA. quo *Telomonium* oppidum in ora Etruſci maris indicari ſuſpicatus eſt. — g) *Lunenſium*. Vna fuit ex duodecim Etruriae principibus *Luna* ciuitas ad oſtium Macrae fluminis. Caput in antica numi vel Neptunum notat, vel fluuii genium, cui conuenit arundo in)(ſignata. Adeſt rota dentata inſtrumentum fortaſſe nauticum ad ancoras contrahendas. — h) *Populonienſium*, a populi frequentia *Populonia* vrbs, Volaterranorum colonia, cuius vrbis tres numos produxit *Paſſerius* Tb. 5. fgg. 3. 4. 5. — i) *Vetulonienſium*. Non longe a Populonia locant eruditi *Vetuloniam*. Huius vrbis quincuſſim dedit *Dempſter*. Tb. 61. alium vero ſimilem *Paſſer*. Tb. 6. fg.

fg. 1. — k) *Oetalienſium*. *Oetaliae* dotes praecipue ſunt vbertas et copia metallorum. Numum ſiſtit *Paſſer*. Tb. 3. fg. 2. — Ceterum ex potiſſimis Etruriae ciuitatibus numiſmata adhuc deſideramus, et cauſa huius defectus indagatur. Cap. IX. Coniectura aliqua producitur circa numos *illiteratos*, quorum aliqua ſeries producitur. Numi cum inſcriptione ROMANO expenduntur. — Cap. X. *Symbola* numorum expetita a diis tutelaribus, a ſtudiis populorum, a natura locorum, demum a fabulis municipalibus. *Symbola monetae Romanae vſualis* referuntur. Inquiritur, qua aetate numi Romani primum inſcripti ſunt. Sequitur *Chronicon numarium*.

Etruſcorum numos praeter *Dempſterum*, *Oliuerium*, *Paſſerium* ac aliquos commemorant: *Hamilton* Collect. of Etruſc. Grek, and Rom. Antiquit. Vol. I. pl. 49. II. pl. 63.) Philoſoph. Tranſaction Vol. LXI. P. I. p. 82 ad 90.) Notizie Iſtorich. della citta di Volterra, oper. del *Lorenz Ant. Cecin.* in Piſa 1758.) *Mar. Guarnacci* in Origin. Italich. in Lucca 1767.) De numis aliquot aereis vncialibus epiſtola, Romae 1778.) *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. I. Tb. 19.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 14. 15. et quidem exhibet numos quosdam Coſae; Faliſci, Grauiſcae, Populoniae, Volaterrae.) Muſ. *Pembrok.* III. Tbb. 116. 117.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 179. 180. commemorat ſequentes: 1. Caput Iouis barbatum et laureatum.)(Victoria lauream tropaeo imponens. Inſcriptio eſt Etruſca. — 2. Caput biceps imberbe pileo ornatum, intermedio bouis capite.)(Claua, ad latus duo, *al.* quatuor globuli, ac litterae Etruſcae. Æ max. *Guſſ.* ib. n. 2.) *Mazzolen.* Comment. ad Muſ. *Piſan.* Tb. 2.) *Muſell.* Num. Max. Tb. 7. fg. 3. — 3. Caput muliebre pileo tectum. Cuſpis haſtae. — 4. *Al.* ſed in)(bubo. — 5. Caput Sileni barbatum et hedera redimitum.)(Aquila. — 6. Caput muliebre cum laurea et monili.)(Figura galeata d. haſtam, ante eam bouinum caput. — 7. Caput bifrons imberbe pileo tectum.)(Delphin. — 8. HAT. Caput muliebre pileo ornatum.)(Pegaſus et quinque globuli. — 9. Rota.)(Ancora, globulus et litterae. — 10. Bouis caput et duo globuli.)(Luna dimidiata, et litterae. — 11. Canis iacens, lunula, et litterae.)(Lyra, et litterae. — 12. HAT. globulus.)(Ancora. — 13. Manus ceſtu armata intra quatuor globulos.)(Duae clauae, quatuor globuli et litterae. — 14. Vas anſatum, deſuper globulus.)(Pilum haſtae, globulus et litterae.

ETRVSC. *Etruſcilla*. HER. ETRVSC. *Herennia Etruſcilla*.

Etruſcilla. (Herennia ex Herennia gente oriunda) diu pro Voluſiani vxore habita, tandem Decio coniugi legitima ex ſolo numorum teſtimonio reddita eſt; ita vt hodierni critici nec in dubium reuocent. Mater erat Herennii Etruſci, a qua denominatus videtur, et Hoſtiliani, quorum alter Auguſtus a patre dictus in proelio contra Gothos accepto vulnere occubuit; alter Romae poſt patris obitum Imperator a ſenatu factus, paullo poſt peſte atrocius ſaeuiente interiit. Vxorem autem Decii, cum prius filia crederetur, Etruſcillam fuiſſe, *Seguinus* probauit, idque declarant numi Graeci, in quibus ex aduerſo Decii Etruſcilla ſignata cernitur; numus vero a *Bandur.* I. p. 3. propoſitus argenteus, in quo ex vna parte Decius repraeſentatur, ex altera Etruſcilla cum Etruſco et Hoſtiliano, matrem duorum Auguſtorum fuiſſe confirmat. Ex *Vaillantii* aliorumque ſententia ſocrus Hoſtiliani habetur. Ambobus, Herennio ſcilicet et Hoſtiliano, filiu vel

vel filiae ſuae marito, ſuperſtes fuiſſe videtur. *Spanhem.* Pr. II. p. 257.

Etruſcillae Auguſtae nomina in numis ſunt:

a) in *Latinis:* EREN. ETRVSCILLA AVG. *Band.* I. p. 32. — ERENNIA ETRVSCILLA AVG. *ib.* p. 36. — HER. *al.* HEREN. *al.* HERENNIA ETRVSCILLA AVG. — C (*Cupreſſenia*) HERENNIA ETRVC. (*ſic*) AVG. *Band.* I. 31. *Alii* legunt: CALEONNIA ETRVC. AVG. —

b) in *Graecis:* ΕΡΕΝ. ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ (*ſic*) *ib.* 35. — ΕΡ. *al.* ΕΡΕΝ. *al.* ΕΡΕΝΝΙΑ ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ ΣΕ. vel ΣΕΒ. — ΕΡΕΝΝΙΑ ΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ (*ſic*) ΣΕΒ. *Band* I. 35. — ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑΝ ΣΕ. *ib.* — ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΑΙΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑΝ (*ſic*) ΣΕΒ. *ib.*) *Vaill.* Gr. p. 170. — ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΑΙΤΡΩΣΚΙΛΛΑΝ (*ſic*) ΣΕΒ. *Band.* I. 33. 36.) *Froelich.* 4. Tent. p. 386. — ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΑΙΤΡΑΣΚΙΛΛΑΝ (*ſic*) ΣΕΒ. *Band.* I. 35. — ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΟΣΤΡΑΣΚΑΛΛΑΝ (*ſic*) ΣΕΒ. *ib.* — ΕΡ. ΚΟΥΠ. ΑΙΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ ΣΕ. *Herennia Cupreſſenia Aetruſcilla Auguſta.* *Guſſeme* III. p. 179. n. 14. et quidem *Cupreſſeninae* nomen reſtituit integrum *Murat.* Inſcr. T. II. p. 1036. Notae ΚΟΥΠ. alibi antiquariorum ſagacitatem fefellerant, qui *Cupientiam* in iis inueſtigauerant, vt legitur apud *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 401.

Poſticae partis inſcriptiones in Latinis numiſmatibus *Etruſcillae:* ABVNDANTIA AVG. — ADVENTVS AVG. quae vero inſcriptio pariter ac typus, eques nimirum pacificatoris habitu, ad Decium ipſius maritum potius, quam ad vxorem ſpectare videtur, et ſane nonnumquam videas Imperatorum non typos ſolum, ſed inſcriptiones etiam Auguſtis feminis adſcribi; vel aduerſa eſt ex vitioſa typi permutatione Traiani Decii, cuius *aduentum* copioſi celebrant denarii. *Neumann.* Pop. Num. III. p. 194. — AEQVITAS AVG. — CONCORDIA AVG. — FECVND. AVG. — FECVNDITAS AVG *al.* AVGG. — IVNO. — IVNO REGINA. Paſſim *Auguſtae* ſub *Iunonis Reginae* ſpecie repraeſentabantur, quaſi ſingulae altera Iuno eſſet, alterius Iouis vxor. — PVDICITIA. — PVDICITIA AVG. *al.* AVGVSTA. *al.* AVGVSTAE. — SAECVLVM NOVVM. — VBERITAS AVG. — VENERI VICTRICI. — VERITAS (loco VBERITAS) AVG. — VESTA. — VICTORIA AVG. *al.* AVGG.

Etruſcillae numi extra vrbem a coloniis aeque ac vrbibus Graecis cuſi vid. *Antiochia* Cariae, et Syriae, *Caeſarea* Palaeſtinae, *Caſae* Ciliciae Aſperae, *Celenderis* Ciliciae, *Colophon* Ioniae, *Comana* Ponti Galatici, *Cremna* Piſidiae, *Dacia* prouincia, quales nec *Vaillantius* vidit, nec *Bandurius*; *Epheſus* Ioniae, *Hypaepa* Lydiae, *Maeonia* Lydiae, *Magneſia ad Sipylum* in Aſia minore, *Nicaea* Bithyniae, *Nicomedia* Bithyniae, *Rheſaena* Meſopotamiae, *Sagalaſſus* Piſidiae, *Samus* inſula, *Sidon* Phoeniciae. M. *Theup.* p. 755. *Tarſus* Ciliciae, *Viminacium* Moeſiae ſuperioris.

Habentur Herenniae huius *Etruſcillae aerei* vulgares pariter atque *argentei*; *aurei* rariſſimi; *Graeci* inter raros, exceptis Samiis; in *Coloniis* inter rariores, primi moduli praeſertim.

Etruſcillae numos inuenies in Muſ. *Alb.* II. Tb. 69. fg. 3. p. 40.) apud *Angelon.* f. 314.) *Hemelar.* N. *Arſchot.* Tb. 42.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 59.) *Band.* I. p. 29 ad 36.) *Beger.* Th. Br. II. p. 733) *Cimel. Vindob.* I. p. 15. *it.* 106. Tb. 18. fg. 8. II. Tb. 26. fg. 1. p. 21.) *Eckhel.* Cat. Muſ.

Muſ. Caeſ. Vind. II p. 353.) *Froelich.* Adpend. Colon. Num. in 4. Tent. p. 135. coll p. 386.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 178. 179.) *Hanthaler.* Exercit. I. Tb. 3. fg. 16.) *Harduin.* Oper. p. 838. coll. p. 18. 505.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 47. fg. 3. p. 370 ſq.) *Mdb.* p. 354) *Muſell.* Impp. Tb 211. fgg. 8. 9. 10 *it.* Tb. 212. fg. 1 ad 4. *Eiuſd* Supplem. Impp. Tb. 35. fg. 6.) *Neumann.* Pop. Num. I. p. 91. 103. II. p. 194.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 49. fg. 6. p. 288 ſq. *it.* Tb 84. fg. 6 p. 433.) *Patin.* Theſ. *Mauroc.* et Impp. p. 401. 402.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* IV. Tb. 9. fg. 5. p. 133. V. Tb. 23. fg. 6. p 323. VIII. Tb 5. fg. 8. p. 49. *et* Tb. 6. fgg. 1. 2. p. 51 ſq.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb 21. fg. 7. III. Tb. 27. fg 7. *et* Tb. 57. fg. 5.) Muſ. *Piſan.* I. Tb. 61. n. 3. p. 170. *et* Tb. 62. n. 1. p. 171.) *Schulz.* MzCab. III. p. 5. 6.) Theſ. Reg. *Sueciae* Tb. 37.) Muſ. *Theup.* p. 252. 629. 754. 813. 1074 ad 1076.) *Vaill. Col.* II. p 201.) *Vaill.* Pr. Num. I. p. 170. II. 324. 325. III. 194.) *Vaill.* Graec. Impp. 170. 171.) *Vaill.* Sel. Num. Abbatis *Camp.* p. 103.

ETRVSCVS Caeſar cum Hoſtiliano, in numis ſine adſpirationis nota; at ex vocalium erronea permutatione AETRVSCVS apud *Band.* I. p. 48. et *Froelich.* 4. Tent. p. 386. vid. *Herennius Etruſcus.*

ET XX. vid. VOT. X. n. Gallieni.

— v. VOTIS X. PROBI AVG. n. Probi.

ET XX. FEL. vid. VOTIS X. n. Gallieni, Probi.

ΕΥΥΜΙΝΑΙΟΥ in n. Britannici apud *Octav. Strada* f. 34. loco ΕΠΙ ΜΙΝΑΙΟΥ, *Sub Minio* magiſtratu.

EV in area n. Conſtantii Chlori.

EV. *Eum.* vid. QVOD PER EV. etc.

Eua cum marito *Adamo* in Æ max. mod. adulterino אדם וחוה inſcripto, eorumque protome coniuncta. *Froelich.* Annal. Syr. p. 91.) *Wagenſeil.* diſſ. de re monetali vett. c. 2. p. 11. vid. *Abel.*

Eua Arcadiae oppidum, *Stephano* et *Holſten.* in *Steph.* p. 120. Εὖα πόλις Ἀρκαδίας. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 1002. — 1. In Brandenb. Theſauro p. 443. numus eſt ΕΥΑ inſcriptus, qui ad hoc oppidum a *Begero* refertur. Nec enim ad Agiuorum κώμην, id eſt vicum Εὖαν, *Euam*, quam *Pauſanias* extremo Corinthiacorum oſtendit, numus publicus poteſt reduci. — 2. 3. ΒΑ. Caput muliebre turritum.)(ΕΥΑ. Caput Palladis galeatum. Æ. 110 pd. M. *Pembrok.* II. Tb. 10. fg. 5.) *Guſſeme* III. p. 180.) *Golz.* Graeci Vet. Tb. 11. fg. 8. p. 62. ſed ad caput turritum ΒΑΒΙΚ.) *Harduin.* Oper. p. 56. ex cuius mente adiecta in eodem numo alterius pagi adpellatio, in eodem tractu ΒΑΒΙΚ. capite turrito. Βαρβώκα *Plutarcho* in Pelop. eſt p. 287. agri Laconini, qua nempe hic ager contingit Arcadiam. Sic in Hiſpanicis numiſmatibus, BILBILI et ITALICÀ, vt dicemus verbo OSCA, ſimul copulantur, vt in Graecis oppida bina vel terna paſſim. — 4. ΕΥΑΙΩΝ, *Euaeorum.* Caput Palladis galeat.)(ΒΑΒΙΚ. Caput muliebre turribus inſignitum. Æ. *Golz.* ib. fg. 7.

Euagoras I. rex Cypriorum. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΥΑΓΟΡΟΥ ΚΥΠΡΙΩΝ ΑΙ. *Regis Euagorae Cypriorum. Anno* 14. Aquila.)(Caput barbatum nudum. Æ. 240 pd. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 42. fg. 2.) *Guſſeme* III. p. 180. vid. *Cyprus* ſub regibus.

Euander, Arcadiae rex, qui cum patrem caſu interfeciſſet, dimiſſa Arcadia, in Italiam adpulſus, vbi con-

conſedit et pulſis Aboriginibus tenuit illa loca, vbi poſtea Roma condita eſt. Muſ. *Alb*, I. p. 35.

, *Euboea*, Graecorum inſularum maxima, in Aegaeo, Boeotiae obtenta, a quo Euripo freto admodum anguſto dirimitur. *Cellar*. Not. Orb. Ant. I. p. 1016.) *Nonn*. ad *Golz*. Graec. vet. p. 227. 228. — *Stephano* et *Holſten*. p. 120. Εὔβοια νῆσος, τὸ ἐθνικὸν Εὐβοεύς, ita dicta ab Euboea heroicae indolis matrona, cum antea Abantis et Macris diceretur, vel Chalcis; hodie *Negroponte* nominant. *Plinio* L. IV. c. 21. *Euboea*. — Nonnulli Euboeae numi binas tantum ΕΥ litteras inſcribunt, ex quo veriſimile ſit ſequentes quoque ad hanc inſulam pertinere: 1. 2 Caput muliebre.)(ΕΥ Caput bouis cum collo. Æ. 8. *Eckbel*. Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 132. — 3. Caput muliebre ad ſ.)(ΕΥ. Caput bouis ad d. margaritis, vt videtur, ornatum. AR. 52½ pd. M. *Hunter*. p. 140 n. 3.) *Peller*. Tb. 92. fg. 1. — 4. Caput muliebre, vel Apollinis.)(ΕΥ. Caput bouis ad collum, vittis ornatum, penes quod caput humanum. AR. 55. pd. *Golz*. Inſul. Graec. Tb. 8. 9. 10. fg. 8.) M. *Pembrok*. II. Tb. 10. fg. 8.) *Beger*. Th. Br. I. p. 426. qui vero negat, caput eſſe Apollinis, ſed vel Arethuſae, vel Euboeae heroinae. Apollinis vero caput ſine laurea etiam a veteribus ſculptum interdum nouimus, et Caryſtios ex Euboea Apollini bouem aeneum ſtatuiſſe ex Pauſaniae Phocicis docet *Harduin*. Oper. p. 2. 56. Non abſurdum videtur adſerere eoſdem Apollini bouem immolaſſe, vnde et in numis caput bouis ornatum vittis conſpicitur. Conf. *Saubertus* de Sacrificiis c. 18. p. 385 ſq. — 5. *Al*. ſimilis, ſed ante caput bouis lyra. *Guſſeme* III. p. 161 n. 1. — 6. Caput muliebre ad d.)(Tauri pars anterior ad d. AR. 181 pd. Muſ. *Hunter*. Tb. 27. fg. 5. — 7. *Alius* diuerſus. AR. 83½ pd. M. *Hunt*. p. 140. n. 2. — 8. Caput muliebre aduerſum.)(Caput bouis ad d. AR. 42½ pd. M. *Hunt*. Tb. 27. fg. 6. — 9. Caput imberbe ad d.)(Bouis facies. AR. 85½ pd. M. *Hunt*. ib. fg. 7. — 10. Caput muliebre ad d.)(Tauri facies. Numus in numo altero vetuſtiſſimo cuſus. AR. 43. pd. M. *Hunt*. ib. fg. 8. — 11. Caput muliebre ad ſ.)(Tauri facies margaritis ornata. AR. 40½ M. *Hunt*. ib. fg. 9. — 12. Caput muliebre ad d.)(ΕΥΒΟ. Caput tauri ad collum. AV. *Golz*. Inſul. Graec. Tb. 8. 9. 10. fg. 7. — 13. Caput intra quadratum, in cuius angulis litterae ΕΥΒΟ. diſpoſitae.)(Caput tauri obuerſum. AR 8. *Golz*. ibid. fg. 5. M. *Theup*. p. 1268.) *Guſſeme* III. p. 161. n. 2. — 14. ΕΥΒΟΙΑΣ. Caput agri ad collum, omnia quadro incluſa.)(Caput tauri obuerſum. AR. 3. *Golz*. ib. fg. 6. — 15. Taurus ſtans ad d. ſupra corona, ante ara.)(ΕΥΒΟ. Vuae racemus. Æ 3. M. *Hunter*. p. 141. n. 8.) *Peller*. Tb. 92. fg. 3. — 16. Caput muliebre velatum ad d.)(ΕΥΒΟΙΕΩΝ. Bos cornupeta ad d. Æ 3. M. *Hunt*. ib. n. 9.) *Peller*. ib. fg. 2. — 17. *Alius* ſimilis, ſed ſupra bouem cornupetam thyrſus. Æ 3. *Cimel*. *Vindob*. I. Tb. 14. fg. 21. p. 83. ſed inter litteras ΕΥ compareat tridens, tunc ΒΟΙΕΩΝ ſcriptae ſunt.) *Eckbel*. Cat. I. p. 132. n. 3. — 18. Caput muliebre ad d.)(Tauri facies floribus ornata. Æ 3. M. *Hunter*. Tb. 27. fg. 10. — 19. ΕΥ. Intra lauream tripus ob Apollinis cultum, quem Chalcidis numi perſaepe teſtantur.)(Spica, niſi flos eſt, aut plantae quaedam ſpecies. Æ 3. *Eckbel*. Num. Vet. Tb. 10. fg. 16. p. 159. — 20. *Alius*, ſed ſine inſcriptione. Æ 3. *Eckbel*. N. Vet. p. 160. — 21. Auis volans ad ſ.)(ΕΥ. in corona laurea. Æ 3. M. *Hunter*. Tb. 27. fg. 11. — 22. *Alius* paullo diuerſus. Æ 3.

8. M. *Hunt.* p. 141. n. 12. — 23. ET. Delphinus ad d.)(Tridens in corona laurea. Æ 3. M. *Hunt.* Tb. 27. fg. 12. — Plures eiuſdem inſulae numos vid. *Caryſtus.* — *Chalcis.* — *Eretria.* — *Iſtiaea* vel *Hiſtiaea.*

EVBOEAE. vid. ADVENTVI AVG. EVBOEAE.

Euboicum talentum. Conf. *Raper.* comment. de valore monetar. Graecor. et Romanor. vett. inſerta Philoſoph. Tranſact. Vol. LXI. P. II. §. 2.

Eucarpe vel *Eucarpia* Phrygiae maioris, qua in Galatiam vergit, eſt oppidum, cum *Ptolemaeus* illud Synnadae vicinum velit, *Stephanus*, cui Ἐυκαρπία δῆμος τῆς μικρᾶς φρυγίας, τὸ ἐθνικὸν Ἐυκαρπεύς, Eucarpen Phrygiae minori adcenſet, atque in eius fertilitatem, a qua nomen tulit, magnis laudibus excurrit. *Plinio* L. V. c. 29. *Eucarpeni* in Phrygia — Pauci hactenus *Eucarpiae* numi prolati.

A) *Autonomi* ſunt: 1. ЄΥΚΑΡ.... Caput Apollinis radiatum ad d.)(ЄΠΙ Κ... ΡΗΝΩΝ. Luna creſcens, ſupra duae ſtellae, infra bouis facies. Æ 3. M. *Hunter.* Tb. 27. fg. 13. — 2. ЄΥΚΑΡΠЄΩΝ. *Eucarpenſium.* Caput Mercurii, retro caduceus.)(... ΚΛ. ΦΛΑΚ... *Sub Claudio Flacco.* Luna creſcens vel falcata, cum ſolis aſtro in medio imminente. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 14. fg. 1. p. 127.) *Froelich.* Not. Elem. p. 84. — 3. ΕΥΚΑΡΠΕΙΑ. Caput turritum. *Harduin.* Oper. p. 57. — 4. ЄΥΚΑΡΠЄΙΑ. Caput muliebre turritum.)(ЄΠΙ ΝЄ. ΠЄΔΙΑΣ СЄΚΟΥΝΔΗС, *Sub Neocoratu Pediae Secundae.* Mulier ſtolata ſtans, d. gubernaculum, ſ. cornucopiae. Æ 3. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 14. fg. 10. p. 248. Similis Eucarpiae numus editus eſt a *Pellerinio* Rec. Tom. II. p. 35. at in eo deſideratur τὸ ΝΕ. quae vox decurtata maximum numo pretium conciliat. Dubitari nequit, iis litteris initialibus honoris quoddam vocabulum latere et expendas Νεωκόρου. Conſtat enim, in multis Graeciae ciuitatibus religionis arbitria et ſacerdotales honores penes mulieres ſtetiſſe.

B) *Imperiales* in Iul. Domna, Macrino, Maximino, Philippo Seniore, Trebonio Gallo. *Harduin.* Oper. p. 56.

a) *Domna.* 5. ЄΥΚΑΡΠЄΩΝ, *Eucarpenſium.* Cybele iuxta *Patinum*, vel mulier ſuccincta calatho ornata ſtans, d. capiti leonis imponit, ſ. veſtem colligit. Æ 3. *Guſſeme* Diccion. III. p. 181. n. 1.) *Patin.* Impp. p. 290.) *Vaill.* Gr. Impp. p. 91. *et eiuſd.* Adpend. Tb. 8.

b) *Macrino.* 6. *Ead. epigr.* Mulier ſeminuda ſtans, dextram occipiti admouet, ſiniſtram ſtatuae in truncum deſinenti imponit. Æ 2. *Guſſ.* ib. n. 2.) *Vaill.* Gr. p. 121.

c) *Maximino.* 7. *Ead. epigr.* Mulier ſtolata ſtans, dextram ſupra caput eleuat, ſ. demiſſa; pro pedibus icuncula. Æ 2. *Guſſ.* ib. n. 3.) *Vaill.* Gr. p. 143.

d) *Philippo Sen.* 8. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟС СЄΒ. Caput laureatum.)(ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ. Fortuna ſtans cum attributis in templo quatuor columnar. Æ. *Vaill.* Gr. p. 161.

e) *Trebon. Gallo.* 9. ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ. Fortuna ſtans, d. temonem, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Guſſ.* n. 4.) *Vaill.* Gr. p. 173. — 10. *Al.* ſed eadem Fortuna in templo quatuor columnis ornato. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

Euclides geometra inſignis, de mathematicis ſcripſit, diuerſus fuit

de

de illo Euclide, Megarenſi, Socratis auditore, a quo philoſophi Megarici dicti, qui id bonum ſolum eſſe dicebant, quod eſſet vnum vel bonum et ſimile et ſemper idem. *Nonn.* ad *Golz.* Gr. vet. p. 77.) *Spanb.* Pr. I. p. 52.) *Golz.* III. p. 181. 182. — Caput Euclidis, geometrae notiſſimi, laureatum, crinibus compoſitis, vultu barbato cum epigr. ЄΥΚΛЄΙΔΗϹ, *Euclides.*)(ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Caput Hadriani Imp. laureatum. *Froelich.* Notit. Elem. Tb. 21. fg. 7. p. 239. e *Sponii* Miſcell.

ЄΥΓ. *Eugenes* magiſtratus Aegaeenſium Ciliciae in *n.* Macrini et Diadumeniani. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 42. n. 3. p. 341. ſed legit *Eugenius.* Legendum autem eſſe *Eugenes* docet numus Alex. Seueri apud *Vaill.* p. 134. vbi nomen totum ita ſcalptum ΕΥΓΕΝΕΟΥϹ, apud *Harduinum* p. 10. ΕΥΓΕΝΟΥϹ.

Eudocia (Aelia) Bautonis nobilis Galli filia, Arcadio nupſit ao. 395. eique liberos quinque peperit: Flaccillam, Pulcheriam, Theodoſium Iuniorem, Arcadiam, Marinam, aliis Martinam, ſeu Martianam dictam. Femina ſuperba, mariti in quem dominabatur famae et exiſtimationi nocuit plurimum. Ex partu obiit ao. 404. — Eudociae huius *aereus*, *argenteus* pariter atque *aurei* numi cenſentur rariſſimi.

a) *Aurei.* 1. AEL. EVDOCIA AVG. Huius caput ornatum.)(Crux intra lauream, ſine epigr. in ima parte CONOB. ✱ QVIN. *N. Cimel. Vindob.* I. p. 28.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 520.) *Bandur.* II. p. 536.) *Mdb.* p. 524.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 23. fg. 11. p. 308. ſed .... EVDOXIA AVG.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 27. fg. 6.) *Guſſeme* III. p. 182. n. 2.) *Strada* f. 204. — 3. AEL. EVDOCIA AVG. Eudociae caput cum diademate ex vnionibus et corona imminente.)(VOT. XX. MVLT. XXX. Victoria ſtans, d. crucem maiorem et longiorem tenet, ſupra ſtellula, in ima parte CONOB. *Band.* II. p. 535. 536. — 4. *Ead. epigr.* cum eodem capitis typo.)(VOT. XX. MVLT. XXX. B. Typus vt ſupra, cum ſtellula ſuperne, iiſdemque litteris in imo exergo. *Band.* II. 536.) *Guſſeme* III. 182. n. 1.) *Occo, Mediobarbus, Ducang.* Fam. Byzant. p. 65. ad Theodoſii Iun. vxorem retulere 3. 4. numos, quos *Bandurius* l. c. ad eiuſdem matrem, Arcadii coniugem refert. Nam ex artificio dignoſci non poteſt, qua aetate cuſi ſunt huiuſmodi numi *Eudociae* vel *Eudoxiae*, quia idem in omnibus eſt, hoc eſt fere nullum; deinde nec ex litteris quidquam certi elici poteſt, quae in horumce numorum omnium ima parte eaedem occurrunt; poſtremo ſcriptores in vtriuſque Auguſtae nomine ſcribendo variant, adeoque fuerunt, qui Theodoſii Iun. coniugem *Liciniam Eudoxiam* adpellarent. Igitur vna ſupereſt eorum numorum aetatem inueſtigandi ratio, quae in eo conſiſtit, vt ſi quis numus reperiatur cum iis temporum notis, quae in alterutram Auguſtam tantum conueniant, huic adſcribantur numi omnes, qui idem nomen praeferunt, qui diuerſum, alteri. Atqui *Eudoxiae* exſtant numi, in quibus Theodoſii Iun. imperii anni et conſulatus conſignati ſunt, ideoque ad eius coniugem pertinent. Igitur Theodoſii Iun. coniux fuit *Eudoxia; Eudocia* Arcadii ex ſententia *Bandurii.* — Numi huiuſcemodi, in quibus VOT. XX. *votorum vicennaliorum* mentio fit, pertinent ad an. Chr. 404. quo ipſo Eudocia obiit.

b) *Argenteus.* 5. AEL. EVDOCIA AVG. Caput Eudociae margaritis ornatum cum ſtola ad pectus, et monili ex vnionibus circa collum.)(Crux intra coronam erecta, in ima parte CONS. et ſtella.

ſtella. *Ducang.* Fam. Byz.) *Band.* II. p. 536.) *Guſſ.* III. p. 182. n. 2.) *Mdb.*

c) *Aereus tertiae formae.* 6. AEL. EVDOCIA AVG. Caput Auguſtae imminente ſupra corona.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria thoraci inſidens, clipeo columellae impoſito inſcribit monogramma Chriſti, infra.... *Eckbel.* Cat. II. p. 520.

d) *Alii* ab aliis forſan minus iuſte Arcadii vxori attribuuntur. Sic *Mediobarbus*, qui ipſius nomen AEL. EVDOXIA AVG. cum X ſcribit in *aureo* ad caput femineum, cui in aere manus ſertum imponit.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria thoraci inſidens clipeo columnae impoſito, inſcribit Chriſti monogramma, in imo CON. OB. *Mdb.* p. 524. ex *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 20. Eundem protulit *Liebe* Goth. Num. p. 85. pariter ex *AV.* et Arcadii vxori contribuit, ſed ſcriptum SALVS RIPVBLICAE (*ſic*) omiſſo ſcilicet E priore; praeterea in typo prolato Victoria clipeo non inſcribit plenum Chriſti monogramma, ſed tantum crucem decuſſatam, cum lineola tranſuerſa. — Addit *Mdb.* l. c. *aereos*, quos itidem alii ad Theodoſii Iun. coniugem referunt, in quorum poſtica vel SALVS REIPVBLICAE, pariter atque in aureo, ſed in imo exergo ANT. Γ, — vel epigraphe eſt: GLORIA ROMANORVM. Figura muliebris ſtolata ſedens, cui manus deſuper pendens lauream imponit, infra ANT. A. ✝. in *alio* CON. — Editor Muſei *Theupoliani* p. 359. *argenteum* huic Eudociae dedit: AEL. EVDOXIA AVG. Idem caput corona imminente.)(GLORIA ROMANORVM. Mulier ſedens veſte inuoluta, a latere crux, in imo AIIA — *Al.* ſed in)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſedens, ſcribit in clipeo ☧ in imo MKΔ. Pot. M. *Theup.* p. 360. — *Al.* ſed inſtra S. M. R. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 31. fg. 23. — D. N. AELIA EVDOXIA P. F. AVG. Caput idem.)(*Sine epigr.* ✝ in corona, in imo CON. OB. Pot. M. *Theup.* ib.

Eudoxia (*Aelia*) Athenis nata, vnde *Athenais* primum adpellata, Leontii ſeu Leonis aut Heracliti Athenienſis philoſophi filia, Theodoſii Iunioris vxor. Femina in omni doctrinae ac eloquentiae genere exercitata, quae etiam poemata ſcripſiſſe fertur. Iratum ob leuem ſuſpicionem maritum ſentiens Hieroſolymam petiit, vbi templa plura conſtruxit. Obiit poſt maritum genuitque *Liciniam Eudoxiam*, Placidii Valentiniani poſtea coniugem. — Aeſtimantur Aeliae huius Eudoxiae *aerei* nummi rari, *aurei* pariter atque *argentei* rariſſimi.

a) *Aurei.* 1. AEL. EVDOXIA AVG. Protome diademata cum inauri, deſuper manus coronam imponit.)(SALVS REIPVBLICA. (*ſic*) Victoria thoraci inſidens, clipeo erecto inſcribit monogr. Chriſti, in imo CONOB. M. *Pembrok.* I. Tb. 28. fg. 3. II. Tb. 98. fg. 6. — 2. *Ead. epigr.* Caput Eudoxiae cum diademate ex vnionibus et corona imminente, quam manus offert.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſpoliis inſidens, Chriſti monogramma clipeo inſcribit, intra CONOB *Band.* II. p. 562. 563.) *Cimel. Vind.* I. p. 28.) *Eckbel.* Cat. II. p. 525.) *Guſſeme* III. p. 183. n. 3. — 3. *Ead. epigr.* Caput Eudoxiae cum diademate gemmato, ad pectus cum ſtola.)(Crux in corona laurea, in ima parte COB. *Band.* II. p. 562.) *Guſſ.* ib. n. 4. — 4. EVDOXIA AVG. Huius caput margaritis ornatum, ſine manu coronante, ad pectus cum ſtola.)(Crux intra coronam, infra CONOB. et ſtella. *Band.* ib.) *Cimel. Vind.* I. p. 28.) *Eckbel.* Cat. II. p. 525.) *Guſſ.* ib. n. 5.) *Mdb.* p. 536. — 5. AEL. EVDOCIA (*ſic*) AVG.

AVG. Huius caput.)(*Sine epigr.* Crux intra coronam, in imo CONOB. M. *Theup.* p. 362.) *Mdb.* 536. — 6. AEL. EVDOXIA AVG.)(IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. Victoria ſedens, d. globum cum crucis ſigno, ſ ſcipionem, in ima parte CONOB. *Band.* ib.) *Froelich.* 4. Tent. p. 421.) *Mdb.* 536.) *Gueſſeme* III. p. 183. n. 2. Patet auerſae partis typarium, ad Auguſtum aliquem, et quidem ad maritum Theodoſ. Iuniorem pertinere, in cuius numo itidem aureo exhibetur. — 7. *Ead. adu.*)(Crux in laurea, infra CONS X. *Ducang.* Tb. 21.) *Mdb.* ib. — 8. *Al.* ſed)(VOT. XX. MVLT. XXX. CONOB. *Ducang.* ib.) *Mdb.* ib.

b) *Argentei*, qui inter rariores recenſendi ſunt, nec vllus apud *Mediobarbum* exſtat. 8. AEL. EVDOXIA P. F. AVG. Caput Eudoxiae margaritis ornatum, ad pectus cum ſtola, et monili ex margaritis circa collum)(Chriſti monogramma in corona. Numus hic ob epigraphen, quae Eudoxiae caput ambit rariſſimus eſt; tum primum Auguſtae *Piae Felices* dici coepere. *Band.* II. p. 563.) *Guſſ.* ib. n. 6. — 9. AEL. EVDOXIA AVG. Idem ornatum caput, ſed manus ſublimis coronam capiti imminentem tenet in parte numi ſuperiore.)(GLORIA ROMANORVM. quae epigraphe tum primum in numis Auguſtarum occurrit. Fig. muliebris ſtolata ſedens a fronte, ſ. ad pectus compoſita, d. victoriae ſignum globo impoſitum ſuſtinet, in imo exergo ALE. *Band.* II. p. 562. 563.) *Gaſſeme* III. p. 183. n. 1. — 10. *Ead. epigr.* cum eodem capitis typo.)(IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Imperator quadrageſimum Secundum, Conſul Decimum Septimum, Pater Patriae,* vt in aureo. Victoria ſedens, d. globum cum crucis ſigno, ſ. ſcipionem, a d. in area ſtella, in ima parte CONOB. *Band.* II. p. 563.

— 11. *Ead. aduerſa.*)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſedens, inſcribit clipeo Chriſti, vt videtur monogramma, ante eam cippus, cui tamen clipeus non inſiſtit, infra SMKA. *Band.* ib.

c) *Aerei tertiae formae* haud obuii. Nulli enim Eudoxiae numi ex aere apud *Mdb* exſtant, praeter duos, quos ex *Ducangio* exſcripſit. — 12. AEL. EVDOXIA AVG. Huius caput ad pectus cum ſtola, et manus ex alto coronam ex margaritis capiti eius imminentem tenet.)(GLORIA ROMANORVM. Eudoxia ſtolata manibus ad pectus compoſitis ſedens a fronte; manus ex alto coronam ex margaritis capiti eius imminentem tenet, a ſin. in area crux, in ima parte AMA. *Band.* II. 562. 563.) *Guſſeme* III. p. 183. n. 1. — 13. *Al.* ſimilis ſed infra ANTA. *Band.* ib. 563.) *Ducang.*) *Mdb.*) *Guſſeme.* — 14. *Al.* ſed ANT. Γ. *Band.* ib.) *Guſſeme* ib. — 15. *Al.* ſed ANT Δ. *ibid.* — 16. *Al.* ſed CON. in ima parte, eodem typo vtraque ex parte. *Band.* ib. *Guſſ.* ibid. — 17. *Eadem epigraphe* cum eodem capitis typo et manu coronam tenente.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſtolata inſidens cippo, cui impoſitus clipeus, quem ſ. tenet, d. inſcribit Chriſti monogramma; in imo ANT. Γ. *Band.* ib.) *Eckhel.* Cat. II. p. 525) *Guſſeme* III. p. 183. n. 3. — 18. *Al.* ſed Victoria ſpoliis inſidens, cetera vt ſupra. *Band.* ib.) *Ducang.*) *Mdb.* — 19. *Al.* ſed in ima parte CONSA. *Band.* ib — 20. *Al.* ſed infra SMNA. *Band.* ib.) *Guſſ.* ib. — 21. *Al.* cum SMRS. in imo exergo, eodem typo vtraque ex parte. *Band.* II. p 562. 564.) *Guſſ.* ib. — 22. AELIA EVDOXIA AVG. Eius caput abſque manu ſuperne coronam tenente.)(SALVS REIPVBLICAE. Idem Victoriae ſedentis typus, in ima parte SMRA. *Band.* II. 564.) *Guſſ.* ib. ſed SMKA.

Eudoxia (Licinia) Theodoſii Iunioris et Aeliae Eudoxiae filia, Ao. Chr. 423. nata, Placidio Valentiniano nupſit 437. Eandem Nicephorus nuncupat *Eudociam.* Hanc viduam Petronius Maximus ſibi rapuit 455. Ipſa vero viri necem vltura, Genſericum Gothorum regem accerſiuit ex Africa, qui Maximum ſuſtulit, Eudoxiam vero cum duabus Placidia et Eudoxia filiabus ſecum in Africam abduxit. Illinc manſit ad annum 462. quo Conſtantinopolim denique remiſſa dicitur, vna cum maiore filia, quae Olybrio nuptum collocata eſt; ſed Placidiam Hunerico filio copulauit Genſericus.

Aurei Liciniae Eudoxiae numi, qui dumtaxat habentur, omnes cenſentur eximiae raritatis; ipſius nimirum ornatus capitis nouus propter coronam radiatam et margaritas, quae ab vnaquaque capitis parte pendent vſque ad collum, quae et ipſum collum ornant. Singularis quoque eſt inſcriptio auerſae ac typus. 1. 2. LICINIA EVDOXIA P. F. AVG. Huius protome margaritis ornata, quae coronam radiatam ambiunt, in cuius medio crux.)(SALVS REIPVBLICAE. Mulier ſedens in fronte, d. globum crucigerum, ſ. crucem oblongam, in area hinc R. inde M. in imo COMOB. *al.* CONOB. *Band.* II. p. 575.) *Ducang.* cuius vero metalli ſit, non monuit.) *Guſſeme* III. p. 184. n. 1.) *Mdb.* p. 541.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 26. fg. 1. p. 329. 330.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 28. fg. 9. — 3. *Eadem epigraphe* cum eodem capitis typo.)(SALVS REIPVBLICAE Figura ſimilis, ſed radiata, ſedens, cetera vt ſupra. in area a d. R. a ſin. V. in ima parte COMOB. *Band.* ib.) *Guſſeme* ib.

EVEN. *Euentus.* BON*us* EVEN*tus.* Vir nudus ſtans, d. pateram, ſ. ſpicas et papauer. AV. Galbae. *Raſche Lex. Num.* T. II. *Kbell.* Suppl. p. 29., *it.* AR. eiuſd. *Vaill.* Pr. II. p. 70. c. epigr. BONI EVENTVS. — BON. EVEN. AVG. Figura virilis nuda ſtans ad aram accenſam, d. pateram, ſ. ſpicas. Æ 3. Gallieni. *Band.* I. p. 213.

EVENT. *Euentus.* vid. BON. EVENT. n. Galbae. *Eckhel.* Cat. II. *it.* n. Gallieni. *Band.* I. p. 158. — BON. EVENT. AVG. n. Gallieni. *Band.* ib. — BON. EVENT. LIBO. n Scriboniae gentis. M. *Pembrok* III. Tb. 93. n. 3. — BONVS EVENT. AVG. n. Valeriani Sen. *Band.* I. p. 13. — PACIS EVENT. n. Veſpaſiani. *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 8. n. 15. p. 290.) *Vaill.* Pr. II. p. 88.

EVENTVI. vid. BONO EVENTVI. n. Galbae, *it.* Antonini Pii. M. *Theup.* p. 485.

EVENTVM PACIS COS. VII. n. Veſpaſ. *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 8. p. 290.

Euentus bonus ſtans ad aram. AR. Commodi, qui in omni metallo abeſt in catalogis ſolitis. *Kbell.* Suppl. p. 96.

— — cuius ſimulacrum ab Euphranore fictum, d. pateram, ſ. ſpicas et papauer tenens, ex *Plinio* L. XXXIV. c. 8. obſeruant *Patin.* in *Plinio* ſuo et *Beger.* Th. Br. II. p. 583.

— — Non niſi ſub Tito epigraphe BONVS EVENTVS AVGVSTI, addito ſcilicet *Auguſti* nomine in monetis Auguſtorum legitur, in cuius AV. AR et Æ numis typus eſt genius nudus d. pateram, ſ. ſpicas cum papauere. *Kbell.* Suppl. p. 40. — BONVS EVENTVS AVG. Ipſe ſtans ad aram luculentam cum patera et ſpicis. Æ 3. Gallieni. *Band.* I. p. 213.

EVENTVS. vid. BONVS EVENTVS. n. Getae. — BONI EVENTVS. n. Galbae, Anton. Pii, Sept. Seueri, Domnae etc. *Bonus Euentus* pro deo ab antiquis cultus et inter conſentes diuos recenſitus a *Varrone* de re ruſt. L. I. Lymphae comes datus, quoniam ſine aqua et ſucceſſu miſera eſt agricultura. Non ſolum ſub forma virili, ſed etiam ſub forma matronae in aere priſco exhibetur *Bonus Euentus*, vt patet ex Æ I. Epheſiorum in Salonina ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ inſcripto, et altero Seueri cum inſcriptione BONI EVENTVS, vbi ſub matronae forma decore cultae d. pateram frugibus plenam, ſ. ſpicas exhibetur. Omiſſo nomine in Æ 2. Elagabali a Marcianopolitis repraeſentatur figura virilis ſtans, d. pateram, ſ. duas ſpicas. *Froelich.* 4. Tent. p. 300.

Euergetae, Εὐεργέται Σκυθικὸν ἔθνος, *Stephano* et *Holſten.* in *Steph.* p. 120.

Euergetes, Εὐεργέτης, ex εὖ et ἔργον *opus, qui bene alicui fecit.* Conf. *Galland.* Diction. vocabulo Εὐεργέτης. — *Euergetae* cognomen quinam geſſerint? *Liebe* Goth. Num. p. 123.) *Spanhem.* Pr. I. p. 439. 440 vbi docet, *Euergetis* cognomen adſumtum a variis regibus, vulgo cum Soteris adpellatione apud Graecos coniunctum. In Seleucidarum numis tres occurrunt cum ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomento, Alexander I. vulgo Bala, Antiochus VII. cognomine Sidetis, Demetrius III. cognominatus Philometor et Callinicus. — Pariter cognomen duorum Ptolemaeorum III. et VII. Aegypti regum, quod ex auctoribus a *Spanhem.* I. p. 400. adlegatis et ex numo apud *Liebe* Goth. Num. p. 123. et *Vaill.* Hiſt. Ptolem. p. 50. de Ptolemaeo III. cum inſcr. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ conſtat. De Septimo vero Ptolemaeo, vulgo Phyſcone, ſilent numi. — *Euergetae* etiam dicti praeter Lagidas et Seleucidas alii in Aſia reges, vti e numis Pylaemenis Paphlagonum, Mithradatis Ponti, et Arſacidarum Parthorum conſtat. Conf. *Froelich.* Not. Elem. Tb. 17. fgg. 1. 2. p. 196. 197.) *Sebaſt. Faeſchii* epiſtola de numo Pylemenis (*ſic*) Euergetae, regis Paphlagoniae. Baſil. 1680. recuſa in Theſ. *Gronov.* Tom. IX. p. 1601 ſq. et Gallice verſa in Recherches curieuſes d'antiquité par *Spon* p. 307 ſq.

Euergetes vocantur reges et principes ex *Harduini* Oper. Sel. p. 599. 600. ſententia, *qui poteſtatem habent*; at Gloſſ. Gr. Lat. ed. *Labb.* p. 81. Εὐεργέτης, *Benemeritus, Beneficus, Beneficus adſertor*; Εὐεργέται, *Benemerentes, Munifici,* quod fuſius comprobat *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 271. 272.

Euergetes in Laodicenſium numo: ΙΟΥΛΙΟΣ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ, *Iulius Andronicus Euergetes*, apud *Haym.* Th. Br. II. Tb. 26. n. 2. p. 220.

ΕΥΓΑΡΑ incertus locus, forte Boeotiae, quod numus ignotus, vt ceteri Boeotorum numi, craterem, clauam, clipeumque praefert, quibus Liberi atque Herculis patria deſignatur. *Froelich.* Not Elem. p. 83.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 56.

Euſemia vel *Euphemia* (*Aelia Marciana*) Anthemii vxor a quibuſdam dicitur; nominatur item eius filius Marcianus. — Si Procopium audis, barbaris nata parentibus *Euſemia*, mancipium Iuſtini Senioris fuit, ante quam coniux; ceteri ſcriptores Lupicinam adpellant, ac nomen mutaſſe tradunt, cum maritus ad imperium peruenit. Matrimonium eius infecundum fuit et marito adhuc ſuperſtite fatum impleuiſſe videtur quo vero anno incertum.

Euſe-

Euſemiae numi rariſſimi ſunt, ſed videndum, num ad Iuſtini vxorem pertineant; cùm enim eadem ferme, hoc eſt Leonis aetate, altera *Euphemia* fuerit Marciani filia, Anthemii coniux, probabiliſſimum eſt, eam *Marcianam* vocatam, *Auguſtaeque* titulo ornatam fuiſſe; quamobrem, ſi quis ei numos ſequentes tribuere voluerit, in ſententiam eius, ait *Bandur*. II. p. 628. me iturum eſſe profiteor libentiſſime. — 1. D. N. AEL. MARC. EVFEMIAE P. F. AVG. Caput illius margaritis ornatum, ad pectus cum ſtola.)(VICTORIA AVGGG. Victoria ſtans, d. tenet crucem longiorem, ſ. ſtolam colligit, a ſin. in area ſtella, in ima parte COMOB. *AV. Band*. ib.) *Guſſeme* III. p. 184. n. 1. — 2. D. N. AEL. MARC. EVFEMIAE P. P. AVG. Idem caput ornatum.)(*Eadem*) ſed in imo exergo CORMOB. *AV. Band*. ib.) Conſt. Chriſtian. Tb. 26.) *Mdb*. p. 560.) *Guſſ*. ib. — 3. D. N. AEL. EVPHEMIA ..... *Band*. ib. ex *Mdb*. ib.) *Spanhem*. Pr. II. p. 315. AEL. MAR. EVPHEMIA, cui Iuſtini vulgo Thracis vxor.

EVFRATES (*ſic*) in numo Traiani apud *Occonem* p. 215. et *Harduin*. Oper. Sel. p. 56. in quo pons amni impoſitus ad deducendas in Aſſyriam Meſopotamiamque copias, teſte *Xiphilino*. vid. *Euphrates*, de quo flumine multa *Plinius* L. V. c. 20.

Eugenes magiſtratus nomen. Aegarum Ciliciae. *Eckhel*. Cat. I. p. 184.) *Haym*. Th. Br. II. p. 341. obſ. 204. *it*. p. 342. 343. et alibi. vid. ΕΥΓ. — ΕΥΓ. — ΕΥΓΕΝΟΥΣ. — ΕΥΓΕΝΕΟΥΣ.

Eugenius tyrannus Theodoſii M. aetate, genere Francus, rhetor olim ac grammaticus, ab Arbogaſte, qui Valentinianum occiderat, Imperator factus eſt in Galliis, Ao. Chr. 392. et ingenti exercitu contra Theodoſium miſſus. Pugnatum primo eſt prope Aquileiam vario Marte; poſtridie vero, collatis iterum ſignis, Eugenii copiae, non ſine diuino numine, fractae iam ad Theodoſium defecerunt, vinctumque Imperatori tyrannum exhibuerunt, qui ſtatim ad eiuſdem pedes occiſus eſt poſt annos duos et menſes aliquot tyrannidis vſurpatae. Arbogaſtes, qui ſecutus fuerat ſemper Eugenium, fuga lapſus, non multo poſt ſe ipſum interfecit. *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 14. fg. 7. p. 73.

Eugenii numi cum *Auguſti*. P. X. 392 ad 394. adſumto titulo *aerei* rariſſimi, *argentei* rari, *aurei* rariores. Quos vero Auguſtos aurei: VICTORIA AVGG. *al*. AVGVSTOR. *al*. AVGVSTORVM inſcripti, praedicant? an Theodoſium M. cum Eugenio iungant, quod tyrannus concepiſſet fore vt ipſi Occidente cederet Theodoſius, et ignominioſam pacem, quam incertum bellum mallet; an vero monetarii adeo imperiti fuerint, vt cum nouos typos cudere nequirent, veteribus vterentur, videant peritiores. a) *Aurei*. 1. D. N. EVGENIVS P. F. AVG. Caput Eugenii diademate ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.)(VICTORIA AVGG. Imperatores duo ſedentes a fronte, vna globum tenent, Victoria ſuperne media, ad pedes inter vtrumque laurus emergens, in ima parte COM. *Band*. II. p. 542.) *Guſſeme* III. p. 185. n. 5.) M. *Theup*. p. 358. — 2. *Alius*, ſed abſque lauro, in area a d. L. a ſin. D. in imo COM. *Band*. ib) *Guſſ*. ib. — 3. *Al*. cum CON. inferne, et abſque litteris in area, eodem typo vtraque ex parte. *Band*. ib.) *Ducang*. Conſt. Chriſt. p. 61. — 4. *Al*. ſed in area a d. M. a ſin. D. in imo exergo COM. *Band*. ib.) *Guſſ*. ib.) *de Bie* Tb. 60.) *Muſell*.

Suppl. Tb. 63. fg. a.) M. *Pembrok.* I. Tb. 26. fg. 8. — 5. *Ead. epigr.*)(VICTORIA AVGG. C. CON. Duae figurae ſedentes, dextris globos tenentes, quibus Victoria lauream imponit. *Band.* ib.) *Mdb.* 521.) *Strada* 207. — 6. *Ead. epigr.*)(VICTORIA AVGVSTOR. TR. COM. Victoria gradiens, d. elata cum laurea, ſ. palmam. *Band.* ib.) *Mdb.* 521.) *Guſſeme* n. 6. — 7. *Ead. epigr.* Caput Eugenii diadematum cum margaritis.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens, d. lauream, ſ. palmae ramum, in area M. D. infra CON. Quin. *N. Eckhel.* Cat. II. p. 518. — 8. *Al.* ſed in area T. a ſin. R. in ima parte COM. *Bandur.* ib.) *Ducang.* Conſt. Chriſt. Tb. 19.) *Guſſ.* n. 6. — 9. *Al.* ſed abſque litteris in area, in imo exergo TR. *Band.* ib.) *Mdb.*

b) *Argentei.* 10. D. N. EVGENIVS P. F. AVG. Huius caput.)(GLORIA ROMANORVM. Imperator ſtans, d. tenet labarum, in ima parte MDPS. max. mod. *Band.* II. p. 524.) *Guſſeme* III. p. 185. n. 1. — 11. *Ead. epigr.*)(VIRTVS ROMANORVM. Fig. muliebris ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. *Band.* ib.) *Mdb.* 520. — 12. *Ead. epigr.* Caput Eugenii laureatum, ad pectus cum paludamento.)(*Ead. epigr.* Mulier galeata et ſtolata ſpoliis inſidens, d. victoriae ſignum globo impoſitum ſuſtinet, ſ. adnititur haſtae ferratae inuerſae, infra MDPS. *Band.* ib.) *Guſſ.* ib. n. 7. — 13. *Ead. epigr.* Caput Eugenii corona ex margaritis et gemmis cinctum, ad pectus cum paludam.)(*Ead. epigr.* Mulier galeata thoraci inſidens, d. victoriolam, ſ. haſtam, in imo exergo MDPS. *Band.* II. p. 523. 524.) *Eckhel.* Cat. II. p. 518. — 14. *Alius* cum TRPS. in imo, eodem typo vtraque ex parte. *Band.* II. 524.) *Beger.* Th. Br. II. p. 834.) *Guſſ.* ib. — 15. *Ead. epigr.*)(VRBS ROMA. Roma ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. *Band.* ib.) *Mdb.* 521. — 16. *Ead. epigr.* Caput Eugenii corona ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.)(VRBS ROMA. Fig. muliebris galeata et ſtolata inſidens ſpoliis, d. victoriae ſignum tenet globo impoſitum, ſ. haſtae adnititur, infra LVCPS. *Band.* ib.) *Ducang.* Tb. 19.) *Guſſ.* n. 8.) M. *Pembr.* III. Tb. 31. fg. 21. — 17. *Al.* ſed haſtae ferratae adnixa ſiniſtra. *Band.* ib. — 18. *Al.* ſed in imo LVC. ES. *Guſſ.* ib.) *Mdb.*

c) *Aerei formae tertiae.* 19. IMP. EVGENIVS P. F. AVG. Suſpectus eſt IMP. titulus, qui in numis illius aetatis nuſquam occurrit.)(SALVS PVBLICA. Victoria gradiens, d. lauream, ſ. captiuum crinibus trahens, in area Chriſti monogramma. *Band.* II. p. 525.) *Mdb.* 520.) *Guſſ.* ib. n. 2. — 20. D. N. EVGENIVS P. F. AVG. Caput Eugenii corona gemmata cinctum, ad pectus cum paludam.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria d. humero geſtat tropaeum, ſ. captiuum genuflexum adprehenſum capite tenet, in area monogr. Chriſti. *Band.* ib.) *Guſſ.* ib. n. 3. — 21. IMP. EVGENIVS P. F. AVG.)(SAPIENTIA PRINCIPIS. Numus hic, ſi quidem Eugenii eſt, inter rariſſimos numerari debet, ſed Licinii eſſe exiſtimat *Band.* l. c.) *Occo* et *Mdb.* p. 520. eum exhibent exſcriptum, vt aiunt, ex *Ant. Auguſtini* Dialogis, vbi illum non reperi. *Guſſ.* ib. n. 4. — 22. D. N. EVGENIVS P. F. AVG. Caput diadematum cum margaritis.)(VIRTVS ROMANORVM. Victoria gradiens, d. lauream tenet coronam, ſ. palmae ramum; qui typus huic inſcriptioni iunctus tum primum occurrit; in ima parte CON. *Band.* ibid.) *Ducang.* Conſt. Chr. Tb. 19.) *Guſſ.* n. 7.) *Mdb.* 520. — 23. IMP. EVGENIVS P.

P. F. AVG.)(VICTORIA AVGVSTOR. TR. COM. Victoria gradiens d. elata cum corona, ſ. palmam. *Chifflet.* Veſont. P. II. c. 15.) *Mdb.* 520. 521.

EVGENIVS. vid. SPECIOSVS DIGNVS EVGENIVS ACHIL. DESIDEREVS. Num. Contorn. *Hauercamp.* fg. 54. p. 119. 120.

Euhippa, id eſt, equitandi perita, Thyatirae fundatrix amazon. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 55. ex *Stephano*.

Eumelus agriculturam Achaeos docuit. *Nonn.* ad *Golz.* Graec. vet. p. 43.

— rex Sauromata. *Haym.* Th. Br. II. p. 64.

Eumenes Cardianus, Cappadociae rex, ab Antigono A. V. C. 438. captus et necatus. *Haym.* ib. p. 44.

— Attali frater iuxta *Eutropium* L. IV. condidit *Eumeniam* vrbem inter fines Lydiae et maioris Phrygiae verſus Galatiam.

— II. Pergami rex, poſſeſſum annis 49. regnum Attalo II. cum tutela filii reliquit circa A. V. C. 597. *Haym.* Th. Br. II. p. 32. 197.) *Sevinus* dans memoires de l'Acad. des Inſcriptions Tom. XII. p. 204 ſq.

Eumenia Phrygiae, *Stephano*: Εὐμένεια, πόλις Φρυγίας, vel Cariae, itidem *Stephano*: Εὐμένεια τῆς Καρίας, ὁ πολίτης Εὐμενεύς. Addit *Holſten.* in *Steph.* p. 121. „Gentile olim fuiſſe Εὐμενείτης oſtendit *Plinius*, dum L. V. c. 29. *Eumeneticam* vocat regionem.

Eumeniae vrbi Phrygiae nomen dedit Attalus in honorem Eumenis Philadelphi. *Neumann.* Pop Num. II. p. 68. Condita vrbs iuxta *Eutropium* L. IV. inter fines Lydiae et maioris Phrygiae verſus Galatiam.

A) *Autonomi*: 1. Caput viri galeatum.)(ΕΥΜΕΝΕΩ... ΜΕΝΕ... Victoria gradiens, d. lauream, ſ. ramum gerit. Æ. *Criſtiani* Adpend: ad Num. Graec. Tb. 1. fg. 5. p. 31 ſq. — 2. Caput Iouis barbatum et laur.)(ΕΥΜΕΝΕΩΝ, *Eumenenſium* intra lauream. M. *Pembrok.* II. Tb. 10. fg. 6.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 186. n. 1. — 3. ΕΥΜΕΝΕΙΑ. Caput muliebre turritum.)(ΕΥΜΕΝΕΩΝ ſupra fluuium recubantem cum cornucopiae, ſub fluuio ΓΛΑΥΚΟΣ, *Glaucus* fluuius Cariae. *Froelich.* Not. El. p. 84.) *Harduin.* Oper. p. 57.) *Holſten.* in *Stephan.* p. 121.) *Spanhem.* Pr. p. 890.

B) *Imperiales* huius vrbis rari ſunt admodum, nec in Vaillantio praeterquam ſub M. Aurelio, Philippo Seniore et Ottacilia adnotantur. Magiſtratum gerebant ſummi ſacerdotes. Legitur:

a) *Nero*. 4. ..ΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Nero Auguſtus.* Caput Neronis nudum.)(ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΛΕΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΙΑΣ, *Eumenenſium Iulius Cleon Summus Sacerdos Aſiae.* Iupiter ſtans, d. aquilam, ſ. bipennem tenet. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 28. fg. 5. p. 236.

b) *Domitianus* forte. 5. Epigraphe extrita. Caput laureatum.)(ΚΛΕΩΝ ΑΓΑΠΗΔΟΣ ΕΥΜΕΝΙΩ.. Figura togata ſtans, d.... in area aſtrum. Æ 3. *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 198.

c) *Antoninus Pius.* 6. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΦΛΑΒΙΩΝ, *Eumenenſium Flauiorum*, circum Victoriam et bouem. *Harduin.* Oper. p. 57.) *Holſten.* in *Steph.* p. 121.) *Guſſeme* ib.) *Spanh.* Pr. p. 771. ΦΛΑΒΙΩΝ cognomen vrbi eſt a Flauio Veſpaſiano inditum, qui Ciliciam, Lyciam,

ciam, finitimaſque regiones in prouinciae formam redegit, teſte *Suetonio* in eius vita c. 8.

d) *M. Aurel.* 7. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Eumenenſium Achaeorum*, quod ΑΧΑΙΩΝ vocabulum hic Graecos denotat. *Froelich.* Not. Elem. p. 84. vel ex mente *Harduini* Oper. p. 57. cognomen id Eumenenſium eſt, vt ab aliis eiuſdem nominis ciuitatibus, quae multae ſunt, ſecernantur; Achais autem ea regio adpellabatur, in qua haec *Eumenia* fuit, aut Lydiae proxima, aut ipſius Lydiae pars. Typus numi eſt amazon in equo, ſ. humero bipennem. Æ 2. *Guſſ.* III. p. 186. n. 2.) *Hard.* l. c.) *Haym.* Th. Br. II. p. 118. 119. obſ. *Kbellii* 76.) *Petit.* de Amazon. p. 254 et 286.) *Vaill.* Gr. p. 51. — 8. *Al.* eadem cum epigr. ſed Fortuna tutulata ſtans, d. temonem, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

e) *Philipp. Sen.* 9. ΕΠ. ΦΛ. ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙΕ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Sub Flauio Phiſico Pontifice maximo Eumenenſium Achaeorum.* Fortuna ſtans in templo quatuor columnarum, d. temonem. Æ mai. *Guſſ.* n. 3.) *Hard.* Oper. p. 57.) *Vaill.* Gr.

f) *Otacilia.* 10. ΕΠ. Φ. ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧ. Ἐπὶ Φλαυΐου Φισικοῦ Ἀρχιερέως Εὐμενέων Ἀχαιῶν, *Sub Flauio Phiſico* etc. Fortuna ſtans, d. ſpicas et papauera cum temone, ſ. cornucopiae. Æ 1. *Guſſ.* ib. n. 5.) *Vaill.* Gr. — 11. *Al.* ΕΠΙ ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧ. Mulier cum calatho ſtans, d. ſpicas, ſ. cornucopiae. Æ 1. *Guſſ.* ib. n. 4.) *Vaill.* Gr.) *Hard.* ib.

Eumenides, Gr. Εὐμενίδες, ab εὐμενὴς, *Beneuolus*, quaſi quae minime beneuolae ſunt, ita dictae Furiae non alatae, ſed veſtitae et faſcibus ac flagellis, aut etiam ſerpente armatae, quales occurrunt in antiquis aliquot numis, memorante *Spanhem.* Pr. I. p. 260. — Vel *Canopus* feminini generis ſic adpellatur. *Iobert.* dans Science d. Méd. I. p. 369.

EVNAMO. litteris Gothicis ſcriptum. v. *Gothici* numi.

EVOIN. XIR. in barbaris tetradrachmis, de quibus *Neumann.* Pop. Num. I. p. 143.

Eupator, Gr. Εὐπάτωρ, *bono, vel nobili patre natus.* Conf. *Galland.* Diction. vocabulo Εὐπάτωρ. — Hoc cognomento vſos fuiſſe duos Ponticos vel Boſporanos reges ex eorum numis et aliunde diſcimus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ, *Regis Eupatoris.* Caput diademate inſignitum.)(ΘΝΤ. *Anno* 459. Capita nuda, quae oſtenduntur, videntur eſſe M. Aurelii et L. Veri. *Morell.* Specim. Tb. 7. p. 91.) *Froelich.* Num. Reg. p. 103. — *Eupatorem* hunc tributarium fuiſſe, et imperata in Bithyniam per legatos miſiſſe, patet e *Luciani* Pſeudomante. Duo capita in numo barbara manu expreſſa non adeo dignoſci poſſunt, vt pro certo ſtatuere poſſimus, vtrum Antonini Pii et M. Aurelii; vtrum M. Aurelii et L. Veri ſint.) *Spanhem.* Pr. I. p. 490. *it.* ad Iuliani Caeſſ. p. 421. ad Mithradatem VI. Eupatorem Ponti regem refert, qui in aliis legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 66. n. 4. 5. 6. — Mithradatem tamen *Magnum* et *Eupatorem* cognomine, Seleucidarum aera vſum eſſe, quippe qui Romanis infenſus fuerit, numiſma comprobat: ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΒΙΣ, *Mithradatis Eupatoris An.* 212. Nam ſi 212. addas aerae Seleucidarum 442. conficitur annus V. C. 654. qui congruit cum temporibus huius Mithradatis. *Froelich.* Not. Elem. p. 32. — *Alius* eiuſdem Mithradatis numus, nota Δ. inſignis, annum eius regni *Quartum* indicat. *Spanhemius* aeram Ponticam deducendam cenſet a pri-

mo Mithradate κτίσιν, *Conditore*, ſeu fundatore regni, quem *Morellius* ad annum V. C. 448. retulit. Conf. *Froelich.* Not. Elem. p. 154. cum epochae numeris 209. 212. 219. 221. 222. 223. 224. qui reſpondent annis ante Chriſtum ab 69 ad 74 vel 73. De cognomento *Appian.* Mithridat. p. 176.

Eupator, rex Boſpori Cimmerii. ΒΑ. ΕΥ. ſupra ΝΟ. infra ΚΔ. intra coronam.)(ΚΑΠΕ. *κατετώλιον*. Templum quinque columnarum. Æ 2. editus a *Froelichio* Animaduerſ. p. 81 ſed ibi perperam *Eumeni* Pergameni regi tribuitur, *Eckhelius* vero Catal. Muſ. Caeſ Vind. I. p. 135. *Eupatori* Boſpori regi adſcripſit cum *Clary* ob ſimiles alios Boſporanos. *Froelich.* Not. El. p. 166.

Eupatoris ſimiliter adpellatio tributa Antiocho V. Syriae regi, Antiochi IV. Epiphanis filio, qui thronum conſcendit 149. aera Seleucidarum, 164. ante Chriſtum. In Æ 1. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ apud *Vaill.* Hiſt. Reg. Syr. p. 228. et *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 7. p. 55. *it.* Not. Elem. Tb. 13. fg. 9. p. 168. quodque cognomen ei inditum a Lyſia poſt parentis miſere exſtincti obitum, dicitur a Macchabaeorum ſcriptore L. II. c. 2. vſ. 11. a Syris autem ob patris virtutem, iuxta *Appian.* Syriac. p. 117. quaſi felix eſſet, cui talis pater contigiſſet. vid. *Antiochus* V.

Eodem cognomento occurrit Arſaces I. Parthiae rex: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. *al.* ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ. *Froelich.* Not. Elem. p. 177. n. 2. 6. vid. *Arſaces* I.

Eupatoria Ponti vrbs iuncta amiſo oppido quam Pompeius a ſe *Magnópolim* adpellauit, teſtibus *Appiano* et *Strabone*.

Eupatria, vrbs Lydorum iuxta *Stephanum* Εὐπάτρια, πόλις Λυδῶν, ἧς πολῖται Εὐπατρίδαι, μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς. *Golzius* Theſ. p. 214. et *Harduin.* Oper. p. 57. ex eo Veſpaſiani numum adfert: ΑΥΠΑΤΡΙΔΩΝ ΜΗΤΡΟΠόλεων, ſed putat *Holſten.* ad *Steph.* p. 121. in numo fuiſſe ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ, vt in alio Veſpaſiani numo apud *Golz.* l. c. legitur. Grammatici autem, quorum fidem *Stephanus* hic ſequitur, nomen patronymicae formae cum gentili confudiſſe videntur; nam Εὐπατρίδαι proprie dicebantur Athenienſium nobiliſſimi.

Euphranor ſtatuarius laudatiſſimus Iſthmius, plurima ſigna nobiliſſima ex aere confecit, quae enumerantur a *Plinio* L. XXXIV. c. 8. Idem et pictor et marmorarius fuit, in vnoquoque genere excellens, ſibique aequalis. vid. *Bonus Euentus*.

Euphratis regio eadem quae Syria, a vicino fluuio Euphrate, qui cum Araxe fratre ex monte Armeniae profluit. *Stephano*: Εὐφρατὶς, ἡ Συρία. *Holſten.* in *Steph.* p. 122.

Euphrates fluuius Meſopotamiae, quem *Strabo* ſcribit ex Niphate monte Armeniae magnum, profundum et celerem naſci, influere autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, et Tygri coniunctum Meſopotamiam facere. Dictus autem putatur *Euphrates*, quod et *Ambroſius* adnotauit, ἀπὸ εὐφραίνειν, a laetificando, propterea quod circumiacentem agrum ſtagnationibus ſuis adeo laetum fecundumque reddat, vt ſequente anno ſponte creſcat et proueniat ſeges. — *Euphrates* fluuius emergens pro pedibus genii ſcopulis inſidentis. n. Samoſatenſ. — Scribitur EVFRATES in n. Traiani apud *Occonem* p. 215. apud alios vero rectius:

EVPHRATES. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. ad pontem amni impoſitum, in quo Imp. cum militibus eum ſequentibus, infra figura fluuii recumbentis, d. vrnam cum temone. *Mdb.* p. 162.) *Guſſeme* III. p. 187. *et* VI. p. 409. n. 57. — In *alio* eiuſdem Traiani cum epigr. ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE. Imperator d. haſtam, ſ. parazonium gerens, ſtat inter duas fluuiorum *Euphratis* nimirum et Tigris figuras, humi procumbentes, pedibus proculcans figuram prouinciae. Æ 1. Traiani. *Guſſ.* III. 181 et VI. 405. n. 22.) *Vaill.* Pr. I. p. 47.) *Woltereck.* El. Num. p. 105. vid. ARMENIA etc. — TR. P. VII. IMP. VIII. COS. III. Aurelius et L. Verus ſtantes; ille conculcat Tigrim fluuium, hic *Euphratem*, ambo a Victoriis coronantur; in medio ad eorum pedes captiuus genuflexus reuinctis poſt terga manibus. Æ max. L. Veri. *Guſſ.* III. p. 144. *Antiochia ad Euphratem* ſeu ad Tauri montem, cuius pedem *Euphrates* adluit, in n. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΕΥΦΡΑΤΗΝ, *Antiochenorum Ad Euphratem.* *Guſſ.* III. p. 187. vid. *Antiochia.*

Euphroſyne vel Hilaritas, Gr. Ευφροσύνη; vna Gratiarum, ſoror Aglaiae et Thaliae. *Vaill.* Col. II. p. 18.

Eupolemus, Eleus patria, celebris victor in ludis Olympicis, vicit Pythia et Nemea, de quo *Pauſanias* L. VI. c. 3. et VIII. c. 45. — Tria ſibi impoſita ſcuta.)(ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ, *Eupolemi.* Pharetra. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 7. fg. 7. p. 78 ſq.) *Froelich.* Not. El. p. 234. Protritum eſt, ſcuta, pharetram, quae in n. ſpectantur, vt coronas et id genus alia athletis ceſſiſſe praemia. Qui hoc in argumento plenius inſtrui cupit, eruditas tres diatribas *Burete* dans Mem. pour ſervir à l'Hiſtoire des Athletes conſulat, operibus Academiae inſcriptionum et elegantiorum litterarum Pariſiis editis, Amſtelodami autem recuſis, inſertas.

Euporus a) ſeruus C. Gracchi, qui dominum ex Auentino fugientem, qua potuit ratione tutatus eſt, ac ſuper occiſum, animam euulſis proprio vulnere viſceribus effudit, ex *Macrob.* — b) Praetoris nomen apud Cyzicenos: ΕΠΙ ΣΤΡ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΕΥΠΟΡΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ, *Sub Praetore Iulio Euporo* etc. n. Sept. Seueri. *Vaill.* Gr. — c) Praetoris Metropolitarum vel Ioniae, vel Phrygiae: ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΕΥΠΟΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Euporo* etc. Æ 2. Gallieni; *it.* Saloninae; *Band.* Impp. I.) *Harduin.* Oper.) *Patin.* Theſ.) *Vaill.* Gr. — ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΕΥΠΟΡΟΥ Β. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ, *Sub Pr. Aur. Euporo Iterum Metropolitarum:* Æ max. Valeriani Sen. Muſ. *Alb.* II. Tb. 82. fg. 2. p. 45.

EVR. *Europa.* EVR. ASI. AFR. *Europa*, *Aſia*, *Africa* in aureo Cocceii Neruae numo, in memoria diuiſionis prouinciarum inter Auguſtum ac ſenatum populumque. *Guſſeme* III. p. 188.) *Mdb.* p. 32.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 15. fg. 10. p. 76.) *Spanhem.* Pr. II. p. 213. vid. *Cocceia* gens.

Eureſippus magiſtratus Abderae Thraciae. ΕΠΙ ΕΥΡΗΣΙΠΠΟΥ, *Sub Eureſippo.* *Peller.* Tb. 33. fg. 4.

Euricles magiſtratus Lacedaemonia. ΕΠΙ ΕΥΡΙΚΛΕΟΣ, *Sub Euricle.* *Arigoni.*

Euripylus, cuius hiſtoriam in numis ſuis conſignarunt Patrenſes, vt Corinthii Bellerophontis memoriam in plurimis numis renouarunt. — Euripylus in Troiae excidione cum arcam inueniſſet, ea aperta ſtatim vt ſimulacrum adſpexit, mentis impos factus, Delphos perrexit, et ab oraculo reſponſum accepit,

pit, ipſum quo in loco homines offendiſſet peregrino ritu ſacrum facientes, furoris morbo liberatum iri, ſi ibi arcam expoſitam dedicaret et ipſe ſedem ſuam ſtatueret. Ventis Patras delatus, incidit in tempus, quo puer et virgo ad Triaclariae Dianae aram mactarentur. Fortuitus rei euentus Euripylum et ſacra infamia oppidanos liberauit. Patrenſes illum ex patriis antiquitatis monumentis norunt, ipſi parentalia faciebant anniuerſaria poſt Liberi Patris ſacrum. — In Patrenſium numis figura virilis nuda ſacrificans ſuper aram, d. pateram, ſiniſtram imponens capiti cuiuſdam ſimulacri in quadratam formam deſinentis Sic Eurypylus Diis gratias agens ob vſum mentis recuperatum, ſimulacro Liberi Aeſymnetis, cui manum imponit, dedicato ſacrificat. Deo enim, qui in arca fuerat abditus, cognomen erat Aeſymnetes. *Vaill.* Col. I. p. 205.

Eurome vrbs Cariae, *Plinio* L. V. c. 29. *Eurome*; *Stephano* Ἐυρώμη, ſic dicta ab Euromo Idriaei filio. — ΖΕΥΣ ΕΥΡΩΜΕΥΣ ΕΥΡΩΜΕΩΝ, *Iupiter Euromeus Euromeorum.* Æ 2. Caracallae. *Guſſeme* Ill. p. 187.) *Harduin.* Oper. p. 57. vid. ΕΥΡΩΜΕΥΣ.

Euromeus Iouis epithetum. vid. *ibid.*

Europa Agenoris Phoeniciae regis, vel Phoenicis filia, a Ioue ob eximiam formam adamata, quam ſub tauri imagine ex agro vrbis in Cretam rapuit; illa deinceps a Sidoniis pro dea habita et *Sidonis dea*, ΘΕΑ ΣΙΔΩΝΟΣ, adpellata. *Lucian.* de dea Syria. — Inde Augusti, Claudii, Neronis, Traiani, Hadriani, Elagabali, Anniae Fauſtinae, Alex. Seueri a Sidoniis percuſſi numi habent Europam tauro, *Ioui videlicet, inſidentem*, ambabus veſtum manibus ſupra caput volitans ſuſtinentem. *Morell.* Theſ. Impp. H. p. 34.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 799.) *Vaill.* Col. Num. I. p. 106 *et* II. p. 89. 104. 123. — Alii numi Aſtarten et Europam eandem Sidoniorum deam deſignant, ſed Aſtarte plane ab Europa eſt diſſimilis. Conf. *Schlaegeri* Europae raptus p. 8. et de fabulae adumbratae ſenſu, ſeu de eo, quod ſub Europa tauro vecta abſcondiderunt veteres. *ib.* p. 39 ſq. — *Lucas Cuperus* in libro, cui titulus: Παραπιτλα τῆς χρονολογίας etc. Amſtelod. 1721. p. 365 ſq. Moſen, Tzipporam ex Midianis terra abducentem, in ea quaeſiuit et reperiſſe ſibi perſuaſit. — *Iac. Tollius* in Fortuitis, Amſt. 1687. editis, in quibus tota fabularis hiſtoria Graeca, Phoenicia, Aegyptiaca ad Chemiam pertinere adſeritur, vbi p. 191. Iupiter nempe *taurus* ſpiritum *Tollio* denotat igneum, *Agenori* vel lapidis philoſophici ſtudioſo, praeter ſpem opinionemque omnem cariſſimam, ex parentum ipſorumque labore ſuſceptam, filiam, diuitias aufert, in fumum abiens aëremque. — Plurimi rerum mythicarum interpretes haec fabuloſe narrata de Cretenſium quadam aduerſus Phoenices expeditione interpretantur; in nomine tamen ducis, qui bellum illud adminiſtrauit, diſcordes. *Taurum*, e Cnoſſiis oriundum, regnante in Creta Aſterio, cum exercitu aduerſus Phoenices miſſum, Tyriorum vrbe expugnata, inter praedam Agenoris filiam, *Europam*, abduxiſſe, vnde poſtea Iouem in taurum transmutatum exſculpſerint poetae, non modo *Ioa. Malelae* in Hiſtoria Chronica p. 34 ſq. ſed etiam veterum eſt opinio haud paucorum, quos adduxit *Io. Meurſius* in Creta L. IV. c. 14. — Maior contra, eaque melior veterum pars, referente *Bannier.* Hiſtor. Fabular. expoſit. Tom. II. p. 26 ſq. contendit, Iouem, Cretae dominum, naui, cui pro ſigno taurus, aduectum violenta manu Europam Tyriis eripuiſſe, cuius fabulae natales *Sam.*

Bochart. Geogr. Sact. L. I. c. 28. Tom. I. Oper. p. 542. in vocis אלבא ambiguo ſenſu ponit; quippe cum et *nauim* ſignificet et *taurum*; hinc fabulam conditam eſſe a linguae non ita gnaris, coniicit. *Pollux* Onomaſtic. L. I. ſegm. 83. „Sunt et Lybicae naues, quas arietes hircoſque vocitant, vnde veriſimile videtur etiam *taurum* illum, *Europae raptorem* eiuſmodi *nauim* fuiſſe. — *Feſtus* vocabulo *Europa*: „Alii eam a praedonibus raptam, et nauem, quae Iouis tutelam *effigiem tauri* habuerit, in eam regionem eſſe delatam. — *Fulgentius* Mythologic. L I. c. 25. „ *Europam in tauro* rapuiſſe fertur, id eſt, in *nauem tauri picturam habentem*. — Qui fabulae ſenſus quanto videtur antiquior ſimpliciorque, tanto minus fidem merentur, qui *tertiae orbis terrarum parti* cultiſſimae dicta Europae fata indidiſſe adfirmant. Quod ita abſonum iudicarunt viri eruditione graues, vt dudum aliam circumſpexerint nominis, noſtrae peninſulae propriі, deriuandi rationem commodiorem.

Europa tauro inſidens, peplum ſinuoſum vtraque manu explicat. n. Cnoſſiorum. *Wilde* Sel. Num. Tb. 6. fg. 38. p. 55. vid. *Cnoſſus.*

— — n. Amphipolis Syriae. *Peller.* Tb. 76. fg. 1. pariter in Auguſto, Tiberio, Caligula, Fauſtina Iun. vid. *Amphipolis* Syriae vel Macedoniae. *Hauercamp.* ad *Morell.* Impp. Tom. I. p. 396. 702.

— — n. Byzantii. n. Sept. Getae, Elagabali, Alex. Seueri. v. *Byzantium.*

— — n. Calaguris. *Velazquez* Enſayo Tb. 9. fg. 6. p. 85. 92.

— — n. Cretenſium in M. Aurelio; *it.* Caracalla. *Vaill.* Gr. et Adpend. Gr. Tb. 4.

Europa tauro inſidens, n. Gortynae Cretae. *Morell.* Impp. I. p. 702.

— — Sidoniorum rari ſunt nummi autonomi, qui ingenioſam hanc Iouis rapinam ſiſterent. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 15. fg. 11. p. 281. 282. — *it.* n. Claudii, Neronis, Traiani. *Morell.* Impp. III. p. 34.

— — n. Syracuſae. *Guſſeme* III. p. 188.

— — n. Valeriae gentis. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. Tb. 1. fg. 14.

— — n. Volteiae g. *Morell.* Fam.) *Vaill.* Fam.

— — ſed et infra delphin. Æ 2. Amiſi Ponti in Corn. Salonino. *Baud.* I. p. 263.) *Vaill.* Gr.

— — ſed duo delphini inferne. n. Cnoſſi. *Guſſ.* III. p. 188.

Europa tauro decurrente inſidens, velum manibus ambabus explicat, adiectis in auerſa n. aerei parte litteris ΚΥΡ. vid. *Cnoſſus* Cretae.

Europa, Gr. Ευρώπη, orbis pars, non ab Europa Agenoris filia, deriuatur, vt quidam autumant, ſed *Sam. Bochart.* et *Andr. Dacerius* ad Feſt. p. 134. et ad *Horat.* Lib. III. od. 27. ſuſpicati ſunt, eam adpellationem eſſe deducendam a Poenorum חורו אבא *Vr appa*, voce Λευκοπρόσωπον denotante, quia Europaei Africanos candore faciei multum ſuperant. Perbene *Wachterus* Gloſſ. Germ. p. 399. „Quid ſi *Europa* ſit terra *illuſtrium*, ſicut *Aſia* eſt patria deorum, et *Africa* regio ſimiarum „ Alias Europae deriuationes collegit *Schlaeger.* de raptu Europae p 41. 42. — *Europa* quid complectatur. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 39.

EV-

ΕΥΡΥΠΥΛΟC loco Εὐρύπυλος, *Eurypulus*, permixtis Graecorum et Latinorum litteris, vel V pro Y poſito. Muſ. *Pembrok.* II. Tb 44. fg. 4.

Eurydicea ciuitas incerti ſitus, forſan nomen ducens ab Eurydice Orphei vxore. — Caput muliebre velatum.)(ΕΥΡΥΔΙΚΕΩΝ, *Eurydicenſium.* Tripos. Æ.) *Guſſeme* Diction III. p. 188.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 38. fg. 7. Eundem vero numum ad

Eurydyeium Elidos rectius refert *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 119. Caput pariter in eo velatum muliebre.)(ΕΥΡΥΔΙΚΕΩΝ. Tripus. Æ 3.

Eurypylus heros. Plures alios quidem Eurypylos in Traiana expeditione legimus, ſed cuius aereum numum profert *Spanhem.* Pr. I. 504. Priami e ſorore et Telephi eſt filius, vnde Telphides etiam dictus, pro Troianis dimicans interfectus eſt. Imberbis ac decora facies c. epigr. ΕΥΡΥΠΥΛΟC ΗΡΩC, *Eurypylus Heros.*)(Templum cum pyramidos inſtar Paphiae Veneris effigie et nomine ſubſcripto ΠΑΦΙΑ. Circum ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ ΠΩΛΛΙΩΝΟC, *Pergamenorum Sub Praetore Pollione. Froelich.* Not. Elem. p. 231.) M. *Pembrok.* II. Tb. 44. fg. 4.) *Guſſeme* III. p. 189 *et* V. p. 372. n. 5. — Occurrit ſimilis plane numus in gaza Medicea cum iiſdem ſymbolis ac nominibus, niſi quod loco ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ legatur Η CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, ſed exeſa illa inſcriptio, vnde Pergamenis omnino tribuendus, non Salaminiis Cypriis, *Harduino* obſeruante. *Pauſanias* enim L. I. p. 8. a Telepho ex Arcadia deductam Pergamum coloniam tradit; in cuius originis memoriam primi conditoris ſui filius, Eurypylus, Telephi filius ſeu Telephides, olim circa Pergamenum agrum dynaſta, publico aere a Pergamenis ſignatus eſt. A forma et fortitudine celebratur Ἥρως ab *Homero*, prout et in numis *Heros* dictus.

Euſebes dicti a Seleucidis Antiochus VII. apud *Golzium* et Antiochus X. in numis. *Spanhem.* Pr. I. p. 441. — Idem Ariarathes rex Cappadociae. *ibid.* p. 441. 472. 473.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70.) *Froelich* Not. Elem. p. 187. 188.) vid. *Ariarathes.* — vel *Pius* Antoninus ita cognominatus, ac dein eius ſucceſſores. *Spanhem.* Pr. I. p. 441. et paſſim. Confer. *Galland* Diction. vocabulo Εὐσεβής.

Euſebia certamina Puteolis in honorem Hadriani. *Spanhem.* Epiſt. V. ad *Morell.* §. 6. et 12.

Euſebia a duobus Cappadociae regibus *Euſebes* cognominatis dicta olim Caeſarea Cappadociae cum ſigno montis Argaei celebris, in numis ΕΥΣΕΒΙΑΣ, *al.* ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ, *Euſebiae Caeſareae*, ſerius forte addito nomine *Caeſareae* in Caeſaris honorem. *Froelich.* Not. Elem. p. 84. 188.) *Spanhem.* Pr. I. p. 473.) *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 64. vid. *Caeſarea* Cappadociae. — 1. Caput Palladis galeatum ad d. cum mon. [180] recuſus numus.)(ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. Scopulus, infra mon. [181] Æ 1. Muſ. *Hunter.* Tb. 27. fg. 14. p. 141. — 2. Caput Palladis galeatum.)(ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. Galea, vel tridens. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 10. fg. 7.) *Guſſeme* III. p. 189. qui vero dubius, an ad Tyanam Cappadociae referendus ſit numus, quae Εὐσέβεια πρὸς τῷ Ταύρῳ, *Euſebia Ad Taurum* montem. *Spanhem.* Pr. I. p. 598.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 291. — 3. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Mons Argaeus, Mazacae vicinus, apud *Seguin.* et *Iobert.* II. p. 241. — 4 ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ Κ. Ε. pone templum. *Froelich.* Not. Elem. p. 188. 189. *Hieronymus* in Chronico putat, Mazacam a Tiberio *Caeſaream* dictam.

Euſe-

Euſebia (Flauia Aurelia) conſularis viri filia, Conſtantii Iun. iuxta quoſdam prima vxor, ſecunda iuxta alios. *Golzius* tantum huius Auguſtae meminit: FLAVIA EVSEBIA AVGVSTA *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 408.

Euterpe Muſa ab εὖ et τέρπω, a *ſuauitate concentus* dicta, quaſi belle delectans. Haec tragoediam inueniſſe dicitur. Ipſius in denario Q. Pomponii caput laurea coronatum. et ipſa ex)(ſtans bifrons hominis et feminae, quod hominum, *vt* et feminarum geſta exhibeat tragoedia, d. clauam Herculis tenet, qui huic deo comoedia dicata, vt ex *Ariſtophanis* comoedia intelligitur, quae Βατραχοι inſcripta eſt; perſonam ſ. tenet, quae tragoediam a comoedia diſtinguere videtur; nam in illa reges et principes, nonnumquam hiſce temporibus heroes et dii, ſub perſonis et in comoedia humiles et priuatae perſonae. Adſcripta eſt vox MVSA. *Morell.* Fam. Pomponia.) *Vaill.* Fam. Pompon. fg. 17. vid. *Pomponia* g.

Euthane iuxta *Pomp. Melam* inter Cnidum et Ceranicum ſinum in receſſu poſita, *Stephanus* *Euthenas* vocat: Εὐθηναὶ πόλις Καρίας, *Euthenae, oppidum Cariae. Plinius* autem L. V. c. 29 *Ethenen* Doridis in ſinu ab *Eutanen* Cariae diſtinguit. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 84. — Ex *Golzii* Theſauro p. 215. ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ, *Harduin.* Oper. p. 56.

EVTHIMIVS athleta. v. *Euthymius.*

Euthycrates, Gr. ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ in Æ 3. triumuirorum ab Epheſiis legitur magiſtratus. vid. *Epheſus.*

Euthymius Hieronica inſignis in numis contorniatis apud *Hauercamp.* 58 98. 99. 100. 116. 117. 133. — Viuus, vt deus cultus. *ibid.* p. 58. 59. 117. 118. — Graecis ſcribitur ΕΥΘΥΜΟΣ. multaeque de illo, ſeu hiſtoriae, ſeu fabulae apud *Pauſaniam* Eliacorum L. II. c. 6. *et Plinium* L. VII. c. 47. alioſque narrantur. Conf. *Ducang.* diſſ. de Num. inferioris aeui p. 44. — Floruit *Euthymius* Xerxis temporibus. Hic ſeu ſub habitu eiuſdem Nero repraeſentatur tanquam Olympionica victricibus inuectus quadrigis, d. flagellum cum corona tenens, ſ. palmam, capita equarum palmae item ornant, et lemniſcus ex duobus item palmae ramis in inferiore parte conſpicitur. In circuitu EVTHYMIVS legitur. Num. Contorn. Neronis. *Hauercamp.* Contorn. fg. 4. p. 56 ſq.) *Erizzo* Diſcorſo ſopra le Medaglie de gli Antichi, qui in anticae circuitu cerni teſtatur inſcriptionem: IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. — *Eadem* capitis Neronis epigraphe.)(Idem quadrigarum typus, ſed ſcriptum EVTVMIVS. *Hauercamp.* ib. fg. 16. p. 83.) *Guſſeme* V. p. 216. n. 25. *Mdb.* p. 93. — *Al.* Neronis, circum cuius caput: IMP. NERO CAESAR AVG. P. M.)(EVTHYMIVS in quadrigis, vel ipſe Nero. *Hauercamp.* ib. fg. 57. p. 133.) *Triſtan.* I. p. 217.) *Mdb.* p. 93. ſed EVTVMIVS. — Idem *Mdb.* in Nerone p. 94. ſimilem citat ex *Patini Suetonio* p. 304. et deſcribit numum, verum non addito nominc athletae, et cum hac capitis epigr: NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. II. P. P. — *Al.* Neronis cum victoris nomine EVTYMIVS. Imp. Nero d. telum, ſiue iaculum, quod aliis flagellum videtur, ſ. palmam praeferens, in curru a quatuor equis cum palmis in capitibus tracto, quo ſchemate Neronis e Graecia reditum, de quo *Sueton.* in eius vita c 25. deſignari exiſtimat *Oiſel.* Sel. Num. p. 486. ad Tb. 98. fg. 8.) *Guſſeme* III. p. 189. — Similes hiſce numos *Traiani* adfert *Hauercamp.* ib. fg. 31. p. 99. ex *Angeloni* Opere p. 100. n. 26. cum athletae victoris denominatione EVTHIMIVS ſcri-

ſcripta, qui quatuor itidem equis palmiferis vectus.)(TRAIANVS P. F. AVG. Capite laureato. — *Al.* eadem cum capitis laureati epigraphe, ſed addita eſt ſtella ad Traiani mentum, et athletae, qui curru triumphali vehitur, nomen ſcriptum: EVTYMIVS. *Hauercamp.* ib. fg. 37. p. 102.) *Guſſ.* III. p. 189 et VI. p. 409. n. 58.) *Mdb.* p. 149.) *Triſtan.* I. p. 385. — *Al.* ſola inſcriptione Olympionicae differt, nam legitur circum quadrigas EYTIMIVS. *Hauercamp.* ib. fg. 38. — TRAIANVS P. P. AVG. Caput Traiani laureatum, iuxta ramus inciſus.)(EVTYMIVS. Auriga in quadriga equorum palmatorum, d. flagellum, ſ. palmae ramum, infra ∩ cum duobus foliis aut ramis. Contorn. *Cimel. Vindob.* II. Tb. 17. fg. 2.) *Eckhel.* Cat Muſ. Caeſ. II. p. 558. n. 17. cui in imo corona, loco ∩, inter duos palmae ramos, ſupra globus velut in aere.

EVTIMI VINCAS. Quadriga, in qua vir triumphantis ſpecie d. coronam. ſ. palmam gerens.)(HONORIO AVGVSTO. Caput Honorii corona ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento, in area P̲ ex P et E conflatum mon. [73] Æ max. Honorii. *Band.* II. p. 539. depictus, ſed p. 543. monogramma Chriſti eſſe perperam exiſtimat.) *Guſſeme* III p. 189. ſed EVTYMI ſcriptum; *it.* IV. p. 97. n. 3. rectius EVTIMI etc.) *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 53. p. 116.) *Ducang.* diſſ. de inferioris aeui numiſmatibus ad numiſmatis huius explicationem p. 43. „Longe alterius generis ſunt numi, ad virorum illuſtrium, qui prioribus ſaeculis vixerant, reuocandam memoriam cuſi ab Imperatoribus, quorum alii inde *reuocati*, alii *contorniati* ab antiquariis adpellantur. Prioris generis multo plures habentur ab ipſomet Auguſto et ſucceſſoribus cuſi, de quibus hic non eſt ſermo; poſterioris vero tum primum occurrunt poſt Conſtantini M. aeuum, atque adeo circa Honorii tempora, in quibus primas tenet aereus ille medallio, in cuius antica parte idem Auguſtus maiori habitu faciei effingitur cum inſcr. HONORIO AVGVSTO, in poſtica expreſſus conſpicitur vir triumphantis ſpecie laurea caput cinctus, d. flagellum, ſ. palmam tenens, curru quadriiugo vectus, cum inſcr. EVTYMI NIKA. — Sed fallitur *Ducangius*, dum in hoc numo NIKA legit, cum legendum fuerit VINCAS. In aliis ſcilicet Graeca, in aliis Latina obſeruatur inſcriptio.

EVTIMIVS. vid. *Euthymius.* — Inter duos equos athleta, utraque manu et palmae ramos et equum ducens; nomen ſuper ſcribitur EVTIMIVS, infra equos TYRIEI CAT... pro CART... vt exiſtimat *Hauercamp.* ad fg. 30. Num. Contorn. p. 98. ad celebrandam ſcilicet Afrorum equorum velocitatem, qui in circenſibus palmam adepti hocce numiſmate honorantur. *Guſſeme* III. p. 189. et VI. p. 409. n. 59.) *Mdb.* p. 164. ſed EVTIMIVS etc.

Eutropia (*Galeria*, *Valeria*) e Syriaca regione ortum duxit, e Sext. *Aurel. Victore.* Maximiano Herculeo nupta Maxentium et Fauſtam Conſtantini coniugem peperit. Antequam Maximiano iungeretur, virum habuiſſe conſtat, ex quo Theodoram ſuſceperat, Conſtantio Caeſari copulatam. — *Bandurius* II. p. 86. e *Golzio* ac *Mediobarbo* p. 436. epigraphen GAL. VAL. EVTROPIA AVG. e paene detrito numo exſcripſit, et *Vallemontius* in tabulis libri de elementis hiſtoriae Eutropiae effigiem ſuo marte confinxit. An *Golzius* in exeſo, quem contrectauit, perlegerit vere, aut ſubſtituerit? — Verum Eutropiae Auguſtae numum ex aere edidit *Ioſeph Maria Vidua* Ateſtinus. Conf. Raccolta d' Opuſculi ſcientif. e filolog. Tom. V. p. 535. ad 538. In illo R r r. numo ad protomen Auguſtae: CAL.

GAL. VAL. EVTROPIA. X SALVS REIPVBLICAE. Figura mulicbris ſtans. *Vatinus* in conſimilibus Aeliae Flacillae deam Salutem putauit ob inſcriptionem. Verius *Vidua* l. c. arbitratur, ipſam Eutropiam exhiberi, quae vel occaſione nuptiarum vel hilaritate feturae SALVS REIPVBLICAE inauguratur; ſicut in Fauſta eius filia ſuſpenſis ad vbera paruulis eandem epigraphen conſpicimus. In imo ANTЄ. arguit numum Antiochiae Syriae in officina *quinta* cuſum.

EVTVMIVS. vid. *Euthymius.*

Eutyches Gr. ΕΥΤΥΧΗϹ, idem ac *Felix*. de cuius ſignificatione *Galland* Diction. vocabulo Εὐτυχής.

— nomen a) magiſtratus. Sic ΕΥΤΥΧΟΣ in n. Dyrrhachii Illyrici. vid. *Dyrrhachium.* — b) archontis Halicarnaſſenſium Cariae. ΕΠΙ ΑΡ. ΡΟΥΦΟΥ ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΛΙΚΑΡΝΑϹϹΕΩΝ, *Sub Archonte Rufo Eutyche.* Æ. 1. Maximini. — c) *conſularem poteſtatem habentis.* ΕΠΙ ΕΞ. ΕΧΟΝ. ΥΠΑΤΟΡ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Sub Poteſtatem Habente Conſularem Aurelio Antonino Eutyche, Smyrnaeorum.* Æ max. Caracallae. *Vaill.* Gr. Num. p. 111. 324. de qua epigraphe *Eckhel.* Num. Vet. p. 188. d) *praetoris Adramyttenorum* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΠΑΥΛ ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, *Sub Praetore Paulo Eutyche.* Æ 1. Caracallae. — *Aegaeenſium* Aeolidis. ΕΠ. ϹΤΡΑ. ΑΥΡ. ΓΛΑΥ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ. *Sub Praet. Aur. Glauco, Eutychis* filio. *Froel.* Adp. II. nouis p. 102. — *Al.* ΕΠ. ϹΤΡΑ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΙΓΑΕΩΝ, *Sub Praetore Eutyche.* Æ 1. Alex. Seu. — *Miletopolitarum* in Helleſponto. ϹΤΡ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Praetore Eutyche.* n. Lucillae, Criſpinae., *Al.* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Sub Praetore Eutyche Alexandri* Fil. Æ max. Commodi. — *Phocaeenſium.* ΕΠΙ ϹΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΦΩΚΑΙΕΩΝ, *Sub Praetore M. Aur. Eutyche.* Æ max. Carac. *Al.* ΕΠΙ ϹΤ. ΑΥΡ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΤΟ Β. ΦΩΚΑΙΕΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Eutyche Iterum.* Æ max. Gord. Pii. — *Smyrnaeorum.* ΕΠΙ Ϲ. ΕΥΤΥΧΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Sub Praetore Eutyche Tychici* Fil. Æ 1. Otacil. Seuerae. — e) *ſcribae* Nyſaeorum. ΕΠΙ ΓΡ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ Β. ΝΥϹΑΕΩΝ, *Sub Scriba Eutyche Iterum.* n.. Maximini, Maximi. — *Al.* ΕΠ. ΓΡ. Π. ΕΥΤΥΧΟΥϹ, *Sub Scriba Publio Eutyche.*

EVTYMIVS. vid. *Euthymius* athleta.

EX praepoſitio.

EX ALPIBVS. n. Antoniae gentis.

EX A. P. vel PV. in numis Fabiae et Luciliae Familiarum, iuxta *Vrſini, Vaillantii, Harduini, Froelichii* explicationem: *Ex Argento Publico;* vel *Ex Argento Puro, Vaill.* Fam. I. p. 428. vel iuxta *Kbellium*: *Ex Aere Publico,* ſiue *Ex Argento* vel *Aere Punico.* vid. A. PV. — Alii: *Ex Auctoritate Publica,* quemadmodum in antiquis Romanorum ponderibus ſcriptum legitur: EX A. Q. I. R. P. V. *Ex Auctoritate Q. Iunii Ruſtici Praetoris Vrbani;* itemque EX A. D. C. A. *Ex Auctoritate Diui Caeſaris Auguſti.* Conf. *Liebe* Goth. Num. p. 392.

EX CON. *al.* CONS. D. *Ex Conſenſu Decurionum. Vaill.* Col. p. 115. *al.* EX CONS. DEC. *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 230. vid. *Babba* colonia.

EX CONENSV.... n. Neronis. *Mdb.* p. 90.

EX DD. *Ex Decreto Decurionum,* n. Auguſti. *Mdb.* p. 30. — *it.* ad capita iugata Caii et Lucii. Æ 2. Sinopes. *Froelich.* Adpend. II.

II. nouis Tb. 1. p. 50. 52. — *it.* ad capita iugata M. Antonii et Cleopatrae, vt credidit *Froelich.* 4. Tent. p. 89. ſed iuxta *Eckhelium* Cat. Muſ. Caeſ. I. Tb. 3. fg. 2. p. 141. Capita nuda ſunt Caii et Lucii Caeſſ. iugata.

EX DD. n. Carteiae Hiſpaniae. *Muſell.* Num. Pop. Tb. 7. fg. 5. vid. *Carteia.*

— — coloniae incertae. *Morell.* in Iul. Caeſ. p. 1. *et* Fam. p. p. 35.) *Vaill.* Col. incert.

EX EA P. Q. I. S. AD A. D. E. *Ex Ea Pecunia, Quae Iuſſu Senatus Ad Aerarium Delata Eſt.* n. Cn. Cinnae et L. Vinucii.

EX ORACVLO APOLLINIS. Templum rotundum cum gradibus et idolo: in faſtigio templi aquila. Æ max. Philippi Sen. *Cimel. Vindob.* II. Tb. 79. fg. 2. p. 19.) *Guſſeme* III. p. 190. *et* V. p. 423. n. 10.) Muſ. *Alb.* II. Tb. 74. fgg. 2. 3. p. 29.) *Vaill.* Praeſt. III. p. 187.

EX S. C. *Ex Senatus Conſulto.* Quando in argenteis aureiſque denariis occurrit, non ideo ſenatus illos percuſſit; ſed quod exhibeatur, opus habuit ſenatus conſulto, quando percuſſum, vel nota EX S. C. impenſas ex publico aerario ad ludos faciendos fuiſſe ſumtas demonſtrat; vel additur formula proconſulis ac propraetoris titulo, qui abſque populi comitiis vulgo e conſularibus viris ac praetoriis EX S. C. in prouincias mittebantur. Ita legitur PROCOS. vel PR. COS EX S. C. in gente Annia, Appuleia, Caecilia, Iulia, Manlia, Scribonia, Sextia; ac ſimili Propraetoris exemplo in gente Anicia, nempe GALLVS. PROPR. EX S. C. *Spanhem.* II. p. 177. — Non militari ſolum adclamatione, ſed a ſenatu etiam ſubinde dictos ſua aetate Imperatores docet *Cicero* Orat. Philipp. XIV. c. 4. hinc in Valerii Flacci numo: C. VAL. FLAC. IMPERAT. EX S C.

EX S. C. nota in numis Familiarum Aeliae, Aemiliae. Aniciae, Appuleiae, Aproniae, Atiliae, Autroniae, Caeciliae, Caediciae, Calpurniae, Claudiae, Corneliae, Fabiae, Flaminiae, Flauiae, Fufiae, Furiae, Furniae, Gelliae, Iuniae, Iuliae, Liciniae, Liuiae Lutatiae, Mamiliae, Manliae, Marciae, Mariae, Mummiae, Munatiae, Muſſidiae, Norbanae, Papiae, Papiriae, Pediae, Petilliae, Plaetoriae, Plautiae, Pompeiae, Quinctiae, Rupiliae, Rutiliae, Scriboniae Semproniae, Sergiae, Seruiliae, Sextiae, Sulpiciae, Terentiae, Valeriae, Villiae, Viniciae; *it.* Lepidi, Auguſti, M Agrippae, Claudii, Neronis, Veſpaſiani, Titi, Fauſtinae Senioris, Sept. Seueri; *it.* Carteiae, Toledo vrbis.

EX S. C. OB CIV. SERVATOS. n. Neronis. *Mdb.* p. 92. — EX S. C OB CIVES SERVATOS. in n. Claudii frequens; *it.* n. Neronis *Mdb.* 92. EX S C. P. P OB CIVES SERVATOS. in n. Claudii. *Mdb.* p. 81. vid. OB CIVES SERVATOS.

EX S. C. REX ARETAS etc. AR. Aemiliae gentis, Pompeii M. et Aretae regis. *Froelich.* Not. Elem. Tb. 17. fg. 10. p. 201.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 25. fg. 2. p. 201.) *Oiſel.* Sel. Tb. 17. fg. 11. p. 87. vid. *Aretas.*

EX SENATVS CONSVLTO. Duo elephanti ducentes tenſam, in qua ſedet Fauſtina habitu Cereris, d. ſpicas gerentis; quae tenſae a ſenatu tantum erant conceſſae. AV. Fauſtinae Sen. *Vaill.* Pr. II. p. 167.

— — ſimilis currus facer a duobus elephantis cum ſeſſoribus vectus, cui inſidet figura muliebris velata. Æ. Marcianae. *Hauercamp.*

camp., Th. R. *Sueciae*. Tb. 11. n. 5.) *Mdb*. p. 166.) *Muſell*. Supplem. Impp. Tb. 12. fg. 2.) Muſ. *Theup*. p. 458.) *Vaill*. Pr. I. p. 55.

EXAGIVM SOLIDI. Figura muliebris ſtans intra quadratum, d. bilancem, ſ. cornucopiae, Æ 3. Honorii. *Band*. II. p. 539. 544.) *Guſſeme* III. p. 189. 190. *et* IV. p. 97. n 4.) *Mdb*. p. 529.) *Ducang*. diſſ. de inferioris aeui numiſm. n. 77. — Eſt *Exagium* certae ponderationis genus, inquit *Cuiacius*. Hinc in gloſſis Graeco Latinis pro quauis penſatione ſumitur ἐξάγιον, *Penſatio*, et ἐξαγιάζω, *Examino*, *perpendo*. Ad *Exagium* vero *Solidi* pertinet Nouella Theodoſii Iunioris et Valentiniani de pretio ſolidi: „De ponderibus quoque vt fraus penitus amputetur, a nobis aguntur exagia, quae ſub interminatione ſuperius comprehenſa ſine fraude debeant cuſtodiri. — Atque ea ſunt *exagia ſolidorum*, quibus inſcripta erant Auguſtorum nomina, vt in Honorii. exagio: D. N. HONORIVS AVG, circa protomen diadematem intra quadratum. Inde poſtmodum inualuit, vt id vocabuli pro ipſo ſolidi pondere vſurpatum fuerit, quia ſolidus ſexta pars vnciae fuerit, vt apud *Zonaram*.

Exarcha, Gr. ἔξαρχος, ex ἐξ ἐπιτατικῷ et ἄρχος, *Princeps* quaſi *princeps eximius*. — *Exarchae Rauennates*, quorum ſeries ac nomina: Longinus, Smaragdus, Romanus, Callinicus, Io Lemigius, Eleutherius, Iſaacius Patritius, Theodorus Calliopa, Olympius, Theodorus Calliopa iterum, Theodorus, Ioannes Platon, Theophylactus, Ioannes Tizocop. Scholaſticus, Paulus Patritius, Eutychius Patritius. Conf. *Patarol*. Series Auguſtorum etc. p. 70. Oper. Tom. I.

EXER. *Exercitu*. CVM EXER. SVO, *Cum Exercitu Suo*. n. Gallieni. *Band*. I. p. 106. 165.

EXER. *Exercitus*, vel *Exercituum*. vid. CONCO. *al*. CONCORD*ia*. — FIDES. — GENIVS. — VIRT. *al*. VIRTVS.

— BRITANNICVS. S. C. Imperator adloquitur milites, *al*. in ſuggeſtu ſtans etc. Æ. Hadriani. *Mdb*. p. 178.

— CAPPADOCICVS. S. C. Imp. eques, d. elata, adloquitur tres milites cum duobus ſignis militaribus ſtantes. Æ. Hadr. *Mdb*. ib.) *Spanhem*. Pr. p. 843. ed. pr.) *Guſſ*. II. p. 70.

— DACICVS. S. C. Imp. adloquitur cohortes ex equo, in quo ſedet, adſtant tres milites. Æ. Hadr. *Mdb*. p. 178. — *Al*. ſed ſtans in ſuggeſtu, ante eum quatuor ſigniferi. Æ. Eiuſd. *ibid*.) *Guſſeme* IV. p. 12. n. 73.

— HISPAN. *Exercitus Hiſpanicus*, vel *Hiſpanienſis*. Æ. Eiuſd. *Mdb*. 178.

— SYRI. S. C. Imp. eques d. expanſa adſtant quinque milites cum vexillo et tribus aliis ſignis militar. Æ 1. Hadr. *Pedruſ*. Muſ. *Farneſ*. VI. Tb. 22. fg. 7. p. 308.

— SYRIACVS. S. C. Imp. eques adloquitur cohortes. Æ 1. Hadriani. Muſ. *Theup*. p. 467.) *Guſſ*. IV. p. 13. n. 83.

— *Exercitus*. vid. CONCO. *al*. CONCOR. *al*. CONCORDIA. — FID. *al*. FIDES. — GENIVS. — PAX. — VIRT. *al*. VIRTVS.

— AVGVSTORVM. Licinius paludatus ſtans ſuper tripodem ſacra facit, coronatur a Victoria, ex aduerſo Licinii ſtat figura togata, a dextris eius miles. Æ max. Licinii Sen. *Band*. II. p. 184.) *Guſſeme* IV. p. 308. n. 7.

EXER.

EXERC. BRITAN. Imperator e ſuggeſtu adloquitur milites. Æ 1. Hadriani. *Guſſ.* IV. p. 12. n. 71.) M. *Theup.* p. 467.

— BRITANNICVS. Idem typus. Æ 1. Eiuſd. *Mdb.* p. 178.) *Vaill.* Pr. I. p. 62. — ſed Imp. eques. Æ 1. Eiuſd. *Vaill.* ib.

— CAPPADOCICVS. Æ 1. Eiuſd. *Mdb.* 178.) *Guſſeme* II. p. 70.

— DAC. S. C. Imp. eques d. elata, adloquens tres milites, quorum primus tenet aquilam legionariam, alii ſinguli ſignum militare. Æ 1. Hadriani: Num. *Arſchot.* Tb. 39. n. 23.) *Mdb.* p. 178.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 89. fg. 8. p. 450.

— DACIC. S. C. Imp. ſtans in ſuggeſtu loquitur ad milites. Æ. Eiuſd. M. *Pembrok.* III. Tb. 64. fg. 3.

— DACICVS S. C. Imp. in equo d. elata, adloquitur tres milites cum ſignis militaribus adſtantes. Æ 1. Hadr. *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. ni frontiſpicio) *Guſſ.* IV. p. 12. n. 73.) *Mdb.* p. 178.) M. *Theup.* p. 467.) *Vaill.* Pr. I. p. 62. — ſed idem pedes in ſuggeſtu adloquitur milites. Æ 1. Eiuſd. *Guſſ.* ib.) M. *Theup.* ib.) *Vaill.* ib. — ſed adſtante alia figura e ſuggeſtu ad eosdem dicit. Æ 1. Eiuſd *Cimel. Vindob.* I. p. 93.) M. *Theup.* ib.

— HERC. ROM. PONT. MAX. TR. P. X. IMP. VI. COS. IV. P. P. Commodus pelle leonina amictus ſtans in ſubſtructione cohortes adloquitur, ſ. clauam tenet. Æ max. Commodi. *Guſſ.* II. p. 235. n. 30.) *Vaill.* Pr. III. p. 146.

— HISPAN. S. C. *Hiſpanicus*, vel *Hiſpanienſis* Imp. eques verba ad milites. Æ 1. Hadr. *Guſſ.* IV. p. 12. n. 75.) *Mdb.* 178.) *Spanh.* Pr. p. 844. ed. pr.

EXERC. IVDAICVS. n. Hadriani, quem exhibet *Patin.* in *Suetonio* ſuo, neque alibi numus ille occurrit, obſeruante. *Hard.* Oper. p. 760.

— MAVRETANICVS. Imp. eques ad cohortes dicit. Æ 1 Hadriani. *Cimel. Vind.* I. p. 93.) *Vaill.* Pr. I. p. 62.

— MOESIACVS. Imp. eques adloquitur cohortes. Æ 1. Eiuſd. *Vaill.* ib.

— NORICVS. S. C. Idem typus Æ 1. 2. Hadr. *Mdb.* 178.) *Vaill.* ib.

— PERS. *Exercitus Perſicus*. Imp. e ſuggeſtu cohortes adloquitur. Æ max. Probi. *Harduin.* p. 873 *Strada* p. 159.

— RHAETICVS. Imp. eques, *al.* ſtans pedes in ſuggeſtu adloquitur cohortes. Æ 1. 2. Hadriani. *Vaill.* Pr. I. p. 63.

— ROM. PONT. MAX. etc. Hercules nudus in ſubſtructione, d. elata, ſ. clauam, capite exuuiis leonis ornato adloquitur milites infra ſtantes cum ſignis, ſcutis et galeis pedites, equites vero capite pelle leonina tecto. Æ. Commodi. *Mdb.* p. 249.) *Strada* p. 74.

— SYRIACVS. S. C. Imp. eques d. elata, adloquitur quatuor milites; in *al.* in ſuggeſtu pedes ſtans verba ad cohortes. Æ 1. Hadriani. *Eckbel.* Cat. II.) *Hard.* p. 760.) *Mdb.* 178.) *Patin. Sueton.* p. 377.) *Vaill.* Pr. I. p. 63.

— VRC. apud *Harduin.* in *Plinio* ſuo I. p. 144. qui inepte legit: EXERC*itus Vrgente Auguſto Conſcriptus*. Alii rectius: EXERCITVS VAC. *Vaccenſis* ab vrbe *Vacca* ſic demominatus.

EXERCI. *Exercitus, Exercituum*. vid. CONCORDIA. — FIDES. — GENIVS EXERCI.

EXERCIT. *Exercitus, Exercituum*. v. CONCORDIA. — FID. *al.* FIDEI. *al.* FIDES. — GENIVS. — VICTORIA. — VIRT. *al.* VIRTVS EXERCIT.

— ISC. *Iſcanicus* S. C. Imp. eques d. extenſa adloquens cohortes. n. Poſtumi. *Hantbaler*. Exercit. III. Th. 2. fg. 11. p. 42.) *Harduin.* in *Plinio* ſuo T. I. p. 144. ſyllabam ISC. diſiicit, in ita legit: EXERCIT*us Iubente Senatu Conſcriptus*.

EXERCITI pro *Exercitus* antiquo loquendi modo in genitiuo vſurpabatur; quae nominis declinatio in numis ſaeculi Conſtantiniani, aliiſque occurrit; nam ſic aetas illa dici poſſe credidit, aeque atque *Exercitus* in gignendi caſu. vid. FIDES. — GENIVS. — PAX. — RESTITVTOR. — SALVS. — VIRTVS. *al.* VIRTVTI EXERCITI.

EXERCITVM (*ſic*) loco *Exercituum*. vid. VIRTVS EXERCITVM. Æ. Conſtantis *Khell*. Suppl. p. 255. — *Ead. epigr.* Æ 2. Vetranionis. *Eckhel.* Cat. II. p. 499.

Exercitus ab exercitio, quod exercitando fiat melior, ex *Varrone*. — *Exercituum nomina* in variis numis, de quibus *Spanhem*. Pr. II. p. 630 ſq. expreſſa, quales ſunt Hadriani numi, in quibus EXERCITVS BRITANNICVS, CAPPADOCICVS, DACICVS, GERMANICVS HISPANICVS, IVDAICVS, MAVRETANICVS, MOESIACVS, NORICVS, PARTHICVS, RAETICVS vel RHAETICVS, SARM*aticus*, SYRIACVS legitur, efficto Imperatore modo ex equo, modo e ſuggeſtu milites adloquente. Conſuetum enim apud Romanos, vt a locis ac regionibus, in quibus agebant Romanorum legiones atque exercitus, iidem vulgo adpellarentur. Vnde obuia apud *Tacitum* aliosque rerum Rom. ſcriptores varia exercitus e regionibus deſumta nomina vt et ex numis patet. In aliis quoque numis facta eſt non ſolum *Exercitus*, ſed virtutis etiam eorum, ſeu fortitudinis commemoratio, ita enim: VIRTVS MILITVM, vel VIRTVS EXERCITVS ROMANI, in aliis ROMANORVM, aut VIRT. EXERCITVS GALL. item GLORIA EXERCITVS GALL*icani* etc. vid. *ſuis locis*.

EXERCITVS. vid. CONCORDIA. *al.* CONCORDIAE. — CONSENSVS. — DACIC. *al.* DACICVS. — FIDES. — GENIO *al.* GENIVS. — GLORIA. — PAX. — SALVS. — SAPIENTIA. — VIRTVS. *al.* VIRTVTI.

EXERCITVS. Imperator eques adloquitur tres milites ſtantes, quorum duo ſigna tenet militaria, ſub equo S. C. in imo S. P. Q. R.)(CRESCENTIVS IMP. CAES. AVG. P. P. Caput Creſcentii nudum. Æ. *Muſell.* Suppl. Impp. Tb. 79.) *Maffei.* Veronae illuſtratae P. III. 271. hoc numiſma cuſum exiſtimat tum, cum ſaeculo decimo exeunte Creſcentius Romam occupauit.

EXERCITVS . . . S. C. Imp. in equo cohortes adloquitur. Æ 1. Poſtumi. *Hard.* p. 854.

EXERCITVS AVG. S. C. Imp. eques d. elata, ante ipſum ſtant plures figurae militares. Æ 1. 2. Poſtumi Sen. *Band.* I. p. 298. 302. 309.) *Guſſeme* V. p. 484. n. 15.) *Mdb.* p. 393.) *Vaill.* Pr. I. p. 191.

— BRITANNICVS. S. C. Imp. eques adloquitur milites. Æ 1. Hadriani. *Guſſ.* IV. p. 12. n. 70.) *Harduin.* p. 760. — ſed e ſuggeſtu pedes adloquitur cohortes, quoniam in eo exercitu equites pediteſque erant. Æ 1. Eiuſd. *Hard.* l. c.

EXERCITVS CAPPADOCICVS. S. C. Imp. eques ad cohortes dicit. Æ 1. *Hadr.* *Guſſ.* II. p. 70 *et* IV. p. 12. n. 72.) *Vaill.* Pr. I. p. 62.) *Spanhem.* Pr. II. p. 630. — ſed e ſuggeſtu etc. Eiuſd. *Harduin.* 760.

— DACICVS. S. C. Imp. ex equo cohortes adloquitur. Æ. 1. Hadriani. *Angelon.* p. 126.) N. *Arſchot.* Tb. 39. n. 23.) *Cimel Vindob.* I. p. 93.) *Eckhel.* Cat. II. in frontiſpicio.) *Guſſeme* IV. p. 12. n. 73.) *Harduin.* p. 47. 760.) *Mdb.* p. 178.) *Muſell.* Impp. Tb. 80. fg. 1.) M. *Pembrok.* III. Tb. 64. fg. 6.) Th. R. *Sueciae* Tb. 12. n. 14.) *Vaill.* Pr. I. p. 62. — ſed ſtans cohortes adloquitur. Æ. 1. Eiuſd. *Harduin.* p. 760.

— GALL. ſeu *Gallicani.* vid. GLORIA EXERCITVS GALL. — VIRTVS EXERCITVS. GALL.

— GERMANICVS. S. C. Imp. eques paludatus, cuius adloquutio ad tres, *al.* ad quatuor figuras fit militares. Æ 1. Hadriani. *Cimel. Vind.* I. p. 93.) *Eckhel.* Cat. in fronte P. II.) *Guſſeme* IV. p. 12. n. 74.) *Harduin.* p. 760.) *Mdb.* p. 178.) M. *Theup.* p. 467.) *Vaill.* Pr. I. p. 62.

— HISPAN. Imp. eques adloquitur cohortes. Æ 1. Hardriani. *Hard.* ib.) *Spanh.* Pr. p. 844.

— HISPANICVS. Idem typus. Æ 1. Eiuſd. *Vaill.* Pr. I. p. 62.

— INLVRICVS. S. C. Figura muliebris ſtolata ſtans, d. tenet ſignum militare inclinatum, ſ. alterum erectum. Æ. Æ 1. 2. Traiani Decii. *Band.* I. p. 3. 5. 11. 18. ſed aliquoties ſcriptum INLYRICVS.) *Eckhel.* Cat. in frontiſp. P. II. et p. 352.) *Guſſeme* III. p. 19. n. 8.) *Harduin.* Oper. p. 839. ſed ILLVRICVS.) *Mdb.* p. 393.) *Spanhem.* Pr.

EXERCITVS. ISC. *al.* YSC. *Iſcanicus* ab *Iſca* magnae Britanniae oppido. Imperator galeato capite eques, d. expanſa, adloquitur milites ſtantes cum ſignis militaribus S. C. Æ. 1. 2. Poſtumi Sen. *Band.* I. p. 298. 309.) *Guſſeme* V. p. 484. n. 16.) *Mdb.* p. 393.) *Haythaler.* Exercit. III. Tb. 2 fg. 11. p. 42. ſed EXERCIT. ISC — it. Æ. Poſtumi Iun. *Band.* I. p. 314. e *Triſtano.*) *Spanh.* Pr.

— IVDAICVS. S. C. Imp. in ſubſtructione adloquitur tres milites ſtantes cum labaro, ſigno militari et aquila legionaria. Æ 1. Hadriani. *Guſſ.* IV. p. 12. n. 76.) *Mdb.* p. 178.) *Patin.* in *Sueton* ſuo p. 377.

— MAVRETANICVS S. C. Imp. eques adloquitur milites. Æ 1. *Eckhel.* Cat. I.) *Guſſ.* ib. n. 77.) *Hard.* 760.) *Mdb* 178.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* Tb. 24. fg. 2. p. 312.) *Vaill.* Pr. I. p. 62.

— MOESIACVS. S. C. Imp. eques adloquitur cohortes. Æ 1. Hadriani. *Guſſ.* ib. n. 78.) *Hard.* 760.) *Mdb.* 178.) *Vaill.* Pr. I. 62.

— NORIC. *al.* NORICVS. Idem typus. Æ 1. Eiuſd. *Eckhel.* Cat. in frontiſp. P. II.) *Guſſ.* ib. n. 79.) *Hard.* l. c. ſed NORIC.

— PARTH. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Imperator adloquitur cohortes. Æ. Traiani. *Guſſ.* VI. p. 109. n. 60.) *Mdb.* p. 163.

— PARTHICVS. Imp. ſtans in ſubſellio cum duabus aliis figuris militaribus, adlocutionem ad cohortes. Æ max. Hadriani. *Guſſ.* IV. p. 12. n. 80.) *Vaill.* Pr. III. p. 116.

— PER. *Perſicus.* Imp. ſtans in triangulari ſubſtructione, adloquitur milites, hine equites, inde pedites, cum ſignis militaribus ſtantes,

tes. Æ. Probi. *Strada* p. 159.) *Band.* I. p. 489.) *Mdb.* p. 417) *Guſſeme* V. p. 511. n. 8.

EXERCITVS PERS. Imp. paludatus ſupra ſubſellium ſtans, dicit ad cohortes ante et pone ſe ſtantes, inter eos vnus eius equum capiſtro tenet. Æ max. Probi. *Band.* I. p. 454) *Vaill.* Pr. III. p. 218.

— RAETICVS. *al.* RHAETICVS S. C. Imp. pedeſtris adloquitur milites. Æ 1. Hadriani. *Cimel. Vindob.* I. p. 93.) *Eckhel.* Catal. in frontiſp. II. P.) *Harduin.* p. 760.) *Mdb.* 178. — *Al.* ſed Imp. eques, ante eum tres milites cum ſignis legionum ſtant. Æ 1. Eiuſd. *Angelon.* p. 148.) *Erizzo.* p. 248.) *Cimel. Vindob.* I. p. 93.) *Guſſeme* IV. p. 12. n. 81.) *Hard.* 760.) *Mdb.* 178.) *Spanhem.* Pr. II. p. 630. M. *Theup.* p. 467.) *Triſtan.* I. p. 473.) *Pedruſ.* Muſ. Farneſ. VI. Tb. 22. fg. 8. p. 308. 309. *it.* Tb. 23. fg. 1. p. 311 ſq.

EXERCITVS *Reſtitutores* dicti Aurelianus et Probus. v. *ſuis locis.*

— ROMANI. *al.* ROMANORVM. vid. VIRTVS.

— SARM. S. C. Imperator eques manu elata, ante quem tres milites cum ſignis milit. Æ 1. Hadriani. *Guſſeme* IV. p. 13. n. 82.) *Harduin.* p. 760.) *Mdb.* p. 178.

— SYRIACVS. S. C. Imp. in equo adloquitur milites modo tres, modo quatuor, cum ſignis militar. Æ 1. Eiuſd. *Cimel. Vind.* I. p. 94.) *Eckhel.* Cat. II.) *Guſſ.* ib. n. 83.) *Hard.* ib.) *Mdb.* ib.) *Muſell.* Impp. Tb. 80. fg. 2.) M. *Theup.* p. 467.) *Vaill.* Pr. I. p. 63. — *Al.* ſed ſtans in ſuggeſtu ad concionem militarem dicit. Æ 1. Eiuſd. *Cimel. Vind.* ib.) *Guſſ.* ib.) M. *Theup.* l. c.

— VAC. vel *Vaccenſis* a *Vacca* Numidiae oppido, vel potius *Vaccaeus* aut *Vaccenſis* a *Vacca* vrbe ad Pirenaeos montes ſitae. Imp. galeato capite paludatus eques adloquitur milites, adpoſitae ſunt S. C. litterae. Æ 1. Poſtumi Sen. *Band.* I. p. 298. 309.) *Guſſeme* V. p. 484 n. 17.) *Harduin.* p. 854) *Mdb.* p. 393.) *Vaill.* Pr. I. p. 192.

EXERCITVS YSC. *al.* ISC. ab *Iſca* Britanniae oppido. S. C Imp. ex equo cohortes adloquitur. Æ 2. Poſtumi Sen. *Band.* I. p. 309.) *Guſſ.* ib. n. 16) *Hard.* ib.) *Mdb.* ib.) *Vaill.* Pr. I. p. 191.

EXERCITVVM. vid. CONCORDIA. — CONSENSVS. — FIDES.

EXERT. (*ſic*) vid. VIRTVS EXERCT.

ΕΞΟΥΣΙΑ, ΕΞΟΥΣΙΑΣ. vid. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, *Trib. Poteſtate*,

EXPECTATE VENI. Mulier et Carauſius ſtantes dextras iungunt. Mulierem, quae dextram hic cum Carauſio iungit, *Britanniam* eſſe ſatis conſtat, quae aduentum principis ſui ſumma cupiditate a ſe expeti ſignificat. Æ. Rr. Carauſii. *Band.* II. p. 116. 117.) *Ducang.*) *Guſſeme* II. p. 93. n. 5. *et* III. p. 192.) *Harduin.* p. 874. *Vaill.* Pr. III. p. 65. — *Al.* ſed Victoria Auguſtum incedentem pone ſequitur. Æ. Eiuſd. ſed fictus. *Hard.* l. c.

EXPED. AVG. *Expeditio Auguſti.* Imp. paludatus f. ſceptrum tenens, in equo generoſo ad expeditionem bellicam proficiſcitur, circum COS. III. in area S. C. Æ 1. 2. Hadriani. *Eckhel.* Cat. II.) *Harduin.* p. 757.) *Mdb* p. 178.) *Muſell.* Impp. Tb. 82. fg. 1.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 88. fg. 4. p. 444.) *Venuti* diſſertaz. ſopra il tempio di Giano p. 117. Vol. IV. diſſ. Acad. Etruſc. Corton. — *Al.* ſed dictus Hadrianus P. M. TR. P. COS. III. Idem typus. *Eckhel.* ib.)

ib.) *Guſſeme* IV. p. 13. n. 84.) *Mdb.* p. 180.) M. *Pembrok.* III. Tb. 64. fg. 9.

EXPEDITIO. Quandoque ſignata *Expeditionis* Imperatorum in hoſtem memoria, et quidem accelerato paſſu; Sic Imp. Sept. Seuerus in equo decurrit haſta demiſſa. Æ. Seueri, qui ad Britannicam eius expeditionem refertur a *Vaill.* Pr. II. p. 224. Sed *Expeditio Aug.* et cum equite lento gradu incedente in numis depingitur. *Vaill.* Col. I. p. 201.

— AVG. S. C. Figura equeſtris d. pilum, praeeunte milite legionario. Æ. Traiani. *Mdb.* p. 154.) *Guſſeme* VI. p. 409. n. 61.

— AVG. S. C. Imp. eques d. haſtam, praeit miles, tres ſequuntur cum ſignis militar. Æ. M. Aurel. *Guſſ.* V. p. 53. n. 41.) M. *Pembrok.* III. Tb. 64. fg. 8.

— AVG. COS. III. S. C. Imp. eques d. ſpiculum. ſ. femori innititur. Æ 1. 2. Hadriani. *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* VI. Tb. 23. fg. 6. p. 314.) *Vaill.* Pr. I. p. 65.) *Mdb.* p. 178.) *Hard.* p. 757.) *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 293.) *Liebe* Goth. Num. p. 65. 277.) *Hantbaler.* Exercit. III. Tb. 2. fg. 9. p. 41.

— AVG. EX S. C. Tria ſigna militaria. Æ. Sept. Seueri. *Mdb.* p. 267.) *Guſſeme* VI. p. 168. n. 41. Hoc numo teſtatum voluit Seuerus eiuſdem expeditionem contra Iulianum a ſenatu hoſtem indicatum S. C. proceſſiſſe, vt iuſtam cauſam belli ſuſcipiendi ſcilicet S. C. habere videretur.

— AVG. PARTH. (*Parthica*) S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Imp. eques, quem miles praecedit, duo alii ſubſequuntur. Æ. Traiani. *Mdb.* p. 163.) *Guſſ.* VI. p. 410. n. 62.

EXPEDITIO AVG. P. M. TR. P. COS. III. S. C. Eques decurrens, d. extenſa, ſ. haſtam. Æ 1. Hadriani. *Guſſ.* IV. p. 13. n. 84.) M. *Theup.* p. 468.) *Hard.* p. 757.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* VI. Tb. 23. fg. 7. p. 315.

— GER. (*Germanica*) Imp. eques milite praecedente et aliis ſubſequentibus. Æ. Traiani. *Mdb.* p. 154.) *Guſſ.* ib. n. 63.

— IVDAICA. Figura equeſtris profectura in militiam. Æ. Hadriani. *Mdb.* et *Ant. Auguſtini* Dial. et *Occonis* Num. Impp. p. 326. coll. *Harduin.* Oper. Sel. p. 75. 76. ſed fictum eſſe numum docet *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 293. 294.

Explicationes numorum hieroglyphicae et myſticae reiiciendae prae ſimplicibus et naturalibus, prout fuſius docet *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. p. 321. 352.

EXP. Seleucidarum *annus* 165, in n. Seleuci I. atque Alexandri I. Syriae regum. *Froelich.* Ann. Syr. p. 67.) *Vaill.* Hiſtor. Seleucid.

— Gadarae Syriae *annus* 165. iunctus cum libertatis eorum initio 690. dabit annum V. C. 855. *Vaill.* Gr. p. 265.

EXSVP. vid. IOVI EXSVP. in Æ. Commodi apud *Vaill.* Pr. II. p. 186. At apud *Patinum* occurrit IOVI EXSVPERATISSIMO. Conf. *Galland.* Diction. vocabulo *Exſuperator.* — vid. EXVPERATOR.

EXT. *Annus* 365. Aradi inſulae.

EXVLES ROM. RED. S. P. Q. R. in corona quercea. *Exules Romae Reduces.*)(IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. Capite laureato. Eſt apud *Triſtan.* I. p. 360. Fictus ac recens numus ille peritorum iudicio

 eſt,

eſt, tum quod ſcriberet illa aetas EXSVLES, tum quod dictiones eae S. P. Q. R. non cohaerent cum reliqua epigraphe. Nam in recto caſu eas eſſe oportet, et vnam cum ceteris vocibus ſententiam exhibere, vt in S. P. Q. R. MEMORIAE AGRIPPINAE. — S. P. Q. R. MEMORIAE DOMITILLAE. — S. P. Q. R. CL. V. — S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. — S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Itaque ex hiſtoriis multo poſt tempora Neruae in charta conſcriptis, accepta eſt occaſio illius numi ſaeculo XVI. confingendi cum aliis bene multis. Nam aetas priſca ſcriberet: OB EXSVLES IN VRBEM REVOCATOS S. P. Q. R. coronam nempe decreuit ciuicam. Et vero fruſtra hunc numum quaeras in cimeliis principum, aut virorum illuſtrium, qui numiſmata colligunt. Eum commemorant *Guſſeme* III. p. 193 *et* V. p. 226. n. 20. ſed EXVLES ROMAE etc.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 746.) *Mdb.* p. 144. qui addit: „Scribit *Zonaras* Annal. Tom. II. Neruae primum curae fuiſſe, vt actos in exſilium a Domitiano, decreto reſtitueret, bonis etiam reſtitutis, hinc numus ſignatus grati animi teſtis. Recentiore vero eius Operi adiecit editor: „Fictum et recentem ex peritorum iudicio numum hunc *Harduinus* iudicat, teſtaturque, ſe nullum huic ſimilem in cimeliis principum vidiſſe.

EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM. Imperator paludatus thoraci inſidens, d. globum, ſ. palmae ramum, hinc inde captiuus gemens.)(CONSTANTINVS MAX. AVG. Caput Conſtant. M corona ex lauro et gemmis cinctum. Æ max. *Band.* II. Tb. 3. p. 213. 255.) *Ducang.* Tb. 3. p. 18.) *Guſſeme* II. p. 302 *et* III. p. 193.) *Mdb.* p. 469.) *Vaill.* Pr. III. p. 237. Nomen *Exuperator* nuſquam hactenus legimus, ſed praeter *Exupero* verbum, occurrunt etiam *Exuperantia*, *Exuperatio*, *Exuperabilis.* In n. Commodi ſcriptum EXSVP. vel EXSVPERATISSIMO IOVI. Confer. *Galland.* Diction. v. *Exſuperator.* — *Lampridius* in Commodo, Nouembrem menſem *Exuperatorium* ab illo principe adpellatum monet, et ipſe ibidem: Adpellatus Imperator V. Kalendas *Exuperatorias.*

Exuuiae elephantis tegunt caput muliebre. vid. *Elephas.*

— leonis. vid. Hercules.

— pendent ex arbore. v. HERC. COMMODIANO.

— pendent ex claua. n. Alindae Cariae etc. v. *Claua.*

— claua, et pharetra cum arcu. n. Cephaloedii Siciliae. *M. Hunter.* Tb. 6.

— leonis, quibus tectum caput Herculis; *it.* Macedoniae, Heraclidarum, Seleucidarum regum; *it.* Maximiani Imp. vid. *ſuis locis.*

E XXI. litterae ſubſignatae in n. Floriani, pariterque in area et ſubſignatione n. Cari.

E XXIR. in area et ſubſign. n. Aureliani; *it.* Seuerinae. v. *Litterae.*

ΕΥ. 'Ευαίων, *Euaeorum.* v. *Eua* Arcadiae.

ΕΥ. 'Ευβοῖοι vel 'Ευβοιέων *Euboei. Euboeorum*, inſulani Graeciae. v. *Euboea.*

ΕΥ. 'Ευεργέτης, *Beneficus* titulus regum Syriae et Aegypti.

ΕΥ. 'Ευπάτορος, *Eupatoris.* vid. *Eupator*, rex Boſpori Cimmerii.

ΕΥ. Εὐσεβὴς, *Pius*. Ita a) *Antoninus Pius*: ΑΥ. ΚΑΙ. ΤΙ. ΑΙ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥ. *al.* ΑΥΤ. ΚΑΙ. Θ. ΑΙΑ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥ. a Tarſenſibus. *Liebe* Goth. Num. p. 452. — b) *Caracalla*: Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥ. ΑΥ. ΒΡΙΤ. — c) *Maximinus*: ΑΥΤΟ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟϹ ΕΥ. ϹΕΒ. — d) *Pupienus*. Μ. Κ. Μ. ΚΛΩ. ΠΟΥΠΙΗΝΟϹ ΕΥ. C. — e) *Philippus Senior*: Α. Κ. Μ. ΙΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥ. *al.* ΕΥ. ϹΕΒ. — f) *Gordianus Africanus*: Α. Κ. Μ. ΑΝ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΜ. ΑΦΡ. ΕΥ. ϹΕΒ. — g) *Gordianus Pius*: Α. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΕΥ. C. — h) *Trebon. Gallus*: Α. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒ. ΓΑΛΛΟϹ ΕΥ. ϹΕΒ. — i) *Conſtantinus Monomachus*: ΔΕϹΠΟΙΝΑ ΜΗ ΘΥ. ϹΩΖΟΙϹ ΕΥ. ΜΟΝΟΜΑΧΟΝ, *Domina Mater Dei! Serues Pium Monomachum.*

ΕΥ. Εὐτυχὴς, *Felix*, e. c. a) *Philippus Senior*: Α. Κ. Μ. ΙΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΕΥΤ. ΕΥ. *Pius Felix.* — b) *Valerianus Senior*: Α. Κ. Π. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΕΥ. ΕΥΤ. — c) *Gallienus*: Α. Κ. Π. ΛΙ. ΟΥ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ΕΥ. ΕΥΤ. vid. *Alexandria* Aegypti.

ΕΥ pone Caput Cereris. Æ. Metaponti Lucaniae.

— intra aquilae ſtantis crura. n. Ptolemaeorum Aegypti, pariter atque Antiochorum Syriae regum.

— ſub cancro. Æ. Agrigenti. *M. Hunter.* p. 7. 8.

— in angulis mon. ✕ Achaiae. *M. Hunter.* p. 4. 5.

— in monogrammate [9] n. Aetoliae, Metaponti Lucaniae, Lyſimachi regis Thraciae.

ΕΥΑ. Εὐαίων, *Euaeorum* Arcadiae vel Argolicae, vid. *Eua*, cuius vrbis gentile Εὐαῖος, *Euaeus* apud *Stephanum*. *Eckhelio* autem Num. Vet. Th. 16. ſqq. 3. 4. p. 303. 304. iſtiuſmodi numos proferenti non videtur veriſimile, *Euam* Arcadiae vrbem vix nomine cognitam adeo copioſos in AV et Æ. numos procudiſſe, quod ingentes ſane vrbis opes teſtaretur, cum tamen opulentiſſimae aliae non Peloponneſi ſolum, ſed vniuerſae Graeciae vrbes, quod hactenus conſtet, moneta aurea fere careant. Quod quidem argumentum tantum apud *Eckhelium* valet, vt ne quidem numus a *Golzio* prolatus, in quo plene ſcriptum ΕΥΑΙΩΝ ſatis ſibi perſuadeat, hoc *Euam* Arcadiae notari. Eſto, numum eſſe fidei indubitatae, et epigraphen, vt ea perhibetur, τὸ Εὐαίων perinde viri atque magiſtratus nomen eſſe poteſt, ac ſunt nomina Graeca virorum alia, vt Ἀκραίων, Ἀλκμαίων etc. Conf. *Eckhel.* l. c. et *Neumann.* Pop. Num. II. p. 106. vid. *Cyrene* Lybiae vel Africae oppidum.

ΕΥΑ. inter crura aquilae. n. Antiochorum Syriae et Ptolemaeorum Aegypti regum.

ΕΥΑΓΟΡΟΥ. vid. *Euagoras* Cypri rex.

ΕΥΑΙΝΕΤΟΥ in ſchedula, quam d. Victoria tenet. n. Syracuſarum. Conf. *Bianconii* diſſ. ad una medaglia di Syracuſa. Bononiae 1763.

ΕΥΑΙΩΝ, *Euaeorum*. vid. *Eua* Arcadiae. — ΕΥΑ.

ΕΥΑΡΕϹΤΟϹ, *Euareſtus* nomen a) *magiſtratus* Mileſiorum Ioniae: ΕΠΙ ΑΥΡ. ΕΥΑΡΕϹΤΟΥ ΜΙΛΗϹΙΩΝ, *Sub Aurelio Euareſto.* Æ 1. Valeriani Sen. *Vaill.* Gr. — b) *praetoris* Pergamenorum: ΕΠΙ ϹΤΡΑΤΗΓ. ΕΥΑΡΕϹΤΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Sub Praetore Euareſto.* Æ. max. Sept. Seueri. *Vaill.* Gr. — c) *Scribae Trallianorum*: ΕΠΙ ΕΥΑΡΕϹΤΟΥ ΓΡΑ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ, *Sub Euareſto Scriba.* Æ. max. M. *Aurel.* *Vaill.* Gr. — ΕΠ. ΕΥΑΡΕϹΤΟΥ ΓΡΑ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ.

ΝΩΝ. Æ max. Commodi. Muſ. *Theup.* p. 789. 930.

'Ευάτη a Graecis dicta *Ouatio.* *Spanh.* Pr. II. p. 218.

ΕΥΒΕ (*ſic* loco ΕΥϹΕβής) ΑΥ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΕΥΒΕ *Valerianus Senior.* Æ max. Attaliae Pamphyliae. *Cimel. Vindob.* II. Tb. 89. fg. 2. p. 22.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 182.

ΕΥΒΟ. 'Ευβοίων, *Euboeorum* Graeciae inſ. *al.* ΕΥΒΟΙΑΣ vel ΕΥΒΟΙΕΩΝ. vid. *Euboea* inſula.

ΕΥΓ. 'Ευγενῆς, *Eugenis* magiſtratus nomen. Sic enim legendum eſſe docet numus Alex. Seueri apud *Vaill.* Num. Gr. Impp. p. 134. vbi nomen totum ita ſculptum ΕΥΓΕΝΕΟΥϹ, vel vt apud *Harduin.* Oper. Sel. p. 10. ΕΥΓΕΝΟΥϹ. — Μ. ΕΥΓ. Π. Θ. Μάρκω 'Ευγενῆς Πανηγυρίστῃ Θεῶν, *Marco Eugene Panegyriſta Deorum.* Æ 2. Macrini ab Aegaeenſibus Ciliciae. *Vaill.* Gr. p. 120. 317. — *it.* Æ. Macrini et Diadumeniani. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 42. n. 3. p. 341. ſed *M. Eugenius Pius Maritimae* vrbis minus recte vertit, obſeruante *Kbellio* ibid. obſ. 294. — *it.* Æ 1. 2. Diadumeniani. *Haym.* ib. Tb. 42. n. 5. p. 342.) *Vaill* Gr. p. 124. 317. — ΜΑ. ΕΥΓ. ΠΙΟϹ, *Marcus Eugenius Pius.* Æ. Aegaeenſ. Cilic. in Diadumeniano. *Haym.* ib. Tb. 42. n. 7. p 343.

ΕΥΓΕΝΗΣ, ΕΥΓΕΝΕΟϹ, *Eugenii* vel *Eugenis* nomen. ΕΠΙ ΕΥΓΕΝΕΟϹ, *Sub Eugenio.* Æ 1. Alex. Seueri ab Aegaeis Cilic. M. *Theup.* p. 1024. — ΜΑΡ. ΕΥΓΕΝΕΟΥϹ ΝΕΟΚΟΡΟΥ, *Marco Eugene Neocoro.* Æ 2. Aegaearum Cilic. in Alex. Seu. *Vaill.* Gr.

ΕΥΓΕΝΕΤΗϹ, *Eugenetes*, nomen archontis Philadelphenſium. ΕΠΙ ΕΥΓΕΝΕΤΟΥ Α. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ, *Sub Eugenete Archonte.* n. M. Aurelii, Commodi. *Vaill.* Gr.

ΕΥΓΙ: in Æ. Boeotiorum. M. *Pembrok.* II. Tb. 49. n. 6.

ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑ legitur in Æ. Olympiae, Macedoniae reginae numo, cuius epigr. ΑΓΩΝΟΣ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑ.

ΕΥΔΑΜΟΣ, *Eudamus*, nomen archontis vel magiſtratus Coiorum: ΕΥΔΑΜΟΣ ΚΩΙΩΝ, *Eudamus Coiorum.* Æ. Claudii. *Vaill.* Gr. — ΠΟ. ΠΡΙΜΟΣ ΕΥΔΑΜΟΣ Β ΚΩΙΩΝ, *Publius Primus Eudamus Iterum* intellige archon Coiorum. n. Caligulae. *Vaill.* ib.) *Harduin.* Oper. p. 91. eundem Coi inſulae numum ita exhibet: ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. Cap. laur.)(Π. ΟΠΤΙΜΟΣ ΕΥΔΑΜΟΣ, quam vero epigraphen vertit *Harduin:* Πευτάνεις "Οπτιμος et "Ευδαμος.

ΕΥΔΚΡΙΝ apud *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 553. vel ЄΥΔΟΚΙΜ, vt ſcriptum in *Cimel. Vindob.* I. Tb. 7. fg. 24. p. 31. in *N.* Romani IV. Diogenis cum vxore Eudocia et Michaele, Conſtantino, Andronico priuignis, qui in poſtica parte leguntur. n. ΚωΝ. ΜΧ. ΑΝΔ.

ΕΥΕ in area, *al.* in imo n. Neapolis Campaniae.

ΕΥΕΡΓΕΤ. 'Ευεργέτης, *Euergetes* cognomen. ΑΡΣΑΚ. ΕΥΕΡΓΕΤ. ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝ. vid. *Arſaces* XV. Parthiae rex.

ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ, ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, *Euergetes*, *Euergetis*, vel *Beneficus*, *i*, cognomen. vid. *Euergetes.* Conf. *Galland.* Diction. vocabulo 'Ευεργέτης. — ΙΟΥΛΙΟϹ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟϹ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Iulius Andronicus Euergetes* vel *Beneficus* in Laodicenſes Phrygiae ex ſententia *Harduini* Oper. Sel. p. 724. ad Æ 3. numum Neronis.

ΕΥΕΤΡΙ. vid. *Chalcis* Euboeae n. 19. ΧΑΛΚΙ. ΕΥΕΤΡΙ. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. p. 132. n. 3.

ΕΥΓΑΡΑ vel incertus Boeoticae locus iuxta *Froelich.* Not. Elem. p. 83. et *Zaccar.* Iſtit. Num. vel pro ΕΥΑΡΑ ſeu *Euvara* magiſtratus nomen. Æ. Boeotiae. M. *Hunter.* p. 68.) M. *Pembrok.* II. Tb. 49. n. 11.) *Dutens* de quelques médailles p. 187. et in frontiſp. praefationis diſſertationis eiuſdem tertiae.

ΕΥΘ. forſan initiales litterae *Euthymii* aut ſimilis nominis. n. Syracuſ.

ΕΥΘΗΝΙΑ de frugum abundantia praeſertim a Graecis dictum a voce εὐθενεῖν, non εὐθηνεῖν. Quo referendi veniunt numi Caeſarum Graeci, ac in Aegypto vnde annonae abundantia in vrbis Romae horrea deferebatur, percuſſi. Signatur in illis vel caput deae Vbertatis vel Cereris additis ſpicis, vt in n. Auguſti, et Agrippinae Claudii vxoris; vel mulier humi decumbit, infra Sphinx, d. ſpicas cum papaueribus, ſ. c. c. geſtat, vt in n. Antonini Pii. Interdum ſpicae e pectore mulieris exuberant, vt in n. Auguſti; aut cum ſinu etiam frugibus pleno cernitur mulier, vt in n. Agrippinae Claudii vxoris ac in ipſius Claudii et Traiani numis in quo poſtremo caduceus exſtat inter duo cornua copiae; vel mulier ſtans ante aram d. pateram ſ. duplex cornu copiae; vel figura muliebris ſedens, d. ſpicas; vel Nilus iacens et prope crocodilus; quandoque etiam addito Imperatoris nomine: ΤΙ. ΚΛΑΥΔ. ΕΥΘΗΝΙΑ, *Claudii Abundantia*, et ΕΥΘΗΝΙΑ ΤΡΑΙΑΝΟΥ, *Abundantia Traiani*, item ΕΥΘΗΝΙΑ ΣΕΒΑΣ. n. Antonini Pii, haud aliter ac in Romanis Caracallae, Elagabali, Alex. Seueri aliorumque Imperatorum numis ABVNDANTIA AVG. expreſſa.

ΕΥΘΗΝΙΑ L. ΜΑ. *Vbertas* vel *Abundantia. Anno* 41. Caput deae Vbertatis, vel Liuiae ſub deae Cereris imagine, cum duabus ante pectus ſpicis. n. Auguſti. *Morell.* Theſ. Impp. I. in Aug. Tb. 41. fg. 28. p. 409. — *Ead. epigr.* capite et ſinu ſpicis onuſto. n. Liuiae. *Morell.* ib. in Liuia Tb. 2. fgg. 24. 25. p. 484.

ΤΙ. ΚΛΑΥΔ. (Τιβερίου Κλαυδίου) ΕΥΘΗΝΙΑ, *Tiberii Claudii Abundantia.* Caput muliebre peculiari faſcia redimitum. n. Claudii. *Morell.* in Claudio Tb. 17. fg. 28. Tom. II. p. 135.

ΕΥΘΗΝΙΑ L. ΙΒ. *Abundantia, Anno* 12. Caput Vbertatis, ſiue Agrippinae habitu deae ſpicatum cum tribus ad pectus ſpicis. Æ 2. Agrippinae, Claudii vxoris. *Baudelot* dans ſon Vtilité de Voyages II. p 349.) *Eckbel.* Cat.) *Morell.* in Claudio Tb. 12. fg. 6.) *Patin.* Impp. p. 109.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* VIII. Tb. 18. fg. 2. p. 282.) *Schulz.* MzCab. II. p. 20.) *Woltereck.* Elect. Num. p. 357. — ΕΥΘΗΝΙΑ L. ΙΓ. *Abundantia Anno* 13. Idem caput cum ſpicis. Æ 2. Eiuſd. Agrippinae. *Geſner.* Tb. 44. n. 11.) *Harduin.* Oper. p. 720.) *Morell.* ibid. fg. 8.) *Muſell.* Suppl. Tb. 3. fg. 9.) *Patin.* ib.) *Pedruſ.* ib.) M. *Theup.* p. 1103.

ΕΥΘΗΝΙΑ L. Γ. *Abundantia, An.* 3. Deae caput ſpicis coronatum. Æ 2. Titi. *Morell.* in Tito Tb. 14. fg. 7. T. II. Impp. p. 391.

ΕΥΘΗΝΙΑ. L. Η. *Abundantia, An.* 8. Mulier humi decumbens ſphingi innixa, fruges in praecinctorio gerens, d. ſpicas cum papauerum capitibus, ſ. cornua copiae geſtans. n. Antonini Pii. *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 11. p. 125.) *Spanhem.* Pr. II. p. 537. — ΕΥΘΗΝΙΑ ΣΕΒΑΣ. L. Η. Idem typus. n. Eiuſd. Anton. Pii. *Hanithaler.* Exercit. II. Tb. 4. fg. 10. p. 112. — ΕΥΘΗΝΙΑ. L. ΚΓ. *An.* 23. Mulier humi ſedens, d. ſpicas ad pedes eius ciſta. Æ 1. Ant. Pii. *Eckh.* Cat.) *Geſner.* Tb. 100. n. 37.) *Mu-*

Muſell. Impp. Tb. 105. fg. 3.) M. *Theup.* p. 1151.

ΕΥΘΗΝΙΑ. L. Γ. *An.* 3, Mulier ſt. d. ſpicas, ſ. c. c. Æ 1. Marc. Aurelii. *Eckbel.* Cat. I. p. 272.) M. *Theup.* p. 1152.

ΕΥΘΗΝΙΑ. L. H. *Abundantia, Anno* 8. Idem mulieris ſt. typus. Æ 1. L. Veri. M. *Theup.* p. 1159.

ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ. vid. *Euthene* vel *Euthane* Cariae. *Hard.* Oper. p. 56.

ΕΥΘΟΜ.... ΣΤΟΣ. magiſtratus nomen in Æ 2. Erythrarum Ioniae. M. *Hunter.* p. 140. n. 7.

ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ ΔΕΛΦΩΝ, *Euthydemus* praetoris vel pontificis nomen in n. *Delphorum*, apud *Harduin.* Oper. p. 49. Legit autem *Nonn.* in *Golz.* Graec. vet. p. 38. ad Tb. 8. fg. 8. ΕΥΡΗΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΟΣ.

ΕΥΘΥΚΛΗΣ magiſtratus nomen Argolidis.

ΕΥΘΥΚΡΑΤ, Ἐυθυκράτης, *Euthycrates.* ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΓΡΑΜ. ΓΛΑΥΚΩΝ ΕΥΘΥΚΡΑΤ. ΕΦΕ. *Pontifex Scriba Glaucon Euthycrates Ephe-ſiorum.* In eodem Æ 3. numo Triumuirorum Auguſti, M. Antonii et Lepidi apud alios integre ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ ΕΦΕΣΙΩΝ legitur. vid. *Ephesus.*

ΕΥΚΑΡΠΕΙΑ, *Eucarpia.* v. *Eucarpe* Phrygiae.

ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ, *Eucarpenſium.* v. *ibid.*

ΕΥΚΑΡΠΟΣ, *Eucarpus* magiſtratus Coi inſulae. *Guſſ.* II. p. 324.) *Hard.* p. 90.) *Patin.* Theſ. p. 137.

ΕΥΚΑΡΣΙΔΗΣ nomen in Æ 1. Athenarum: ΑΘ. ΕΥΚΑΡΣΙΔΗΣ, *Athenae ſub Eucarſide*, Muſ. *Theup.* p. 1251.

ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ. vid. *Euclides* geometra.

ΕΥΚΛΗΣ. magiſtratus Magneſiae Ioniae.

ΕΥΚΡΑΤ. Ἐυκράτης, magiſtratus Coiorum. M. *Theup.* p. 1262.

ΕΥΚΡΑΤΗΣ. magiſtratus Rhodiorum. M. *Hunter.* Tb. 45. fg. 4. p. 247. 248. n. 30.

ΕΥΚΤΗΜΩΝ. magiſtratus Dyrrhachii Illyrici.

ΕΥΛ. inter aquilae crura. Æ. Ptolemaeorum Aegypti. M. *Pembrok.* II. Tb. 59. fg. 3.

ΕΥΛΟ. forte Ἐυλογία, inſcriptus titulus, quem Victoria quadrigas ſuperuolans, et aurigam coronans, ſ. tenet. Æ. Catanenſium Siciliae. De quo Ἐυλογίας encomio, quod victoribus dabatur plura adnotata reperies in *Torremuzzae* Auctario ad Sicil. Numiſm. *Parutae*, edito in Vol. XIII. Operis, cui titulus: Opuſcoli di Autori Siciliani etc.

ΕΥΜΑΝΙΚΑ. magiſtratus nomen. ΑΔΑΝΕΩΝ ΕΥΜΑΝΙΚΑ, *Adaneorum ſub Eumanica.* M. *Theup.* p. 1244.

ΕΥΜΕΝΗΣ ΕΥΜΕΝΟΥ apud *Baudeloe.* T. II. p. 276. ſed obiter a *Baudeloto* viſum, eumque deceptum fuiſſe oſtendit *Criſtiani* Adpend. ad Num. Graec. p. 32. et iam ante illum *Pellerin.* dans Recueil de Médailles des Rois p. 179.

ΕΥΜΕΝΕΩΝ, *Eumenenſium.* vid. *Eumenia* Cariae vel in Lydiae confinio. Conf. *Harduin.* Oper. p. 57.

— ΑΧΑΙΩΝ, *Eumenenſium Achaeorum.* v. *ibid.*

— ΓΛΑΥΚΟΣ. *Eumenenſium ad Glaucum* fluuium Cariae. v. ibid.

ΕΥΜΕΝΗΣ, ΕΥΜΕΝΟΥ, *Eumenes. Froelich.* Not. Elem. p. 167.) *Criſtiani* Adpend. Num. Reg. p. 32.

ΕΥΜΕΝΟΥ, *Eumenis* nomen diuerſimode poſitum in n. Syracuſanorum.

ΕΥΝΟΟC. nomen ſcribae in n. Trallianorum: ΕΠ. ΓΡ. Μ. ΑΥΡ. ΕΥΝΟΟC, *Sub Scriba M. Aurelio Euno. Froelich.* Animadu. ad Num. Vrb. p. 72.

ΕΥΝΟΥΣ. magiſtratus Dyrrhachii Illyrici.

ΕΥΞ. in area n. Neapolis Campaniae.

ΕΥΠ. vid. *Maronea* Thraciae.

ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ pro ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ male legit *Golzius* in Theſauro n. Alexandri I. regis Syriae.

ΕΥΠΑΤΩΡ, ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. cognomentum duorum Mithradatum Boſpori vel Ponti regum; *it.* Antiochi V. Syriae regis; *it.* Pharnacis I. Parthiae regis. vid. *Eupator* et *ſuis locis.*

ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ. v. *Eupatris.*

ΕΥΠΟΛΕΜΟΣΧΟΥ. magiſtratus nomen Apolloniae Illyrici, quod legitur apud *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 98. At in *Cimel. Vindob.* I. Tb. 14. fg. 3. ſcriptum: ΥΠΟ ΛΕΜΟΣΧΟΥ.

ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ, *Eupolemi*, athletae magis, quam ducis Caſſandri nomen. *Haym.* Th. Br. II. p. 80. vid. *Eupolemus.*

ΕΥΠΟΡΟΥ, *Eupori*, nomen praetoris Cyzicenorum, aeque ac Metropolitarum. v. *Euporus.*

ΕΥΡ. Ἐυρώπη, *Europa.* n. Cnoſſi Cretae.

ΕΥΡΓΑΣΤΗΣ, *Opifex*, pro ΕΡΓΑΣΤΗΣ, ſeu ΣΥΡΓΑΣΤΗΣ, *Serpentarius.* Sic Iupiter dictus in n. Domitiani, Antonini Pii, M. Aurelii a Tianis. vid. ΖΕΥΣ.

c) ΕΥΡΗΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΟC apud *Golz.* Graec. vet. Tb. 8. fg. 8. et *Noris.* Comment. p. 38. 39. pro qua epigr. *Harduin.* Oper. Sel. p. 49. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ ΔΕΛΦΩΝ, *Euthydemus Delphorum.* vid. ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ. ΕΥΘΥΔΗΜΟC.

ΕΥΡΗΣΙΠΠΟΥ, *Eureſippi* magiſtratus Abderae. v. *Eureſippus.*

ΕΥΡΙ. Ἐυρικλῆς, *Euriclis* nomen. ΕΠΙ ΕΥΡΙ. *Sub Euricle.* n. Lacedaemonis apud *Arigon.* et *Froelich.* Not. Elem. p. 238. v. *Lacedaemon.*

ΕΥΡΥΔΙΚΕΩν, vel integre ΕΥΡΥΔΙΚΕΩΝ. *Eurydicenſium.* v. *Eurydicea*, ſiue *Eurydicium* Elidos.

ΕΥΡΥΚΛΕΟΣ, vel ΕΥΡΥΚΛΕΩΣ, *Euriclis* magiſtratus. v. *Lacedaemon.*

ЄΥΡΥΠΥΛΟC. *Froelich.* Not. Elem. p. 231.) *M. Pembrok.* II. Tb. 24. n. 4. vid. *Eurypylus.*

ΕΥΡΩΜΕΥC, *Euromeus* dicitur Iupiter in n. Caracallae, inſcripto: ΔΙΟC ΕΥΡΩΜΕΥC ΕΥΡΩΜΕΩΝ, *Iupiter Euromeus Euromeorum*, vbi Iupiter velut in truncum deſinens in templo tetraſtylo. Æ 2. *Gusseme* III. p. 187.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 57.) *Vaill.* Gr. p. 100. 293. — Iupiter eſſe videtur, qui *Labradaeus* dicitur in Caria prope Mylaſa in Labrando vico. Eundem Iouem vrbs *Euromus* a ſe *Euromeum*, vt Labranda Labrandaeum, adpellauit, qui apud *Herodotum* L. I. *Iupiter Carius* vocabatur. Conf. *Galland.* Diction. vocabulo Ἐυρωμεύς.

ΕΥΡΩΜΕΩΝ, *Euromeorum.* v. *Eurome* Cariae.

, ΕΥC. — ΕΥCΕ. — ΕΥCΕΒ. Ἐυσεβὴς, *Pius.* — a) *Antonin. Pius:* ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΕΥC. CΕΒ. *al.* ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΕΥC. CΕΒ. *al.* ΑΥΤ. ΚΑΙC. Τ. ΑΙΛ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. CΕΒ. ΕΥC. — ΑΥΤΟΚΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ΣΕΒΑΣ. ΕΥΣ. *Khell.* Suppl. p. 82. — b) *M. Aurelius:* Μ. ΑΥΡ. ΚΑΙCΑΡ ЄΥC. CЄΒ. — c) *Commodus:* Μ. Α. ΚΟΜΜ. CΕΒ. ΕΥC. — d) *Geta:* Π. CΕΠΤΙΜΙΟC ΓΕΤΑC ΕΥC. ΑΥ. ΒΡΙΤ. — e) *Alexander Seuerus:* Α. ΚΑΙ. ΜΑΡ. ΑΥΡ. CΕΥ. ΑΛΕΖΑΜΔΡΟΣ (*ſic*) ΕΥC. — f) *Maximinus:* ΑΥΤΟ. ΜΑΖΙΜΙΝΟC (*ſic*) ΕΥC. CΕΒ. — g) *Gordianus Africanus:* Α. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΣΕΒ. ΑΦΡ. ΕΥΣ. ΣΕΒ. *Vaill* Pr. I. p. 153.) *Froelich.* 4. Tent. p. 323. — h) *Philippus Senior:* Α. Κ. Μ. ΙΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟC ΕΥC. ΕΥ. CΕΒ. — i) *Macrianus:* Α. Κ. Τ. ΦΙ ΙΟΥΝΙ. ΜΑΚΡΙΑΝΟC ΕΥC. CΕΒ. — k) *Aemilianus:* Α. Κ. Μ. ΑΙΜΙΛ. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟC ΕΥC. ΕΥΥ. CΕΒ. *Band.* I. Add. ad p. 98. — l) *Saturninus:* ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. CΑΤΥΡΝΕΙΝΟC ΕΥC. CΕΒ. *Band.* I. p. 281. — m) *Firmius:* ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΙΡΜΙΟC ΕΥC. ΕΥΥ. CΕΒ. *Band.* I. p. 398. — n) *Alexander* tyrannus ſub Maxentio: Α. ΚΑΙC. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC ЄΥC. ЄΥΥ. CЄΒ. *Guſſeme* I. p. 92. 110.

ΕΥCΕ. Ἐυσεβὴς, *Pius.* a) *Antonin. Pius:* ΑΝΤΩΝΙΝΟ. CЄΒ. ЄΥCЄ. Muſ. *Theup.* p. 1147. — b) *Alexander Seuerus:* ΜΑΡΚ. ΑΥΡ. CΕΟΥΗΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC ΕΥCΕ.

ΕΥCΕΒ. Ἐυσεβὴς, *Pius.* a) *Antonin. Pius:* ΑΥΤ ΚΑΙC. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. ΕΥCΕΒ. *Vaill.* Pr. II. p. 165. — b) *Fauſtina* eius filia: ΕΥCΕΒ. CΕΒ. ΘΥΓΑΤΗΡ. *Triſtan.* I. p. 593. — c) *Commodus:* Μ. Α. ΚΟ. vel ΚΟΜ. ΑΝΤΩ. CΕΒ. ΕΥCΕΒ. *al.* Μ. Α. ΚΟΜΜ. CΕΒ. ΕΥCΕΒ. — d) *Alex. Seuerus:* Α. ΚΑΙ. ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC ЄΥCЄΒ. — e) *Gordianus Africanus:* Α. Κ. Μ. ΑΝ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC CЄΒ. ΑΦΡ. ЄΥCЄΒ. *Vaill.* Gr. p. 147.) *Froelich.* 4 Tent. p. 323. f) *Romanus* I. et *Chriſtophorus* filius: ✠ ROMANO XRISTOFOR CR CONSTAN EN XW EYCEB' BASIL' R'. *Eckhel.* Cat. II. p. 550.

ΕΥCΕΒΕΙΑ, *Pietas*, inſcriptio numi aerei, in cuius poſtica Aeneas Anchiſen humeris portat; paruus Iulus comitatus patrem.

Ἐυσέβεια et Θεοσέβεια eiuſdem ſignificationis apud Graecos, *religionis* nempe *cura* et *in deos pietas.* *Spanhem.* Pr. II. p. 75.

Ἐυσέβεια, *Pia* certamina ab Antonino Pio ſic dicta. ΕΥΣΕΒΕΙΑ ΕΝ ΠΟΤΙΟΛΟΙΣ, *Euſebia Puteolis* in honorem Hadriani celebrata. *Spanhem.* Epiſt. V. ad *Morell.* §. 6. p. 290 et §. 12. p. 333.

Ἐυσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ, *Euſebia Ad Taurum* montem. *Spanhem.* Pr. I. p. 598. vid. *Tyana* Cappadociae.

ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ, *Euſebiae*, cognomen inditum Cappadociae metropoli *Mazacae* iuxta *Strabonem* L. XII. p. 538. et *Seguin.* Sel. Num. p. 60. ed. ſec. in cuius numo caput imberbe laur. et pelle leonina circa caput inſignitum.)(Templum, in cuius faſtigio ſtatua inter duas ſtellas viſitur cum inſcr. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΚΕ, *Euſebiae*, *Anno* 25. — Caput Palladis.)(Mons Argaeus, deſuper non phoenix, aut pelicanus, iuxta *Seguinum*, ſed ex mente *Spanhemii* Pr. I. p. 473. aquila cum epigr. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ..... ΑΡΕΙΑΣ ſeu ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. v. *Caeſarea* Cappadociae.

Ἐυσεβὴς dicti aliquot Syriae Aſiaeque reges *Spanhem.* Pr. II. p. 434. 438. vt et e numis iuxta *Golzium* Antiochi Sidetis VII. Syriae regis, ab omnibus Iudaeis ſic dicti, atque ex Antiochi Cyziceni, ſuperioris filii, numis adparet. — Idem cognomen in duobus Ariarathis Cappadociae regis numis occurrit. —

Voces

Voces 'Ευσεβὴς de homine in deum pio, et 'Ευσέβεια de religionis cura et in deos pietate apud Graecos vſurpantur. — Antoninus Pius Imperator non ΕΥΣΕΒΗΣ ſolum, ſed ΠΙΟΣ etiam, vel ΠΕΙΟΣ, et ſic deia Iulia Pia, Seueri coniux, ΙΟΥΛΙΑ ΠΙΑ ſcribuntur in aliquot numis. *Harduin.* Oper. Sel. p. 686.

ΕΥΣΕΒΕΙΩΝ in numo *Golziano* Auguſti. *Morell.* in Aug. Tb. 52. fg. 16. p. 456. vid. *Caeſarea* Cappadociae.

'Ευσεβὴς, *Pius*, de cuius vocis ſignificatione plenius *Galland* Diction. vocabulo 'Ευσεβὴς. vid. *Euſebes.*

ΕΥΣΕΒΗΣ, ΕΥΣΕΒΟΥΣ, *Euſebes*, *is*, dictus Antiochus X, Syriae rex, ob ſuam in parentem pietatem, iuxta *Appian.* Syriac. p. 133. vid. *Antiochus* X. Philopator quoque cognominatus. — Eodem ΕΥΣΕΒΟΥΣ cognomine Antiochus VII. vulgo Sidetes a *Golzio* cognominatur, ſed haec 'Ευσεβὴς adpellatio non legitur in ſerie *Vaillantii.* — Cognomentum regis Ariarathis VI. Cappadociae. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70.) *Cimel. Vind.* I. p. 39. v. *Ariarathes.* — Cognomen Imperatorum: a) Antonini Pii: ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥΣΕΒΗΣ. Muſ. *Theup.* p. 889. — b) *Seueri Pii*, iuxta *Froelich.* Monogr. Explic. n. 71. p. 158. Σεουῆρος 'Ευσεβὴς, *Seuerus Pius.* — c) Maximini: ΑΥΤ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟϹ ΕΥϹΕΒΗϹ, *Imperator Maximinus Pius.* n. Vlpianor. Anchialenſium. *Froelich.* 4. Tent. p. 313.

ΕΥϹ. ΕΥ. ϹΕΒ. 'Ευσεβὴς 'Ευτυχὴς Ϲεβαστος, *Pius Felix Auguſtus.* Sic *Philippus Sen.* in n. Alexandriae Aegypti.

ΕΥϹ. ΕΥΤ. ϹΕΒ. 'Ευσεβὴς 'Ευτυχὴς Ϲεβαστὸς, ita a) *Aemilianus. Band.* I. Add. ad p. 98. — b) *Firmius. ibid.* p. 398. — c) *Alexander* tyrannus. *Guſſ.* I. p. 92. 110.

ΕΥϹ. ϹΕΒ. 'Ευσεβὴς Ϲεβαστὸς, *Pius Auguſtus.* Sic Anton. Pius, M. Aurel. vid. ΕΥϹ.

ΕΥΤ. 'Ευτυχὴς, *Felix*, de qua voce eiuſque ſignificatu *Galland.* Diction.

ΕΥΤΙΜΙVS. vid. *Euthymius.*

ΕΥΤΥΧΕΙ, *Felix eſt.* ΚΟΜΟΔΟΥ ΒΑϹΙΛΕΥΟΝΤΟϹ Ο ΚΟϹΜΟϹ ΕΥΤΥΧΕΙ, *Commodo Imperante Orbis Felix eſt.* n Nicaeenſium. *Harduin.* Oper. Sel. p. 820.) *Spanhem.* Pr. II. p. 400. 443.) *Spon.* Itiner. III. p. 187.

ΕΥΤΥΧΕΙΣ ΚΑΙΡΟΙ, *Felicia Tempora.* n. Laodicenſ. Cariae in Commodo. *Spon.* Itin. III. p. 183.) *Guſſeme* IV. p. 254. ſed ſcriptum: ΕΥΤΥΧΕΙϹ ΧΑΙΡΟΥ.

ΕΥΤΥΧΗΣ, *Felix.* ΕΥΣΕΒΗΣ ΕΥΤΥΧΗΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Pius Felix Auguſtus.*

ϵΥΤΥΧΙΔΟΥ *Eutychidis* filius. Æ max. Caracallae a Trallibus. *Froelich.* 4. Tent. p. 460 4.

ΕΥΤΥΧΟΥϹ, *Eutychi* nomen. ΕΠ. ΓΡ. ΕΥΤΥΧΟΥϹ, *Sub Scriba Eutyche. Froelich.* Adpend. II. nouis. p. 102.

ΕΥΦΑ. al. ΕΥΦΡ. al. ΕΥΦΩ. magiſtratus nomina in Æ. Thuriorum. vid. *Thurium.*

ΕΥΦΑΝΗΣ magiſtratus nomen n. Rhodiorum.

ΕΥΦΡΑΤΗΝ, *Euphratem.* vid. *Antiochia ad Euphratem.*

ΕΦ. — ΕΦΕ. — ΕΦΕΣ. — ΕΦΕΣΙ. — ΕΦΕϹΙΩΝ vel ΕΦΕΣΙΩΝ. vel ΕΦΕΞΙΩΝ. vid. *Epheſus Ioniae.*

ΕΦΑΙΜΩΝΙ in Getae Æ 2. numo apud *Froelich.* 4. Tent. p. 289.

289. qui legit τὸ ΕΦ. Epheſiorum, et ΑΙΜΟΝΙ. vertit *Haemonicum*.

ΕΦΕCΙΑ. vid. ΑΡΤΕΜΙC.

ΕΦΕCΟC. vid. *Epheſus*. — Cyzicus vel ΚΥΖΙΚΟC.

ΕΦΙΑΛΗΤΟC, *Ephiletus*, magiſtratus Smyrnaeorum. M. *Theup*. p. 1297. ΣΜΥΡ. Γ. ΝΕΩ. ΕΠΙ ΕΦΙΑΛΗΤΟΥ, *Smyrnaeorum Ter Neocororum, Sub Ephileto*.

ΕΦΙΣΤΑΤΟΥ pro ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ, *Praefecto* vid. ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ.

ΕΦΟΡΟC, *Inſpector*, quaſi tribunus plebis. *Froelich*. Not. Elem. p. 31.) *Vaill*. Gr. p. 18. 315. 323.

ΕΦΥΡ. *Ephyra* olim dicta vrbs Theſſaliae. vid. *Cranon*. *Haym*. Th. Br. II. Tb. 16. n. 3. p. 147.

ΕΧΕΤΡΑΝΩΝ. *Pyrrhus Ligorius* numum adfert ita ſignatum cum capite Herculis.)(Claua trinodoſa cum arcu et pharetra. *Stephano*: Ἐχέτρα πόλις Ἰταλίας. *Holſten*. in *Steph*. p. 125.

ΕΧΕΦΡΩΝ. magiſtratus nomen Dyrrhachii Illyrici. *Golz*. Graec. vet. Tb. 1. n. 9.

F.

F ſexta littera alphabeti Latinorum, non digamma Aeolicum ipſum eſt, a Claudio adiectum, quamuis figura ferme conueniat, ad Γ Graecum lineam nouam addens tranſuerſum; vt docet *Dutens* dans ſon ancien Alphabet des Grecs diſſ. III. p. 186 ſq. — ſed vetus littera habetur F, in Capitolinis fragmentis nominibus Fabii, Flaminii, Furii et aliis expreſſa. Digamma vero V potius, quando vim conſonantis habet reſpexit. v. *Digamma*. — Aliquando eius loco priora quaedam ſaecula pronuntiarunt B. *Bruges* ſcribentia, et alia, quae poſteriori per F. *Fruges*, ſcribere maluerunt.

F ante A poſita littera in vocabulo FΑΞΙΩΝ videtur *Froelichio* Not. Elem. p. 77. pariter *Liebio* Goth. Num. p. 163. aeque ac *Zaccariae* Iſtit. Num. p. 361. ſpiritum lenem denotare. Alias vero de eadem voce protulerunt ſententias *Beger*. Th. Brand. I p. 467. et *Khell*. Comment. ad *Haym* Th. Brit. II. p. 182. obſ. 192. vid. *Axia* in Italia.

F pro H poſteriores Romani in multis locis poſuerunt. *Spanhem*. Pr. I. p. 108.) *Seruius* ad *Virgil*. Aen. L. VII. vſ. 695. Ratio eſt, quia F pro adſpiratione olim poſita fuit, vt Feſtus p. 287. et *Deuſq*. Orthogr. P. I. p. 43. animaduertunt. Hinc *Faleſci* ab *Haleſo* ſunt denominati. Veteres, ait *Salmaſius* Exercitat. Plinian. p. 695. notam Ⱶ, quod eſt dimidiatum H, pro adſpiratione non raro vſurpant etc. Inde forſan ortum eſt, litteras H et F in antiquis monumentis et libris ſaepe variare.

F pro E antiquiſſima ſcribendi forma apud Graecos, de qua *Liebe* Goth. Num. p. 187.

F loco P in voce FIVS pro PIVS occurrit in *Æ*. barbarae fabricae numo Philippi Sen. inſcripto: PHILIPHVS FIVS AVGG. *Eckhel*. Cat. II. p. 347.

F Latinorum loco Φ Graecorum crebro in numis Graecis Faliſcorum Magnae Graeciae, et quidem Latio vicinae, qui FΑΛΕΙΩΝ paſſim inſcribuntur, vt F pro Φ in eo tractu vel inde liqueret vſurpatum. Quae ratio eius rei diſquiritur a *Spanhem*. Pr. I. p. 107 ſq. — Id quod factitum in peregrinis praeſertim dictionibus: FILIPPVS, FOCA, EVFRATES, TRIVMFATOR, etc. quae aeuo Conſtantiniano videtur orthographia in numis recepta.

Numos enim, quos priorum temporum eadem F pro PH ſcribendi ratione laudat *Spanhemius*, ii vno forte Philipporum, in quo FEILIPPVS AVGG. excepto, ſuſpicione non carent. *Liebe* Goth. Num. p. 371. Certum eſt, F pro PH crebro vſurpatum in ſcriptura ſequioris aeui, quod et patet e duobus numis aereis e maximorum genere, vno Numeriani: TRIVMFVS QVAD. altero Honorii: TRIVMFATOR GENT. BARBAR. Eandem etiam ſcripturam praeferunt numi Conſtantis: OB VICTORIAM TRIVMFALEM. Quo etiam referri debet numus Helenae, Iuliani Caeſaris coniugis a *Triſtano* III. p. 734. deſcriptus cum epigraphe: ISIS FARIA. Nec aliam vulgo ſcripturam praeferunt numi Phocae Imperatoris, niſi DN. FOCAS. Dubia vero eſt epigraphe Domitiani apud *Occonem* numi: IOVI IVVENI TRIVMFATORI.

Ⱶ loco F in aerea Paeſti: A. VERGILIV. A. Ⱶ. II.VIR. *Aulus Vergilius, Auli Filius, Duumvir*, quem vulgauit *Eckhel*. Cat. Muſ. Caeſ. I. Tb. 1. fg. 9.

Ⅎ vel inuerſum F ſiue digamma apud *Seguin*. Sel. Num. p. 94.

ᒣ ita inuerſum obſeruatur in n. Sinopes, qualem exhibet *Froelich*. Addend. II. nouis Tb. 1. fg. 8. p. 63. inſcriptum: C. R. I. ᒣ. Ƨ. A. VI. ƆƆƆV. *Colonia Romana Iulia Felix. Sinope, Anno* 305. prioris aerae.

IF nota numeralis in n. gentis Lolliae vbi F illud digamma eſt, quale *Pighius* pro ſimplici Γ adhibuit ad numerum ternarium ſignificandum.

F alphabeti Latinorum littera ſexta in numis Fam. Aeliae, Antoniae, Caſſiae, Cluliae, Crepuſiae, Fabiae, Herenniae, Memmiae, Quinctiae, Seruiliae. — Forma ſingulari in n. Furiae gentis. *Guſſ.* III. p. 194.

F. *Fabius*. C. F. *Caius Fabius*, praenomen et nomen. v. *Fabia* g.

F. *Fabrica*. AQ. O. B. F. *Aquileia Officinae Secundae Fabrica*; vel *Officina Secunda Feriit*; vel in *Officina Secunda Flatum*.

F. *Faciundum, Faciundis*. CVR. X. F. *Curauit Denarium Faciundum*; vel *Curator Denariorum Flandorum*, ſiue *Denarii Faciundi*. — S. F. *Sacris Faciundis*, nempe Ioui Capitolino, in auerſa parte denarii gentis Petilliae, ob decemuiratum. — XV. S. F. *Quindecimuiri Sacris Faciundis*. — F. C. *Faciundum Curauit*; vel iuxta alios: *Frumento Conuehendo*. *Vaill*. Pr. I. 299. vel *Fieri Curauit*; ſiue *Feriundum Curauit* ſcil. numum. *Bimard*. ad *Iobert*. II. p. 135 ſq.

F. *Fauentia*. COL. F. I. A. P. BARCIN. Colonia *Fauentia* cum *Plinio*, vel vt quidam volunt: *Flauia Iulia Auguſta Pia Barcino*, Hiſpaniae nunc *Barcelone*. vid. *Barcino*.

F. *Fauſtus*. vid. A. N. F. F. *Annus Nouus Fauſtus Felix*.

F. *Fecialis* iuxta *Patinum* in n. Arrii Secundi: F. P. R. niſi *Fortitudo Populi Romani*. Conf. *Morell*. Fam. Arria. p. 36.) *Vaill*. Fam.

F. *Fecit*. LVD. SAEC. F. *Ludos Saeculares Fecit*. — SEX. NONI. PR. L. V. P. F. *Sextus Nonius Praetor Ludos Votiuuos Publicos Fecit*; non vero: *Ludos Victoriae Primus Fecit*. v. L. V. P. F.

F. *Felici*. P. F. S. *Pio Felici Seniori* ſcil. DIOCLETIANO *al*. MAXIMIANO. — P. F. V. *Pio Felici Victori*.

F. *Felicia.* F. T. ex *Harduini* Oper. Sel. p. 480. interpretatione; *Felicia Tempora.* n. Criſpi.

F. *Felicitas.* B. F. *Beata Felicitas.* — F. B. *Felicitas Beata.* — F. T. *Felicitas Temporum.* — S. F. *Saeculi Felicitas.* — T. F. *Temporum Felicitas.* Conf. *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 155. 156.) *Vaill.* Pr. I. p. 299. 300.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 480.

F. *Felix.* F. ADVENT. AVGG. NN. *Felix Aduentus Auguſtorum Noſtrorum.* n. Diocletiani, Maximiani, Conſtantii Chlori, Gal. Maximiani. — A. N. F. F. *Annus Nouus Fauſtus Felix.* — C. A. O. A. F. Colonia Antoniniana *Oea* Auguſta Felix; *al.* Colonia Aelia Oea vel Oeenſis Auguſta *Felix,* Africae litoralis. — C. I. AV. F. SIN. Colonia Iulia Auguſta *Felix Sinope:* vel C. I. F. S. Colonia Iulia *Felix Sinope* Paphlagoniae. — C. I. F. AVG. CAESAR. *Caeſarea* Samaritidis. — COL. AEL. CAP. COMM. P. F. Colonia Aelia *Capitolina Pia Felix* Iudaeae. — COL. AVG. F. GERMENO. Colonia Auguſta *Felix Germenorum* Galatiae. — COL. AVR. vel AT. KAP. KOMM. P. F. Colonia Aurelia *Carrhenorum* Commodiana Pia *Felix* Meſopotamiae; *alii* eaſdem litteras ad *Aeliam Capitolinam* referunt. — COL. F. BER. Colonia *Felix Berytus* Phoeniciae. — COL. F. BOSTRA ALEXAND. Colonia *Felix Boſtra* Alexandrina Arabiae. — COL. IVL. AVG. C. I. F. COMAN. Colonia Iulia Auguſta Concordia Inuicta *Felix Comanorum;* vel COL. IVL. AVG. F. COMANORVM in Ponto Galatico. — COL. P. F. AV. F. CAES METRO. vel COL. PR. F. AVG. F. CAESAR METR. P. S. P. Colonia Prima Flauia Auguſta *Felix Caeſarea* Metropolis Prouinciae Syriae Palaeſtinae; *al.* C. P. FL. AVG. F. G. CAES. METR. Colonia Prima Flauia Auguſta *Felix* *Germanica Caeſarea* Metropolis. — C. R. I. F. S. *Colonia Romana, Iulia Felix Sinope. Froelich.* 4. Tent. p. 89. vel C. R. I. ꟻ. Ƨ. (*ſic*) *Froelich.* Adpend. II. nouia p. 53. — D F. vel F. D. in vexillo prouinciae Daciae: *Dacia Felix.* — F. H. *Felix Hilaritas.* n. Gratiani. *Harduin* Oper. p. 419.) *Vaill.* Pr. I. p. 300. — F. K. *Felix Karthago. Band.* II. p 209. — F. S. *Felix Sinope.* — F. T. R. *Felix Temporum Reparatio* — LEG. etc. F. *Legio Felix,* aliis *Fidelis.* — P. F. vel PIVS F. *Pius Felix,* perfrequens in Auguſtorum numis. — P. F. A. vel AVG. *Pius Felix Auguſtus.* In numis Eudoxiae, vxoris Theodoſii II. et ſequentium Auguſtarum quoque P. F. AVG. *Piae Felicis Auguſtae* tituli leguntur. *Band.* II. p. 563. — P. F. TR. A. *Pius, Felix Triumphator Auguſtus.*

F. *Femina.* FAVSTA N. F. *Fauſta Nobiliſſima Femina. Band.* II. p. 395.) *Liebe* Goth. Num. p. 353.

F. *Feretrius,* pone caput Iouis barbatum in denario C. CLOVLI. ſiue Cloelii.

F. *Feriit.* vid. AQ. O. B. F.

F. *Feriundo.* vid. A. A. A. F. F. *Auro, Argento, Aere, Flando Feriundo.* — A. P. F. *Argento,* vel *Auro Publico Feriundo,* iuxta alios: *Ad Pecuniam Feriundam.*

F. *Ferrata.* LEG. V. F. vel LEG. VI. F. *Legio Quinta* vel *Sexta Ferrata* in labaro numorum Damaſci cuſorum.

F. *Fibularia.* M. C. F. *Municipium Calaguris Fibularia* Hiſpaniae. *Velazquez* Enſayo Tb. 7. n. 6. p. 85. 92.

F.

F. *Fidelis*. COHH. PRAET. VI. *al.* VII. P. VI. F. *Cohortes Praetorianae Sextum*, vel *Septimum Piae, Sextum Fideles*. Æ. Gallieni.

F. *Fidelis*. P. F. *Pia Fidelis* ſcil. *Legio*. — P. F. V. *Pia Fidelis Victrix*. — G. P. F. *Gemina Pia Fidelis*. vid. LEG. *Legio*.

F. *Fides* pone caput Fidei laureatum, cuius deae initialis eſt littera. ꝶ. Terentiae g.

F. *Fieri*. F. C. *Fieri Curavit*.

F. *Filia*. ANTONINI AVG. F. vid. *Lucilla*. — AVG. F. *al.* AVG. F. AVGVSTA. *al.* AVGVSTI F. v. *Iulia* Titi. — DIVAE MARCIANAE F. v. *Matidia*. — DIVA FAVSTINA PII F. *Fauſtina* Iun. Antonini Pii filia, M. Aurelii vxor. — DIVI TITI F. v. *Iulia* Titi. — DRVSILLA F. C. CAESARIS AVGVSTI. *Druſilla Filia Caii* Caligulae. — FAVSTINA AVG. PII AVG. F. *al.* FAVSTINA AVG. PII F. *al.* FAVSTINA AVGVSTA AVG. PII F. v. *Fauſtina Iunior* — IVLIA AVGVSTA DIVI TITI F. *al.* IVLIA IMP. T. AVG. F. AVGVSTA. *al.* IVLIA T. AVG. F. AVGVSTA. vid. *Iulia* TITI. — LVCILLA AVG. ANTONINI AVG. F. *Lucilla* vxor L. Veri. — MATIDIA AVG. DIVAE MARCIANAE F. v. *Matidia*. — PII AVG. F. *al.* PII F. v. *Fauſtina* Iun. — TITI F. v. *Iulia* Titi.

F. *Filiae*. DIVAE IVLIAE AVG. DIVI TITI F. S. P. Q. R. vid. *Iulia* Titi. — LVCILLAE AVG. ANTONINI AVG. F. v. *Lucilla* L. Veri.

F. *Filii*. C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. *Caius et Lucius* ab Auguſto adoptati. — TITVS ET DOMIT. VESPASIANI AVGVSTI F. *Titus et Domitianus Veſpaſiani Auguſti Filii*. *Morell.* Theſ. Impp. II. p. 237.

F. *Filio*. AVGVSTO DIVI F. n. Auguſti. — DIVO AVG. T. DIVI VESP. F. VESPASIAN. *al.* DIVO AVG. T. VESP. F. VESPASIANO. n. Titi. — IMP. CAESARI DIV. F. AVGVSTO. *al.* IMP. CAESARI DIVI F. AVGVSTO. *al.* DIVI F. COS. V. n. Auguſti. — IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANO OPT. AVG. GER. DAC.)(PARTHIC. DIVI TRAIAN. AVG. F. etc. Æ. Hadriani. *Khell.* Suppl. p. 70. *Pedruſ.* M. *Farneſ.* III. Tb. 1. n. 2.

F. *Filius*. In Familiarum Rom. numis frequens, quemadmodum N. *Nepos*, ad aliorum eiuſdem ſtirpis idem praenomen gerentium diſtinctionem, e. c. A. F. *Auli Filius*. — C. F. *Caii Filius* etc. Occurrit etiam BRVTI F. *Bruti Filius*; quis ille fuerit v. BRVTI F. — REGVLVS F. PRAEF. VR. *Regulus Filius praefectus Vrbis*. — In antiquis monumentis F littera non *Fratrem*, ſed *Filium* ſignificat. *Spanhem.* Pr. II. p. 379.

— — in imperialibus numis:

AVG. D. F. vel AVG. DIVI F. vel AVGVST. DIVI F. et integre AVGVSTVS DIVI F. *Auguſtus Divi Filius*; ſic *Auguſtus*.

AVG. F. *Auguſti Filius*. vid. *Tiberius*, *Germanicus*, *Domitianus*, *Traianus*.

AVG. F. AVG. vel AVGVST. *Auguſti Filius Auguſtus*. v. *Tiberius*.

AVGVST. F. *Auguſti Filius*. v. *Caligula*.

AVRELIVS CAES. ANTON. AVG. PII F. *Aurelius Caeſar Antonini Auguſti Pii Filius*; in aliis: AVRELIVS CAES. vel CAESAR PII. F. *al.* AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. v. *Marc. Aurelius*.

CAES. AVG. F. vel CAESAR AVG. F. DOMITIANVS. v. *Domitianus.*

CAESAR DIVI F. DOMITIANVS. *Idem.*

CAESAR DIVI IVLI F. v. *Auguſtus.*

CAESARIS AVG. F. DOMITIANVS. *Morell.* in Domitiano p. 511.

C. CAESAR AVG. F. vel AVGVST. F. *Caius* (Agrippae filius) *Caeſar Auguſti Filius* adoptatus.

C. CAESAR DIVI F. v. *Auguſtus.*

CLAVD. F. *Claudii Filius* adoptantis nempe, loco gentilis Domitii nomine. v. *Nero.*

DIV. F. *Diui Filius.* v. *Auguſtus.*

DIVI AVG. F. *Diui Auguſti Filius.* v. *Tiberius.*

DIVI CLAVD. F. *Diui Claudii Filius.* v. *Nero.*

DIVI F. *al.* DIVI F. IMP. vel PATER. vel P. P. vel PATER PATRIAE in numis Auguſti, Tiberii, Domitiani.

DIVI IVLI F. v. *Auguſtus.*

DIVI M. PII F. *Diui Marci Pii Filius.* v. Sept. *Seuerus.*

DIVI TRAIAN AVG. F. *Diui Traiani Auguſti Filius.* v. *Hadrianus.*

DIVI VESP. F. v. *Titus*; it. *Domitianus*, Veſpaſiani filii.

DIVI VESPASIANI F. v. *Titus.*

D. IVL. AVG. F. *Diui Iulii Auguſti Filius.* v. *Tiberius.*

DIVVS CAESAR IMP. DOMITIAN. F. *al.* DOMITIANI F. *Domitiani filiolus.*

DIVVS CAESAR TI. AVG. F. v. *Germanicus.*

DOMITIAN. F. *al.* DOMITIANI F. *Domitiani Filius.* vid. *Caeſar* Domitiani fil.

IMP. AVGVST. DIVI F. *Imperator Auguſtus Diui Filius.* v. *Auguſtus.*

IMP. CA. D. VES. F. DOMIT. *al.*

IMP. CAE. VES. F. DOM. etc. vid. *Domitianus.*

IMP. CAESAR DIVI F. *al.*

IMP. CAESAR DIVI IVLI F. *al.*

IMP. DIV. F. vel DIVI F. vel DIVI F. P. P. *al.*

IMP. DIVI IVLI. F. ita *Auguſtus.*

IMP. DOMITIANI F. *Imperatoris Domitiani Filius.*

IMPERATOR T. CAESAR AVGVSTI F. v. *Titus.*

L. F. *Lucii Filius.*

M. F. *Marci Filius.*

NER. AVG. F. *al.*

NERO CLAVD. DIVI CLAVD. F. etc. v. *Nero.*

SEVERI PII AVG. F. v. *Caracalla.*

T. CAESAR DIVI VESPASIANI F. AVG. v. *Titus.*

TI. AVG. F. *Tiberii Auguſti Filius.* v. *Germanicus.*

TI. AVG. F. *Tiberius Auguſti Filius*, vel

TI. CAESAR AVG. F. vel

TI. CAESAR DIVI AVG. F. *al.* AVGVS. F. *al.* AVG. F. AVGV. *al.* AVG. F. AVGVST. vel

TI. DIVI F. AVGVSTVS. ſic *Tiberius.*

F. *Finnius*, ex *Harduini* interpretatione Oper. Sel. p. 841. — vel *Finnicus* iuxta *Vaill.* Num. Col. II. p. 220. et Praeſt. II. p. 338. de qua Voluſiani denominatione *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 191. 192.

F. *Flando.* vid. triumuirorum monetalium notae: A. A. A. F. F. *Auro, Argento, Aere, Flando Feriundo.*

F. *Flauum.* v. AQ. O. B. F. *Aquileiae in Officina Secunda Flauum.*

F. *Flauia.* C. F. A. FEL. CAES. METR. *Colonia Flauia Auguſta Felix*

Felix Caeſarea Metropolis. In aliis eiuſdem Caeſareae numis ſcriptum: C. P. F. A. etc. vel COL. P. F. AVG. *al.* AV. F. CAES. METRO. vid. *Caeſarea* Syriae vel Palaeſtinae.

F. *Flauia.* C. F. P. D. *Colonia Flauia Pacenſis* vel *Pacifica Deultana.* v. *Deulton* Thraciae.

F. *Flauit.* vid. A. P. F.

F. *Fortitudo.* F. P. R. *Fortitudo Populi Romani* ex mente *Vaillantii*, vel

F. *Fortuna.* F. P. R. *Fortuna Pop. Rom.* iuxta *Perizonii* explicationem. Conf. *Hauercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 36.) *Guſſeme* III. p. 194.

F. *Frumentum.* S. V. F. P. D. *Suſceptis Votis Frumentum Publice Datum.* — F. C. *Frumento Comuehendo*, vt quidam volunt.

FA. et retrograde Aꟻ vel ΦΑΛΕΙΩΝ, *Phaliſci* populi Italiae, vrbs *Falerii*, vel *Faliſca. Froelich.* Not. Elem. p. 84. vid. *Faliſci* Etruriae.

FA in numis Achaeorum ad Fareos vel Phareos Peloponneſi ſpectare videtur. *Froelich.* ib. — FA. in angulis mon. X *Achaiae* additis aliarum vrbium ſignis. *Bayer.* Comm. Petrop. T. V. p. 373.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 12. fg. 3.) *M. Hunter.* p. 5. 6.) *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. III. Tb. 2. fgg. 5. 9. 17. et litteris nexu iunctis fg. 18.) *M. Pembrok.* II. Tb. 2. fg. 7.

F A. Figura ſpoliis inſidens, d. ſigna militaria. n. Conſtantini M. *Band.* II. p. 269.) *Guſſeme* II. p. 302. n. 29. *et* III. p. 194. adiecta litterarum explicatione vel *Fides Auguſta*, vel *Francia.*) *Mdb.* p. 459.

F. A. FEL. CAES. *Flauia Auguſta Felix Caeſarea* etc. vid. *Caeſarea* Palaeſtinae.

FAB. *Fabius* nomen gentis. N. FAB. BVTEO. — Q. FAB. v. *Fabia* gens. — Q. O. C. FAB. *Quinto Ogulnio* et *Caio Fabio.*

FABATI. *Fabatus* a faba, cognomen gentis Roſciae L. ROSCI. FABATI. *Lucius Roſcius Fabatus.* v. *Roſcia* g.

FABI. *Fabius* nomen. C. FABI. C. F. — K. FABI. AMBVST. *Caeſo Fabius Ambuſtus.* — L. FABI. L. F. HISP. Q. *Hiſpaniae Quaeſtor.* — L. FABI. II VIR. *Lucio Fabio Duumuiro.* n. Calaguris. — M. FABI. C. F. LICINVS. — N. FABI. PICTOR. — PAVLLVS FABI. MAXIM. — Q. FABI. LABEO. vid. *Fabia* g. — Q. LVTAT. M. FABI. II. VIR. *Quinto Lutatio M. Fabio Duumuiris.* n. Caeſar Auguſtae.

Fabia gens patricia maiorum gentium. A Fabio Herculis filio ortos indicat *Plutarchus* in vita Fabii. Ex nympha memorant, alii ex muliere indigena, quae cum Hercule iuxta Tiberim amnem concubuerat, Fabium natum. Hanc Vindimam adpellat, Euandri filiam, *Silius Italicus* Punic. L. VI. cuius tamen originis haud expreſſa cernuntur hactenus in reliquis Fabiae gentis denariis veſtigia. — Alii principes Fabiae gentis, quia foſſis feras capiebant, *Fodios* tradunt olim vocatos, qui deinde duabus tempore commutatis litteris, adpellati ſunt *Fabii.* — *Feſtus*, inquit, *Fouii* qui nunc *Fabii* dicuntur, prius dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fouea concubuit. — Alii *Fabios* eſſe adpellatos ex *fabarum* cultura exiſtimant, vt *Plin.* L. XVIII. c. 3. quemadmodum Piſones a piſendo, Lentuli a lentibus, Cicerones a cicere. — Haec gens in plu-

plurimas diſtincta familias, varia accepit cognomina, quae ſunt ordine alphabetico:

a) *Ambuſtus* dictus eſt Fabius Eburneus, quod fulmine eſſet ambuſtus, vt ſcribit *Feſtus*. — K. FABI. AMBVST. COS. *Kaeſo Fabius Ambuſtus Conſularis*. Duae figurae togatae inſidentes thoraci, d. lauream tenentes, Victoria coronam inter eos ſuſpenſam tenet.

b) *Buteo*, a buteone, id eſt, accipitre dictus, cui principatus in auguriis olim dabatur, proſpero auſpicio ab hac aue in naui ſumto. *Plin*. L. X. c. 8. — N. FABI. M. F. BVTEO. *Numerius Fabius*, *Marci Filius*, *Buteo*. — N. FAB. BVTEO. *Numerius Fabius Buteo*. — *Typi*: Caput Romae galeatum. — Dioſcuri — Eques galeatus.

c) *Hiſpanienſis*. L. Fabius ſenator a Sulla proſcriptus, profugit in Hiſpaniam, vnde nomen L. FABI. L. F. HISP. *Lucius Fabius*, *Lucii Filius*, *Hiſpanienſis*. — Victoria in quadrigis.

d) *Labeo*, a labiorum vitio. Q. FABI. LABEO. *Quintus Fabius Labeo*. — Iupiter in quadrigis.

e) *Licinus*, idem qui Lucinus, cui ſunt parui vtrimque ocelli et breuis viſus. *Plin*. L. XI. c. 37. — M. FABI. C. F. LICINVS. Nauis praetoria cum remis triumphum eius indicat.

f) *Maximus*, a rebus praeclare geſtis adpellatus. *Quintus* nempe *Fabius* tulit cognomen *Maximi* ob reſtitutam rem Romanam cunctando, et proinde conſeruando legiones. — Q. MAX. Q. F. GVRGES, a deuorato patrimonio ita dictus. — Q. FABI. MAX. VERRVCOSVS, a verruca in labio. — Q. MAX. VERRVC. *Maximus Verrucoſus*. — Q. FAB. Q. F. AEMILIA. *Quintus Fabius*, *Quinti Filius*, *Aemilianus*. — Q. MAXIMVS AEMILIANI F. PROCOS. — Q. FABI. MAX. SERVILIANVS. — Q. MAX. Q. F. Q. N. — PAVLLVS FABI. MAX.

g) *Pictor*, qui aedem Salutis, apud *Plinium*, depinxit. C. FABI. C. F. — N. FABI. PICTOR. *Numerius Fabius Pictor*. — N. FABI. C. F. PICTOR.

De huius gentis numis praeter *Vrſinum*, *Vaillantium*, *Morellium* alioſue ſpeciatim: *de Boubier* explication d'une medaille conſulaire de la famille Fabia, dans continuation des memoires de litterature Tom. VI. p. 439 ad 470.

Fabiae gentis numi ſuperſtites:
1. LABEO. Caput Romae galeatum, ante X denarii nota, pone ROMA, quae vox adiecta denotat, Romae hunc denarium eſſe ſignatum.)(Q. FABI. *Quintus Fabius*. Iupiter in quadrigis, d. fulmen tenens, ſ. ſceptrum et equorum habenas, ſub equis prora nauis eſt. Æ. *Guſſeme* III. p. 198. n. 28.) *Morell*. Fam. Tb. fg. 1. p. 165 ſq.) *Vaill*. Fam. Rom. I. p. 414 ſq.) *Vrſin*. per *Patin*. auct. p. 107. n. 1.) *Schulz*. Numoph. I. p. 145. ſq. n. 231. et p. 309. n. 429.) M. *Theup*. p. 41. — 2. *Al*. ſimilis, niſi quod aliter ſit conuerſa prora nauis, poteſtatem Fabii huius naualem indicans. Prora illa in praecedenti ſub ventre equorum, in hoc denario ſub pedibus anterioribus ponitur. *Morell*. ib. Lit. A p. 166. — 3. S. C. *Senatus Conſulto*. Caput Iouis Capitolini laureatum, adponitur ex alphabeto prima littera A. quae monetarii nota eſt.)(Q. FABI. Iupiter in quadrigis, vt ſupra, ſub equis eſt prora nauis. Æ. *Guſſ*. III. p. 196. n. 1.) *Morell*. ib. Lit. B. — 4. Q. MAX. *Quintus Maximus*. Caput Romae galeatum, ante ✱ retro ROMA.)(Copiae cornu cum fulmine per tranſuerſum, coronae ex lauro, glandibus et ſpicis contextae incluſum. Æ.

Farſuleia gens adeo obſcura eſt, vt praeter lapides duos, quos attulit *Vrſinus* p. 111. nemo ex veteribus illius meminerit. L. Farſuleius Rufus inter pontifices coloniae Iuliae Sutrinae numeratur; vnde ex hac vrbe illam gentem fuiſſe oriundam ſuſpicatur *Vaillantius.* Nuſquam vero exſtat cognomen *Menſor*, ab eo qui agros aut caſtra metitur, quod denarii tantum agnoſcunt, in quibus: MENSOR. Caput Iunonis Monetae, vt vult *Vaillantius*, pariter atque editor Muſ. *Theupoliani*, cum typo monetali; *Hauercampo*, *Eckhelio*, aliiſue videtur deae Libertatis cum pileo pone poſito; adſcribitur S. C. nota et numerus V. *al.* cum numeris XI. — XXXV. — XXXVIIII. — XΨII — L. apud *Eckhel.* Cat. II. p. 38. vel adpoſitae ſunt notae ΨXXI. — XVIII. — ΨV. — XXXX. — ΨXXII. — XXXIII. iuxta *Morell.* Fam p. 178. — vel numeri LXXIII. in Muſ. *Theup* p. 42. — vel IXΨ. in Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 8. fg. 12.)(L. FARSVLEI. *Lucius Farſuleius.* Figura militaris galeata, vel Victoria, ſiue Roma ſtat in bigis, ſ. haſtam tenens et equorum habenas, dextram porrigit figurae togatae in bigas, antiquo more, a parte poſteriori adſcendenti. Sub equis ſunt vel ſcorpio, vel notae ΨII. — ΨXIII. — ΨXX — ΨXXV. — ΨXXVI. — XIII. — XX. — XXC. — XC. — CIV. — CXI. — CXT. — CXIX. Sunt vero haec ſigna monetariorum, quales numeri etiam poſt deae caput in antica numi facie inueniuntur. Cum enim tot centena denariorum millia a Romanis cuſa fuerint, plures adhibendae fuerunt officinae et matrices, illaeque his notis et numeris diſtinguendae. AR. *Eckhel.* Cat. II. p. 38.) *Guſſeme* III. p. 206.) *Morell.* Fam. Farſuleia p. 177. 178.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 8. fg. 12.) Muſ. *Theup.* p. 42.) *Vaill.* Fam. — *Al.* Fabricae non nihil barbarae, hinc ſcriptum L. FARSALEI. (*ſic*) AR. *Eckhel.* ibid. — *Al.* ſed capite iuuenili diademato.)(L. FARSVLEI. Figura in bigis. AR. *Eckhel.* ib. — In ſubaerato vitioſo male compoſitis duarum Farſuleiae et Sergiae familiarum formis ita: Effigies deae Libertatis ad d. a tergo pileus et LIIII.)(SERGI.... Q. Sergius Silus equo decurrens dextrorſum, ſ. tenet gladium et reſectum hoſtile caput. Prior typus eſt Farſuleiae, poſterior Sergiae. Antica alias legitur MENSOR S. C. poſtica M. SERGI.

GI. SILVS Q. Epigraphe et numi ſubaerati partem conſumſit tempus edax. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 202. 203.

Faſces ante ſummum magiſtratum ferebant lictores ad plectendos facinoroſos; erant virgae, cum vitia eſſent ſanabilia, quae his corrigerentur; ſecures autem, cum illa eſſent immedicabilia, ipſis amputarentur. Quae *faſces cum ſecuribus* iuſtitiam, ſummamque triumuirorum, conſulum ac magiſtratus in numis quoque denotant potentiam, cum ius vitae et necis haberent illi primi magiſtratus. — Inter duos faſces conſul togatus ſtans in familiarum numis frequens typus. — De faſcibus ac ſecuribus cf. *Spanhem.* Pr. II. p. 88 ſq.

Faſces duodecim cum ſecuribus, poſt reges exactos, alteri conſulum praelati, alteri totidem ſine ſecuribus, qui inde *ῥάβδοι ὑπατικαὶ*, *conſulares faſces* dicti; poſtea vni tantum faſces, verum ſine ſecuribus praelati; *πελέκεις* a Graecis tam ſine ſecuribus faſces, quam cum iiſdem dicti.

Faſces in numis cum ſecuribus, vti in n. Poſtumiae g. interdum cum ſella curuli, interdum abſque ea conſularis poteſtatis indicium. Hinc duo faſces intermedia ſella curuli. n. Liuineiae gentis. *Liebe* Goth. Num. p. 230. — Duo faſces intermediis duobus viris, qui dextras iungunt. n. Caediciae g. *Golz.* Faſt. p. 89. — ſed intermedia ſpica n. Norbanae g.

— cum ſecuri in area n. Fam. Canidiae, Liciniae.

— et ſecuris in manu lictoris. vid. BRVTVS — ΚΟΣΩΝ. Conf. *Spanh.* Pr. II. p. 93 ſq.) *Oiſel.* Sel. Num. p. 478.

— et caduceus, decuſſatim poſiti, ſupra orbis, infra ſecuris, ad latus duae dextrae iunctae. n. Aemilii Bucae et Iul. Caeſaris. — ſed tres manus iunctae cum epigr. SALVS GENERIS HVMANI. n. Augusti.

Faſcibus, tam qui ſine ſecuribus exhibentur, quam quibus ſecures ſint adligatae, cur coronae ſint adnexae. Conf. *Spanh.* Pr. II. p. 89 ſq.

Faſcia pura a priſcis regibus in numis geſtabatur. Gemmis autem diſtincta faſcia, tempora ambiens, labeſcente imperio caput Imperatorum cingebat. v. *Diadema.*

Faſciculus ſpicarum ad indicandam regionis vbertatem et agrorum fertilitatem, quale ſymbolum in n. Alexandriae Aegypti, Apameae Syriae Caeſareae Palaeſtinae. et Cappadociae, Nicomediae etc.

— trium ſpicarum. n. Caeſareae Cappadociae.

— quinque ſpicarum. n. Apameae Syriae.

— ſex ſpicarum. n. Auguſti, Neruae.

— ſeptem ſpicarum intermedio papauere. n. Domitiani. v. *Alexandria* Aegypti.

FAΣΤ. initiales litterae nominis. Etſi id oppidum eſt incomperti ſitus, Boeotici tamen iuris et tractus fuiſſe inſculptus ex parte altera cantharus, clipeusque ex altera, vt in Iſmeniorum numo ſuadet. Eſt autem illud F. Aeolicum digamma pro Φ, prout cenſet *Harduin.* Oper. p. 60. — Locus numi Æ. a *Golz.* Graec. vet. Th. 17. fg. 4. refertur inter Boeotiae vrbes ob adſcripta Thebani clipei et diotae ſymbola, quae in Thebarum aliorumque Boeotiae locorum numis vulgo conſpiciuntur; haeret tamen *Norr.* Comment. p. 97. quid de *Faſtia* dicat, nomen

nomen enim nullo modo Graecanicum eſt, ſiquidem littera F. prorſus illis ignota; ſi vero Φάτια quis contendat legendum, ſcriptionis quidem vitium tollet, ſed vbi gentium locus hic exiſtat, aeque ambiguum eſt. Exhibent numum 186¾ pd. *Combe* inter numos Boeotiae regionis in Muſ. *Hunter*. p. 68. n. 15, ſed ſupra diotam racemus vuae.) *Guſſeme* I. p. 385. n. 1.) *Golz*. l. c.) *Harduin*. Op. p. 60.) M. *Pembrok*. II. Tb. 49. fg. 12.) *Spanhem*. Pr. I. p. 108.

Faſti Romanorum a *fari* nomen habent, quia in primis fabantur, qui dies *faſti*, qui *nefaſti*, qui *interciſi* eſſent. Conf. *Golzii* Faſti conſulares Tom. I. Operum; it. *Iacob Zarabellae* aula heroum, ſiue *Faſti* Romanorum ab V. C. ad A. C. 1674. Petauii 1674. 4.

— emendandi ex ſententia *Harduini* Oper. p. 780. 744. 749. in conſulatibus Gallieni p. 853 et in Addendis.

Faſtigia templorum frequenter in numis ornata aquilis. *Spanhem*. Pr. II. p. 646.

Fata tria victricia in aureo eximiae raritatis numo Diocletiani et collegae Maximiani Herculei adumbrata, de Parcis, quibus Romae exſtitit templum dicatum ſub nomine trium Fatorum dictum. Quam bene in hiſce numis Fortunae habitus conueniat Fatis, quibus bonorum omnium diſpenſationem, poteſtatemque regendi orbis terrarum veteres tribuebant, vberius oſtendit *Liebe* Goth. Num. p. 75 ſq. ſimulque docet, Fortunam Fatumque olim haud diuerſa nomina viſa.

FATIS VICTRICIBVS. Tres Parcae ſtantes, quarum ſingulae ſ. cornucopiae tenent, et harum vna ſeorſim d. temonem, reliquae duae d. ſimul eundem temonem.)(IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. Caput eius laureat. *AV*. Diocletiani. *Band*. II. p. 6.) *Cimel. Vind*. I. p. 20.) *Eckbel*. Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 428.) *Guſſeme* III. p. 56. n. 20 et p. 206.) *Hantbaler*. Exercit. IV. Tb. 7. fg. 16. p. 234.) *Liebe* G. N. p. 75.) *Mdb*. p. 423.) *Spanh*. Pr. II. p. 639. Quod in hoc numo Parcae d. tenent, *Vaillantius* et *Bandurius* taedas opinati ſunt; *Froelichius* in Cim. Vind. fuſos cum globo, nempe quos Parcis conuenire ſciuit. At *Eckbel*. l. c. luculentos temones videt, quales in numis paſſim occurrunt. Praeter Vindobonenſe muſeum, et gazam Gothanam, hic numus exſtat tantum in Mediceo cimelio, ſed ibi infra additur S. C. forte *Siſciae cuſus*, prout apud *Vaill*. Pr. III. p. 49.

FATIS VICTRICIBVS. Tria illa Fata vel Parcae ſtantes, niſi quod cornua copiae non compareant; infra SMA. *Signata Moneta Aquileia*.)(IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. Caput Val. Maximiani laureatum, ad pectus cum lorica. *AV*. Maximiani. *Band*. I. p. 49.) *Guſſ*. V. p. 100. n. 32.) *Hantbal*. ib.) *Liebe* ib.) *Morell*. Specim. rei numar. Tb. 6. p. 81.) *Spanh*. Pr. II. p. 639.) *Vaill*. Pr. III. p. 56. Communia his Diocletiano ac Maximiano Auguſtis cuncta erant communia, exercitus, expeditiones, bella, victoriae, triumphi, moneta.

F. AV. *al*. AVG. CAESAR. *Flauia Auguſta Caeſarea*. vid. *Caeſarea*.

FAVINIO ITER*um* TITIO II.VIR*is* COL. CAES. AVG. n. Caeſar Auguſtae in Auguſto. *Mdb*. p. 47.

Faunus apud Aborigenes regnum tenebat, primus loca certis nominibus ſacrauit, vnde fana dicta ſunt a fando, quod et ipſe vates Faunus eſt

eſt adpellatus et laurea coronatus. *Plutarchus* eum Mercurii filium fuiſſe dicit, idcirco caduceus eius dei inſigne Fauno additur. At cum inter homines eſſe deſiit, antiquitas eum tanquam deum coluit. Conf. de *Fauno* et *Faunis*, agrorum et ſiluarum diis *Natal. Comitis* Mytholog. L. V. c. 9.) C. G. *Heyne* vom vorgeblichen vnd wahren Vnterſchiede zwiſchen Faunen, Satyren, Silenen vnd Panen, in Sammlung antiquariſcher Aufſätze II. Stück. n. 2. p. 53 ſq.

Faunus bene caudatus genuflectens phialam tenet. Æ. Thaſi. *Golz.* Graec. Tb. 13. fg. 7.

— pariter in Naxi Siculae argento frequenter conſidet, laetusque phialam ori admouet, quaſi ſtrenue potaturus. Et fuit eadem Fauni ſignandi cauſa Thaſiis, quae Naxiis, nobilitas vitium, quaeque inde conſequitur Bacchi religio. *Neumann.* Pop. Num. I. Tb. 4. fg. 8. p. 134. ſed haud ſatis accurate vt ipſe ſatyrum dein agnoſcit. Tom. II. p. 173. cum additamento: „Faunos Italia peperit, Graecia ignorauit."

Fauni et ſatyri, comites Bacchi. *Hauercamp.* Num. Contorn. p. 104.

Fauni circumdant Bacchum, quorum vnus ei Silenum praeſentat. n. Perinthi. *Vaill.* Gr.

Faunus ſtans ad latus Bacchi. n. Perperenorum. *Guſſeme* III. p. 206.

— ſtans. n. Beryti. *Peller.* Tb. 81. fg. 11.

— cum duabus tibiis. n. Apameae Phrygiae. *Peller.* Tb. 43. fg. 19.

— cum nebride duabus ſimul tibiis canens. n. Antandr. Troadis. *Vaill.* Gr.

Faunus cum hinnulo ludens in gemma, quam exhibet *Beger.* Th. Br. I. p. 18 ſq. vbi typum explicat.

Fauni caput cum aure praegrandi et fiſtulis in imo, ad antiquitatem Iuniae gentis denotandam, cuius fundator L. Brutus, qui reges Rom. eiecit. *Dionyſius* Fauni hiſtoriam refert, quod in proelio inter Etruſcos et Romanos, de reſtitutione Tarquiniorum, vox e ſilua propinqua caſtris audita fuerit, quae iuſſerit Romanos bono animo eſſe, eos victores eſſe, et vno plus Etruſcorum in acie cecidiſſe; vnde ab eo tempore, ao. 245. praecipue Fauni cultus in gente Iunia, quo Domitius Ahenobarbus Fauni aedem in inſula Tiberina dedicauit. *Hauercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 73. 222. 534.) *Guſſeme* III. p. 206. — In denario C. Claudii Centhonis, aedilis tunc curulis, caput dei Fauni laurea cinctum cum barba hirſuta et facie ruſtica; aedilium enim erat officium curare, vt templa magnificis operibus reficerentur; forſan ille Fauni templum reſtaurauit, quod erat in monte Caelio, circulari forma multis in ambitu columnis adornatum.

FAVTR. *Fautrici.* Conf. *Gal. Ind.* Diction. voc. *Fautrix.*) *Guſſeme* III. p. 219. — vid. MINER. FAVTR. *Mineruae Fautrici.*

FAVS. *Fauſtus*, L. Sullae filius apud *Spanhem.* Pr. II. p. 74. alioſque in monogrammate VES. quae connexae litterae etiam legi poſſent *Anteſtius*. vid. *Cornelia* gens n. 65.

Fauſta, Conſtantini M. vxor ſecunda A. Chr. 307. Maximiani Herculei et Eutropiae filia, ita vt pater et filius duas eiuſdem Maximiani filias ſibi iugauerint, vt adnotat *Zonar.* in Conſtantino. Non *Fauſta* ſolum, ſed *Flauia* et *Maxima*, vt maritus dictus eſt Flauius Maximus

mus Conſtantinus, ſeu vt vulgo numorum id genus interpretes a Maximiano patre nempe *Maximiana* dicta in aliquot eius numis, qui aerei obuii, argentei aeque ac aurei rariſſimi. — Genuit Conſtantinum Iuniorem, Conſtantium Iuniorem et Conſtantem, omnes Augusti titulo inſignes. Duae etiam huius Fauſtae filiae Auguſtis matrimonio iunctae ſunt; Conſtantia nempe nupſit Conſtantio Gallo, atque Helena Iuliano apoſtatae. *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 313. — Eiuſdem Fauſtae artibus priuignus Criſpus, e Mineruina Conſtantini M. priore coniuge filius, ſublatus eſt; dolo autem detecto, iuſſit ipſam Conſtantinus in balneo aquarum calidarum vapore ſuffocari A. Chr. 326. V. C. 1080. Erat ethnica, inde ea impellente veterum opinionibus haeſit et diis ſacrificauit aliquando Conſtantinus.

Circum caput *Fauſtae* ad pectus cum ſtola collo monili inſigni ſcriptum; FL. MAX. FAVSTA AVG. — FLA. MAX. FAVSTA AVG. — FLAV. MAX. FAVSTA. — FLAV. MAX FAVSTA AVG. — FLAV. MAXIMIANA FAVSTA AVG. — FLAVIA MAXIMA AVGVSTA.

In altera numorum parte: PIETAS AVGVSTAE. — SALVS REIPVBLICAE. — SECVRITAS REIPVBLICAE. — SPES REIPVBLICAE.

Fauſtae huius numos ſiſtunt: *Angelon.* p 305.) *Band.* II. Tb. 6. p. 219 et 206 ad 208.) *Beger.* Th. Br. II. p. 806.) *Cimel. Vindob.* I. p. 24.) *Ducang.* Hiſt. Byzant. Tb. 6. p. 23. 24.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 481.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 207. 208.) *Harduin.* Saecul. Conſtant. in Oper. Sel. p. 471.) *Mdb.* p. 469.) *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 4. p. 53.) *Muſell.* Impp. Tb. 248. fgg. 9. 10. p. 310.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 79. fg. 4. p. 417.) *Patin.* Impp. p. 468 *et* Ind. p. 33.) *M. Pembrok.* III. Tb. 30. fg. 14.) *Schulz* MzCab. III. p. 317. 318.) *Spanhem.* Pr. II. p. 313.) *Strada* p. 185.) *M. Theup.* p. 338.) *Triſtan.* III.) *Vaill.* Pr. III. p. 240.

Fauſta alia ſecundum aliquos vxor Conſtantii, qui tres vxores duxit; alteram ac tertiam nominant ſcriptores, illi Euſebiae, huic Fauſtinae nomen fuit; tradunt itidem ſcriptores, Conſtantio nupſiſſe filiam Conſtantii patrui, ſed cum nomen eius ſilentio praetermiſerint, videndum, num ea ſit FAVSTA N. F. vt legitur in numo ſingulari Æ 3. circa huius caput iuuenile.)(inſcriptione caret, in qua nihil cernitur praeter ſtellam in laurea, qui typus aſtri intra lauream coronam in numo hoc aeque ac duplicis Helenae, Criſpi et Iuliani, numis occurrit. Litterae N. F. in aduerſa numi rarioris pagina interpretatur *Liebe* cum *Bandurio: Nobiliſſima Femina,* non *Nobiliſſima Felix,* neque *Nurus Fauſti,* neque iuxta *Harduinum: Nepotiani Filia. Conf. Bandur.* II. p. 395.) *Eckhel.* Cat. II. p. 498.) *Guſſeme* III. p. 208.) *Liebe* Goth. Num. p. 353.) *Triſtan.* in Adpendice III. voluminis.

FAVSTIN. *Fauſtinae.* DIVAE FAVSTIN. AVG. MATR. CASTROR. *Diuae Fauſtinae Auguſtae Matri Caſtrorum* in AR et Æ 1. Fauſtinae Iunioris.

Fauſtina (Annia Galeria) vxor Antonini Pii, Annii Veri filia, Aelii Caeſaris ſoror, cuius adfinitate maritus ab Hadriano imperii ſucceſſor deſtinatus eſt. Malae famae femina, cuius pudicitia tamen ab adultoribus adſerta, tertio mariti dominationis anno e viuis exceſſit, conſecrata a ſenatu, penes quem nempe ius erat conſecrationes decernendi, inde inter diuas EX S. C. relata eſt; ab Antonino ei cir-

circenſis pompa decreta, et templa erecta ſunt.

Fauſtinae huius numi maiori ex parte poſt eius obitum cum ſolitis CONSECRATIO*nis* ſymbolis ac nominibus ſunt percuſſi, et prae aliis cum AETERNITA*tis* typis. — Ad eandem Auguſtam ſpectant etiam inſignes numi, in quibus plures figurae cum puellis occurrunt, Fauſtina vero ſubſellio inſidens; qui inſcripti: PVELLAE FAVSTINIANAE, quae nempe inde nomen nactae, quod in honorem mortuae coniugis alimenta iis e publico, ex Antonini Pii iuſſu, ſint decreta. v. ALIM. ITAL. — Sub variarum dearum forma, modo Iunonis, modo Veneris, Cererisque habitu, aeque ac Dianae et Cybeles ſpecie in numis repraeſentatur, qui ex *AV*, *AR* et *Æ* obuii et vulgares ſunt; at coloniarum eximiae habentur raritatis et elegantiae. Graeci cum vrbis cuiuſdam nomine ex omni forma inter rariſſimos cenſentur. vid. vrbes *Amaſtris* Paphlagoniae, *Aſcalon* Palaeſtinae vel Syriae, *Bithyniae* et Ponti *Haym.* Th. Br. II. Tb. 34. fg. 10. p. 284. *Corinthus* Achaiae, *Delphi* in monte Parnaſſo, *Epheſus* Ioniae, *Gaza* Palaeſtinae, *Nicaea* Bithyniae, *Smyrna* Ioniae, *Theſſalonica* Macedoniae, *Tius* Bithyniae. — Tum mortua et conſecrata dicitur in Graecis ΘΕΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ, *Diua Fauſtina.* — *Triſtan.* I. p. 593. adduxit numum, cuius epigr. ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ ΕΥϹΕΒ. ϹΕΒ. ΘΥΓΑΤΗΡ, *Fauſtina Auguſta Pii Auguſti Filia*, quem perperam ad matrem, non ad filiam refert. — ΦΑΥϹΤΙΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΑ, *Fauſtina Lucilla.* Capita matris et filiae n. Gazae.

In *Latinis* numis legitur *Fauſtina Senior*: FAVSTINA AVG. *al.* AVGVSTA — FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. — FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII. — FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII P. P. — FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. P. P. — FAVSTINA AVG. ANTONINI PII AVG. P. P. — FAVSTINA ANTONINI PII P. P. et poſt conſecrationem: DIVA FAVSTINA. — DIVA FAVSTINA AVG. *al* AVGVSTA. — DIVA AVG. FAVSTINA. — DIVA AVGVSTA FAVSTINA.

Poſticae partes Latinorum numorum Fauſtinae Sen. ita ſunt inſcriptae: AED DIV. FAVSTINAE. *al.* AED. DIVAE etc. *al.* AEDE DIVAE etc. — AETERNITAS, — AETERNITAS AVG. — ANTONINVS PIVS. *al.* ANTONINVS AVG. PIVS P. M. TR P. COS. *al.* ANTONINVS AVG. PIVS P. P. COS. III. cum capite mariti. — AVGVSTA. — CERES. *al.* CERES AVGVSTA. — CONCORDIA. *al.* CONCORDIA AVG. *al.* CONCORDIAE. — CONSECRATIO. — DEDICATIO AEDIS. — DIVVS ANTONINVS. — EX SENATVS CONSVLTO. *al.* EX S. C. — FECVNDITAS. *al.* FECVNDITAS AVGVSTAE. — FELICITAS AVG. — IVNO. — IVNONI LVCINAE. — IVNONI REGINAE. — LAETITIA. — MATRI DEVM SALVTARI. — MATRI MAGNAE. — PAX. — PIET. AVG. *al.* PIETAS. *al.* PIETAS AVG. *al.* PIETAS AVGVSTAE. *al.* PIETATI AVGVSTAE. — PVELLAE FAVSTINIANAE. — SALVTI AVGVSTAE. *al.* SALVTI AVGVSTI. — S. C. — SECVRITAS. — SOVSTI. — S. P. Q. R. — TELLVS STABIL. — TEMPOR. FELICI. *al.* TEMPORVM FELICITAS. — TR. P. VIII. IMP. III. COS. IIII. P. P. in n. vitioſo. *al.* TR. P. XXIIII. COS. IIII. S. C. — VENERI AVGVSTAE. — VENERI GENETRICI. — VENVS. — VENVS VICTRIX. — VESTA. — VOTA PVBLICA. — VOTA VSCEN. (*ſic*) DECENNA.

In quibuſdam *Graecis:* ΑΝΝΙΟϹ ΓΑΛΕΡΙΟϹ vel Μ. ΓΑΛΕΡΙΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΥΙΟϹ; *Annius* vel *Marcus Galerius Antoninus Imperatoris Antonini Filius*. Caput iuuenile filii, cuius et mentio fit apud hiſtoricos. — ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, *Imperator Caeſar Titus Aelius Hadrianus Antoninus* cum capite ipſius mariti.

In *anepigraphis* eiuſdem Fauſtinae numis: 1. Antoninus togatus ſt. victoriolam porrigit Fauſtinae globo coeleſti inſidenti, ille ſ. chartam inuolutam tenet. Æ max. *Guſſeme* III. p. 213. n. 42.) *Vaill.* Pr. III. p. 133. — 2. Biga, in quam Fauſtina Imperatrix adſcendit. Æ max. Muſ. *Alb.* I. Tb 27. fg. 2. p. 53.) *Vaill.* ib. — 3. Ceres ſtans, d. haſtam puram, ſ. ſpicas. Æ. *Cimel. Vindob.* I. Tb. 11. fg. 12. p. 57.) *Khell.* Suppl. p. 83. — 4 Coriolanus cum exercitu pugnans contra Romanos, cui Veturia mater, et Volumnia vxor cum pueris occurrunt. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Spanhem.* Pr. II. p. 290.) *Vaill.* ib. — 5. Cybele turrita ſedens inter duos leones, a d. ſtat Atys pileo Phrygio in capite, d. pedum. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 6. Cybele, vel Fauſtina inter Cybeles vecta leone, ſ. innixa crotalo. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Spanh.* Pr. II. p. 290.) *Vaill.* ib. p. 132. — 7. Diana gradiens cum lunula in capite, d. facem, ſ. veſtem attollens. Æ max. cum circulo aereo. Muſ. *Alb.* I. Tb. 28. fg. 1. p. 55.) *Beger.* Th. Br. II. p. 670.) *Vaill.* Pr. III. p. 133.) *Maffei* Gemmar. III. p. 206. vbi numum hunc explicat. — 8. Fauſtina ſtolata ſedens in carpento a duabus mulis vecto. Æ max. *Vaill.* ib. — 9 Figura muliebris velata ſtans a fronte, d. facem demiſſam ad aram accendit, ſ. alteram facem accenſam geſtat; a laeua cippo impoſitum Cereris ſimulacrum, vtraque manu taedam gerens in curru a duobus ſerpentibus tracto. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. et Sel. Num. *Camp.* p. 29. 30. — 10. Figura ſedens manibus globum. *Guſſ.* ib. — 11. Sex figurae muliebres ſacra faciunt ad aram coram templo rotundo. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Cantel.* de Romana Republ.) *Vaill.* Pr. III. p. 132. — 12. Iſis cum flore loti in capite, d. ſiſtrum, ſ. haſtam. *Guſſ.* ib. — 13. Lectiſternium cum ſceptro et pauone. Æ. Q. *Guſſ.* III. p. 209. n. 2.) *Vaill.* Pr. I. p. 169. — 14. Stellae inter lunam creſcentem. Æ. *Angelon.* p. 146.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 44. fg. 20.) *Geſner.* Tb. 104. n. 48.) *Guſſ.* III. p. 213. n. 42.) *Mdb.* 210.) *Muſell.* Suppl. Tb. 18. fg. 6.) M. *Theup.* p. 507. — 15. Matris Deum, ſiue Idaeae ſimulacrum Romam aduectum ſuper triremi per Tiberim a Claudia Veſtali exceptum matronis ſtipata, quarum vna faces gerit. Æ max. Muſ. *Alb.* I. Tb. 27. fg. 3. p. 54.) *Guſſ.* ib.) *Vaill.* Pr. III. p. 133. — 16. Templum ſex columnar. *Guſſ.* ib.

Fauſtinae Sen. numos exhibent et partim illuſtrant Muſ. *Alb.* I. Tb. 27. fgg. 2. 3. Tb. 28. p. 53 ad 55.) *Angelon.* p. 146. vel 172. 173.) *Argelat.* p. 208.) *Hemelar.* N. *Arſchot.* Tb. 26.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tbb. 43. 44.) *Ant. Auguſtin.* Dial. p. 35. ſq.) *Beger.* Th. Br. II. p. 669. 670.) *Cimel. Vindob.* I. p. 10. 56. 57. Tb. 11. fg. 12. p. 96. *it.* Tom. II. Tb. 36. fgg. 1. 2. Tb. 37. fg. 1. p. 8.) *Eckhel.* Catal. Muſ. Caeſ. II. ſuo loco et p. 509.) *Geſner.* Tbb. 103. 104.) *Grainville* reponſe a Mr. de la Chauſſe, touchant une médaille de Fauſtine la mere et ſa conſecration avec Antonin le Pieux. cf. Mem. de Trevoux 1703. Febr. p. 244 ad 257. *it.* 1703. Nou. p. 326 ad 330. *it.* 1705. Dec. p. 2113 ad 2133. et Latine apud *Woltereek.* El. Num. p. 106 ad 109.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 208 ad 213.) *Han-*

Hantbaler. Exercit. II. Tb. 5. fg. 2. p. 129 et Tb. 6. fg 10. p. 190. *it.* IV. p. 180. *it.* VI. Tb. 1. fgg. 16. 17. Tb. 2. fg. 13. p. 99. 104. 106.) *Harduin.* Oper. Sel. 766 ſqq.) *Hauercamp.* Th. Reg. *Sueciae* Tb. 18.) *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 34. fg. 10. 284.) *Khell* Supplem. p. 78 et 83.) *Paul. Alex. Maffei* ragionamento ſopra due medaglioni d'Antonino Pio et di Fauſtina. cf eiuſd. Oper. Tom. IV. p. 155 ad 162.) *Mdb.* p. 208 ſqq.) *Mencke* diſſ. de conſecratione, paſſim.) *Muſell.* Impp. Tbb. 105 ad 110. p. 156 ad 161. *it.* Supplem. Tb. 18. *it.* Addend. Tb. 5.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 45. fgg. 3. 4. p 244 ſq. Tb. 46. fg. 6. p. 255. Tb. 51. fg. 4. p. 304. Tb. 78. fg. 5. p. 413. Tb. 82 fgg. 10. 11. p. 429. Tb. 102. fg. 6. p. 504. Tb. 103. fg. 6. p. 507. Tb. 104. fgg. 1. 4. 6 ad 10. p. 508 ad 510. Tb. 105. fgg. 9 ad 12. p. 514. 515. Tb. 106. fgg. 1. 3 ad 6. p. 515. 516 *et* Tb. 107. fgg. 4. 5 p. 519. 520.) *Patin.* Impp p. 231. 232. *et* Ind. p. 14.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. p. 132 ſq. III. Tb. 13. p. 188 ſq. VII. Tb. 11 p. 103 ad 118.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 17. fg. 14. Tb. 18. fgg. 1. 2. 3. II. Tb. 97. fg. 9. III. Tb. 24. fg. 17. Tb. 36. fg. 14. Tb. 38. fg. 4. Tb. 43. fg. 2. Tb. 52. fg. 3. Tb. 60. fg. 3. Tb. 73. fgg. 6. 7. *et* Tb. 75. fg. 8.) M. *Piſan.* Tb. 18. n. 2. p. 49 *et* Tb. 19. n. 1. p. 50.) *Schulz.* MzCab. II. p. 122 ad 129.) *Spanhem.* Pr. I. p. 286. II. p. 39. 288. 544. 647. 650.) M. *Theup.* p. 188. 502. 897.) *Triſtan.* Comment. I. p. 593.) *Vaill.* N. Col. p. 144. *Eiuſd.* N. Graec. p. 48. *Eiuſd.* Sel. Num. Camp. p. 29. 30. *Eiuſd.* Pr. I. p. 80. 81. II. p. 166 ad 169. III. p. 132. 133.) P. *Tournemine* explication d'une médaille de Fauſtine la mere avec l'inſcription SOVSTI. cf. Mem. de Trevoux 1703. Febr. p. 257 ad 262. et Latine verſa in *Wolterreck.* Elect. numar. p. 110 ad 112. *it.* 201. 347. 348.

Fauſtina (*Annia*) vxor M. Aurelii, cui pro dote imperium tradidit, id circo ſe *Auguſti Pii filiam* in numis inſcribit, vt dignitatis titulum, non tam accepiſſe a marito, quam illi per matrimonium tuliſſe, oſtendat; id M. Aurelius fatetur, dum eam impudicam et adulteram retinet, exclamans: „ſi repudiamus vxorem, reddamus et dotem.„ — Ex Syria cum marito rediens obiit femina adulteriis infamis et podagra in vico Hahale, ad radices montis Tauri, genitis liberis, e quibus nominantur Annius Verus, Commodus, Lucilla et Fadilla. Ipſi plurimi honores a ſenatu delati, inter dearum numerum refertur, a Corinthiis altera Venus exiſtimata, a Cyzicenis ſub Proſerpinae nomine ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ venerata, ſub Cybeles habitu ac Veneris effigie, ac Dianae Luciferae adpellatione et matris Caſtrorum titulo in numis efficta, qui ex omni metallo formaque obuii et triti ſunt; in col. autem eximia praeſtant raritate. Ab vrbibus Graecis vulgares ſunt, at cum *Anniae* nomine rari.

Fauſtina Iunior, quamuis vxor eſſet M. Aurelii, ſemper fere a patre Antonino Pio vocata fuit, quod numi eius teſtantur Latini et nonnulli Graeci ab Aegyptiis cuſi. In *Latinis* circa ipſius faciem legitur: FAVSTINA AVG. *al.* AVGVSTA. — FAVSTINA AVGVSTA AVGVST. vel AVGVSTI PII FIL. vel AVG. PII F. ſiue FIL. — FAVSTINA AVGVSTA PIA AVG. PII FIL. — FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII FIL. — FAVSTINA AVG. PII F. — FAVSTINA AVG. PII FIL. AVG. — FAVSTINA AVG. PII AVG. F. vel FIL. vel integre FILIA. — FAVSTINAE AVG. PII AVG. FIL. — *Diuam* etiam Fauſtinam a ſenatu adpellatam gratulatus eſt M. Aurelius ex *Capitolino.* Hinc poſt eius obitum dicitur: DIVA AVG

FAV.

FAVSTINA. — *al.* ſed additur: MATER CASTRORVM. *Cimel. Vind.* I. p. 57. — DIVA FAVSTINA AVG. — DIVA FAVSTINA PIA. — DIVA FAVSTINA PII F. — DIVAE FAVSTIN. AVG. MATR. CASTROR. *al.* DIVAE FAVSTINAE AVG. MATRI CASTRORVM. *al.* DIVAE FAVSTINAE MATRI CASTRORVM. — DIVAE FAVSTINAE PIAE.

In *Graecis* compellatur: ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒΑC. vel CΕΒΑCΤΗ. vel ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. *al.* ΦΑΥCΤΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. In n. Philippopolis ΦΑΥCΤΕΙΑΝ (*ſic*) forte ex lapſu editoris) CΕΒΑCΤΗΝ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 35. fg. 7. p. 288. In Byzantii numo: ΑΝΝ. ΦΑΥC... ΘΥΓΑΤΗΡ, *Annia Fauſtina Filia.* Conf. *Peller.* Mel. T. II. p. 94. In Æ 2. Amaſtris in *Cimel. Vindob* I. Tb. 19. fg. 14. p. 114. *et* in Æ 2. Anchiali Thraciae: ΦΑΥCΤΕΙΝΑ ΝΕΑ CΕΒΑCΤΗ. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 118. In Æ 3. Nicaeae Bithyniae: ΑΝ. ΝΕΑ. ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ (*ſic*) CΕΒ. non ΑΝΝΕΑ, ſed in binas voces diſpeſcitur ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 11. fg. 11. p. 183. ad quam vero diſtinctionem *Neumann.* l. c. obſeruat, ΝΕΑ Fauſtinae nomen ſemper ſubſequitur, numquam praeit. Perperam matri Fauſtinae attribuis *Triſtan.* I. p. 593. epigraphen, quae ad filiam referenda eſt: ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ ΕΥCΕΒ. CΕΒ. ΘΥΓΑΤΗΡ, *Fauſtina Auguſta Pii Auguſti Filia.*

Fauſtinae Iunioris numi extra vrbem ſignati. vid. *Aezanis* Phrygiae, *Alexandria* Aegypti, *Amaſia* Ponti, *Amaſtris* Paphlagoniae, *Amphipolis* Macedoniae, *Anchialus* Thraciae, *Ancyra* Phrygiae, *Berytus* Phoeniciae, *Bizya* Thraciae, Byzantium Thraciae, *Caeſarea* Palaeſtinae, *Calchedon* Bithyniae, *Claros* Ioniae, *Claudiopolis* Lycaoniae, *Cnidus* Cariae, *Corcyra* inſula, *Cyzicus* Myſiae, *Derbe* Lycaoniae, *Epheſus* Ioniae, *Gaza* Iudaeae, *Hadrianopolis* Thraciae, *Hierapolis* Phrygiae, *Hypaepa* Lydiae, *Iconium* Lycaoniae, *Ilium* Troadis, *Iulia* Phrygiae, *Laodicea* Cariae, *Macedonia* Prouincia, *Magneſia* ad Maeandrum Aſiae, *Methymna* Leſbi, *Miletus* Ioniae, *Moſtene* Lydiae, *Neapolis* Palaeſtinae, *Nicaea* Bithyniae, *Nicomedia* Bithyniae, *Nicopolis* Epiri, *Nyſa* Cariae, *Pautalia* Thraciae, *Pergamus* Myſiae, *Perinthus* Thraciae, *Peſſinus* Galatiae, *Philippopolis* Thraciae, *Plotinopolis* Thraciae, *Pompeiopolis* Paphlagoniae *Pruſia* ad Hypium Bithyniae, *Samus* inſula, *Smyrna* Ioniae, *Sectorium* Phrygiae, *Temnus* Aeoliae, *Theſſalia* regio, *Theſſalonica* Macedoniae, *Tius* Bithyniae, *Traianopolis* Thraciae.

Nomen non adpoſuit vrbs Graeciae numis, qui inſcripti ſunt: 1. ΑΥΡΕΛΙΟC (*ſic*) ΚΑΙCΑΡ, *Aurelius Caeſar*, adpicto capite mariti Aurelii nudo. *Guſſeme* III. p. 218. n. 44. — 2. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ, *Pro Victoria Romanorum.* Mulier ſtans cum quatuor puerulis, duos manibus gerit, duo ſtant in imo. AV. AR. *Guſſ.* ib. n. 46.) *Vaill.* Pr. II. p. 175. — 3. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣτων, *Pro Victoria Auguſtorum.* Venus ſtolata ſtans, d. pomum, ſ. haſtam. AR. *Vaill.* Pr. II. p. 176.

Latinorum facies altera inſcribitur AETERNITAS. *al.* AETERNITAS AVGVSTA. — AVGVSTI PII FIL. — AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. — CERES. — CONCORDIA. — CONSECRATIO. — DIANA LVCIF. vel LVCIFERA. — FECVND. AVGVSTAE. *al* FECVNDITAS. *al.* FECVNDITAS AVGVSTAE *al.* FECVNDITATI AVGVSTAE. — FORTVNAE MVLIEBR. vel MVLIEBRI. — HILARITAS. — INDVLGENTIA AVG. — IVNO. *al.* IVNO REGINA. *al.* IVNONI REGINAE. *al.* IVNONI LVCINAE.

CINAE. — LAETIT. PVBLICAE. *al.* LAETITIA. *al.* LAETITIAE PVBLICAE. — LVNA LVCIFERA. — MATRI CASTRORVM. — MATRI MAGNAE. — PIETAS. — P. M. TR. P. XII. etc. *al.* P. M. TR. P. XIX. IMP. III. COS. III. — PVDICITIA. *al.* PVDICITIA AVG. — SAECVLI FELICIT. *al.* FELICITAS. — SALVS. *al.* SALVTI AVGVSTAE. — S. C. — SIDERIBVS RECEPTA. — S. P. Q. R. — TEMPOR. FELIC. — VENERI AVGVSTAE. *al.* VENERI FELICI. *al.* VENERI GENETRICI. *al.* VENERI VICTRICI. — VENVS. *al.* VENVS FELIX. *al.* VENVS GENETRIX. *al.* VENVS VICTRIX. — VESTA.

Fauſtinae huius *Iunioris anepigraphi* ſunt, in quibus: 1. Ceres velata vel Fauſtina ſub eius forma, d. facem ceruam inequitat. Æ. max. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 35.) *Guſſeme* III. p. 218. n. 43. — 2. Cybele, vel ſub habitu Cybeles Fauſtina inter duos leones ſedens, ac vna manu tympanum, altera papauera, vel ſpicas geſtans. Æ max. *Spanhem.* Pr. II. p. 291.) *Vaill.* Pr. III. p. 142. — 3. Eadem Cybele vel Fauſtina ipſa ſedens aduerſo vultu, d. tympanum, ſ. ramum, pro pedibus eius hinc inde leo, adſtat Atys, vaſculum d. geſtans, a ſin. adſurgit arbor nucis pineae. Æ max. *Pedruſ.* M. *Farneſ.*) *Cimel. Vindob.* II. Tb. 44. fg. 2. p. 10.) *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 4. Fauſtina ſedens, ſtanti filiae coronam imponit, ante quam ſtat M. Aurelius cum icunculis. Æ max. *Spanh.* Pr. II. p. 291.) *Vaill.* Pr. III. p. 141. ſed Venus ſtans, ante eam puerulus, cui Fauſtina ſedens coronam imponit. — 5. Fauſtina ſtans, ſ. haſtae innixa, d. ſtolae laciniа tegens icunculam, ad leuam alia paullo maior icuncula. Æ max. *Vaill.* ib. p. 142. — 6. Figura muliebris ſedens ſeminuda paſcit ſerpentem. Æ max. *Cimel. Vindob.*) *Vaill.* ib. — 7. Fig. mulieb. ſacra facit ad aram, pone eam arbor. Æ max. *Vaill.* ib. — 8. Fig. mulieb. ſtans cum ſtella in capite, d. ſiſtrum, hinc pauo, inde leo. *Guſſeme* III. p. 218. n. 43. — 9. Iſis cum flore loti in capite, d. ſiſtrum, ſ. haſtam. Æ. *Guſſ.* ib.) *Patin.* Impp. p. 248. — 10. Media luna inter ſeptem ſtellas. *Guſſ.* ib.) M. *Pembrok.* III. Tb. 94. fg. 3. — Duo muli trahunt currum, ſupra quam figura velata Æ max. *Vaill.* Pr. III. p. 142. — 12. Pauo cauda expanſa. Æ max. *Vaill.* ib. — 13. Puer praetextatus ſtans medius inter figuram muliebrem ſedentem a ſiniſtris ſertum eidem imponentem dextra, et ſiniſtra ſcipionem gerentem et figuram virilem a dextris ſtantem, ſ. haſtam et d. tres icunculas, tres Gratias repraeſentantes, puero extendenti manum porrigit. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 14. Pueri plurimi ludentes, mulier ſeminuda ramum ex palma arbore colligit, vt det victori manum porrigenti; a dextris Cupido cadentem puerum ex loco, ad quem adſcendere debuerat, excipit. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — 15. Venus mammis nudis ac reliquo corpore pellucida veſte amicta, d. nauis gubernaculum, ſ. concham tenet, adeſt Cupido genibus flexis et captiui inſtar manibus poſt tergum deuinctis, ab altera parte vero Nereidum aliqua cum ſpeculo. *Guſſ.* ib.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 48. fg. 9. p. 282. — 16. Venus ſeminuda adblandiens Marti galea protecto caput, et ſcuto laeuam; iuxta illam Cupido, iuxta hunc thorax. Æ max. *Guſſ.* ib.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.*) *Vaill.* Pr. III. p. 142.) *Cimel. Vindob.* II. Tb. 44. fg. 1. p. 10.

Fauſtinae Iunioris numos vel ediderunt, vel illuſtrarunt, vel ſuis catalogis tantum addiderunt: Editor Muſei *Alb.* I. Tb. 33. fg. 3. p. 66. 67.) *Angelon.* p. 161. vel 194.) *Biaeus* et *Hemelar.* N. *Arſchot.* Tbb. 30. 31.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tbb.

Tbb. 48. 49. *Argelat.* p. 130.) *Beger.* Th Br. II. p. 675.) *Bonarrot.* N. *Carp.* Tb. 5. fg. 1. p. 71 ſq.) *Cimel. Vindob.* I. p. 10. 57. 97. 114. Tb. 19. fg. 14. Tb. 20. fg. 1. *it.* Tom. II. Tb. 43. fg. 2 *et* Tb. 44. fgg. 1. 2. p. 16.) Collect. reg. *Gall.*) *Eckhel.* Cat. I. p. 209. et II. ſuo loco. *Eiuſd.* Num. Vet. p. 183. 266. 273. 282.) *Froelich.* 4. Tent. p. 209 ad 215. *Eiuſd.* Adpend. II. nouis n. 24. 25. 26. p. 79. 80.) *Geſner.* Tbb. 113. 114. 115.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 214 ad 219.) *Hantbaler.* Exercit. I. Tb. 3. fg. 15. II. Tb. 6. fgg. 12. 18. p. 192. 198. III. Tb. 4. fg. 1. p. 63. IV. Tb. 7. fgg. 1. 11. p. 213. 226. VI. Tb. 2. fg. 2. p. 100.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 778 ſqq.) *Hauercamp.* Th. reg. *Suecine* Tb. 20. 60.) *Haym.* Th. Br. II 35. fg. 7. p. 288.) *Io. Hoffmanni* progr. de Fauſtinae, M. Aurelii Antonini philoſophi coniugis moneta. Erf. 1709. 4.) *Kbell.* Suppl. p. 90. *Mdb.* p. 229 ſqq. (*Mencke* diſſ. de Conſecratione, paſſim.) *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 17. p. 178. et Tb. 22. p. 217. 218.) *Muſell.* Impp. Tbb. 124 ad 127. p. 175. ad 179. *Eiuſd.* Supplem. Tb. 20. fgg. p. 9. 10. Tb. 21. fgg. 1. ad 7. *Eiuſd.* Addend. Tb. 5. fgg. 9. 10.) *Neumann.* Num. Pop. I. p. 118. 119.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 48. fgg. 3. 7. 8. 9. 11. 12. p. 277. ſq. Tb. 49. fgg. 7. 8. p. 290 ſq. Tb. 50. fg. 4. p. 299. Tb. 55. fg. 9. 336. Tb. 57. fgg. 8. 9. p. 341. Tb. 66. fg. 3. p. 372. Tb. 82. fg. 7. p. 428. Tb. 83. fg. 6. p. 430. Tb. 84. fgg. 8 ad 11. p. 433 ſq. Tb. 85. fg. 2. p. 434. Tb. 89. fg. 12. p. 452. Tb. 102. fg. 4. p. 503. Tb. 103. fgg. 2 ad 5 et 9 ad 12. p. 506 ad 508. Tb. 104. fg. 5. p. 509.) *Patin.* Impp. p. 248 ad 253 *et.* Ind. p. 15.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. p. 203 ſq. III. p. 223 ſq. VII. Tb. 18.) *Pellerin.* Mel. T. II. p. 94.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 18. fg. 6. II. Tb. 97. fg. 10. III. Tb. 24. fg. 21. Tb. 41. fg. 9. Tb. 43. fg. 4. Tb. 52. fg. 9. Tb. 60. fgg. 5. 10. Tb. 61. fgg. 1. 2. 6. Tb. 73. fgg. 9 ad 13. Tb. 94. fg. 3.) Muſ. *Piſan.* Tb. 23. fg. 3. p. 67 *et* Tb. 24. fg. 1. p. 68.) *Schulz* MzCab. II. p. 147 ad 155.) *Camillo Silveſtri* Lettera etc. Tom. V. Opuſc. ſcientif. p. 143) *Spanhem.* Pr. II. p. 291 et paſſim) *M. Theup.* p. 196. 525. 691. 783. 908. 1155.) *Triſtan.* I. p. 593. II. p. 314.) *Vaill.* Col. I. p. 187. *Eiuſd.* Graec. p. 59 ſq. *Eiuſd.* Sel. Num. *Camp.* p. 35. 36. *Eiuſdem* Pr. I. p. 87. 88. II. p. 174 ad 176. III. p. 141. 142.

FAVSTINA (*Annia*) tertia Elagabali vxor, quae genus ſuum ad Commodum Imp. referebat. vid. ANNIA FAVSTINA in Lex. noſtr. T. I. P. I. p. 663 ſqq.

Fauſtina (*Flauia Maxima*) de cuius parentibus altum eſt apud ſcriptoris ſilentium, Conſtantio nupſit A. Chr. 361. eique iam e viuis ſublato filiam peperit, Conſtantiam poſtumam, quae Gratiano Auguſto nuptum collocata eſt. Apud *Bandur.* II. p. 396. occurrit numus incerti metalli, ſi quidem genuinus eſt, in quo: FL. MAXIMA FAVSTINA AVG.)(SALVS REIPVBLICAE. Mulier duos geſtans infantes.

FAVSTINAE. v. DIVAE FAVSTINAE. PIAE inter n. *Fauſtinae* Iun.

FAVSTINIANAE PVELLAE ab Antonino Pio in honorem vxoris ſuae inſtitutae. vid. ALIM. ITAL. — PVELLAE FAVSTINIANAE.

Fauſtinianus magiſtratus nomen in n. Marciapolitarum Sept. Seueri: Τ. Ι. ΦΑΥϹΤΙΝΙΑΝΟΥ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, *Sub Iulio Fauſtiniano* etc. *Froelich.* 4. Tent. p. 447. β.

Fauſtulus cognomen a fauore *Vaill.* Col. I. p. 87. — Fauſtulus

paſtor

paſtor regius, Quirini educator legitur FOSTVLVS iuxta veterem ſcribendi O loco AV rationem, in denario Pompeiae gentis. v. FOSTVLVS. — Pompeia g.

FAVSTVS, a proſpera qua vſus fortuna, cognomen filii L. Sullae, qui ipſe *Felix* cognominatus. *Morell.* Fam. p. 124.) M. *Pembrok.* III. Tb. 7. fg. 13.) *Spanhem.* Pr. II. 213.) *Vaill.* Fam. I. p. 360. vid. *Cornelia* g. — L. A. FAVSTVS, *Lucius Antiſtius Fauſtus* in Æ 3. apud *Vaill.* Num. Col. inter incertos.

FAX. vid. *Taeda.*

ΦΑΥCΤΙΝΑ loco ΦΑΥCΤΙΝΑ, *Fauſtina. Guſſeme* I. p. 149.) M. *Pembrok.* III. Tb. 55. fg. 5.

F. B. *Felicitas Beata,* in area numorum ſaeculi Conſtantiniani.

F. C. in numis triumuirorum Antonii et Octauii Caeſaris non ſolum, ſed et Fam. Caeciliae, Eppiae, Memmiae, Semproniae, Vibiaeque, item Imp. Tiberii, e coniectura *Bimardi* ad *Jobert.* II. p. 135. *Feriundum Curauit*; vel *Fieri Curauit* iuxta *Angelon.* p. 28. edit. ſecundae.) *Beger* Th. Br. II. p. 542.) *Guſſeme* II. p. 20. III. p. 194) *Hauercamp.* ad Th. *Morell.* Fam. p. 52. 163 *et* Th. Impp. II. p. 428.) *Liebe* Goth. Num. p. 301.) *Vaill.* Col. I. p. 87. — vel *Frumento Comuehendo* ſcil. e Sicilia ex interpretatione *Harduin.* Oper. Sel. p. 688. 696. — Conf. *Vaill.* Pr. I. p. 299.) *Zaccar.* Iſtit. Num. p. 240.

F. C. *Filia Caii.* DRVSILLA F. C. CAESARIS AVGVSTI. n. Caligulae. *Mdb.* p. 80.) *Harduin.* p. 716.

F. CAE. METRO. *al.* F. CAES. METROPOL. *al.* F. CAES. MET. PR. S. PAL. *al.* F. CAESAR. METR. P. S. P. *Flauia Caeſarea Metropolis*, vel *Felix Caeſarea Metropolis Prouinciae Syriae Palaeſtinae.*

F. D. *Felix Dacia,* in vexillo. vid. *Dacia.*

FE. ad caput iuuenile obuerſum. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 33. fg. 3.

FE. *Felix.* FE. ADVENT. AVGG. N. N. n. Dioclet. *Band.* II. p. 10. — COL. IVL. AVG. FE. CREMNA. *Colonia Iulia Augusta Felix.* vid. *Cremna* Piſidiae.

FE. AV. *Felix Auguſtus.* IMP. GORDIANVS. PIVS FE. AV. *Gordianus Pius.* n. Deulti. *Froelich.* Adpend. II. Colon. p. 65. vel

FE. AVG. *Felix Auguſtus.* IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS P. FE. AVG. *Philippus Sen.* — IMP. GORDIANVS PIVS FE. AVG. *Gordianus Pius.* — IMP. LIC. VALERIANVS PI. FE. AVG. *Vallerianus Sen.* apud *Band.* I. 119.

FEC. *Fecit.* vid. COS. LVDOS SAECVL. FEC. n. Caracallae. — COS. XIIII. LVD. SAEC. FEC. — LVD. SAEC. FEC. — LVDOS SAECVL. FEC. n. Eiuſd.

Feciales, Σπονδοφόροι a Graecis dicti, non ſolum ad res repetendas, aut bella indicenda, ſed etiam ad foedera et pacem faciendam adhibebantur. *Spanh.* Pr. II. p. 201 Fecialium collegium Numa, cum bellum Fidenatibus eſſet indicturus, inſtituit, vt ex *Dionyſ. Halic.* L. II. p. 131. patet; ius vero ipſum ad bellicas caerimonias formulamque, bellum indicendi, Ancus Martius demum accepit, vt *Liuius* L. I. c. 32. tradit. Officium vero horum Fecialium copioſe enarrat *Dion. Halic.* loco excitato, breuius autem *Cicero* L. II. de Leg. c. 9. Conf. *Io. Dan. Ritter.* diſſ. de Fetialibus (*ſic*) populi Romani. Lipſ. 1732. 4.) *Franc. Carol. Conradi* diſſ.

diſſ. de Fecialibus et Iure Feciali populi Romani, Helmſtad. 1734. 4. in cuius diſſertationis fronte conſtituit primo loco feriendae porcae ritum in. Veturiae gentis numo, cuius ectypum adiecit. Aduerſa pars exhibet caput deae Romae galeatum, pone adſcripto TI. VE. Titi Veturii nomine et denarii x ſigno. *Morellius* quidem Epiſt. de num. conſular. hunc potius *Vettiae* genti tribuendum cenſet, quia mortuo Romulo interrex fuiſſe dicitur Vettius apud *Plutarchum* in Numa. Sed iſtas litteras V E iunctas facilius *Veturium*, quam *Vettium* interpreteris, et Veturiam gentem antiquiſſimam inde a regum temporibus Romae habitaſſe, vel ex eo intelligi poteſt, quod Mamurius Veturius inclytus ille ancilium opifex, Numa rege vixiſſe fertur.)(Fecialis genu ſubnixus porcam tenet, cui ad ſiniſtram conſul praetorue Romanus, admoto ſuper porcam ſceptro iurans, ad dextram ducem gentis exterae, quacum foedus fit, adſtant. Foederis feriendi ſacrum in hoc numo conſpici iam docuerunt *Patinus* p. 289. *Vaillantius*, Num. Fam. p. 533. *Morellius*, *Spanhemius*, fruſtra diſſentiente *Perizonio* in Triad. diſſert. p. 132 et in litteris ad *Spanhem.* vbi numum hunc ad Tit. Veturium Philonem, Flaminem martialem A. V. C. 549. factum, refert et in)(hinc ducem aliquem Romanum, inde Martem haſta inſignem, vtrimque deiectum populi Romani hoſtem vulnerantes, exſtare cenſet, inductus *Vrſiniani* Operis de Fam. Rom. caelatura, in qua porca eſt amiſſa, prout *Spanhem.* Pr. II. p. 203. animaduertit. *Vrſinus* nempe et qui eum ſequitur *Beger*. Th. Br. II. p. 124. *et* ad *Flor*. L. I. c. 3. antiquiſſimi illius foederis inter Romulum Tatiúmque icti memoriam deprehendere ſibi videntur; ſed *Patinus* foedus aliquod vel ab ipſo Veturio, cum eſſet fecialis, vel ab eius gentili ictum ſignificari exiſtimat; ſed rectius denarium *Vaillantius* ad pacem reuocat cum Liguribus factam, cuius *Liuius* L. XLII. c. 22. meminit.

Fecialis apice ornatus ſtans, ſ. clipeum rotundum, d. caduceum, quia per Feciales pax fiebat. Conf. *Ritter*. diſſ. de Fetial. P. Rom.) *Vaill.* Fam. Sanquinia n. 2.

Feciales duo capite velato, dextras porrigentes ſupra aram, in qua porca caeſa iacet, addita inſcr. C. ANTIST. VETVS FOED P. R. CVM GABINIS. *Caius Antiſtius Vetus. Foedus Cum Gabinis.* Æ. Antiſtiae gentis. — *Al* ſimilis, ſed QVM. — *Al.* ſed QVVM. vid. Fam. *Antiſtia.* Sacrificium porcae in hiſce Antiſtiae gentis numis expreſſum cernitur. Conf. *Rube* Philol. Numiſm. Lat. Specim. I. Tb. I. fg 29.) *Conradi* diſſ. de Fecialibus p. 98. Equidem dextras a Fecialibus iungi ſolitas, dum foedus feriebatur, non memini apud auctores veteres inter caerimonias Fecialium diſerte referri, nec tamen *Spanhem.* Pr. II. p. 210. et *Vaillantii* Fam. Antiſt. ad fgg. 1 ad 4. p. 75. Explicationi, quibus Feciales dextram iungere videntur ad pacem denotandam, multum repugnabo; quamuis dextras inter iurandum ſuper aram porrectas facile interpretari poſſimus. — *Patinus* inter incertos p. 303. n. 3. produxit numum aereum, quem etiam *Conradi* in fronte diſſertationis ſuae tertia ſerie collocauit, cuius licet incertus ſit auctor, eum tamen ad celeberrimam illam Italicorum coniurationem, ex qua Marſicum bellum deinde exortum iuxta *Flor*. L. III. c. 18. ſpectare, indicat non ſolum, quod in anteriore parte eſt caput Italiae laureatum et monili ornatum cum nomine ITALIA, et quia in poſteriore comparent ipſi coniurationis duces, quos *Vellei*. L. II. c. 16. et *Appianus* Bell. Ciu. p. 374. referunt, quorum vnus ſceptrum protendit; in medio vero porcam, cuius percuſſio-

cuſſione foedus confirmaretur, ſuſtinens Fecialis, prope quem haſta, noſcitur.

Maxime ſupinus eſt eorum error, qui porcam in iſtis numis viſendam putarunt eam, quae Lauinio condendo indicium praebuerat Aeneae, vtrimque vero adſtare Penates Lauinii cultos; quae interpretatio autem omnino conuenit numo gentis Sulpiciae, in cuius aduerſa parte ſunt duo capita Penatium iugata, coronis cincta, additis litteris D. P. P. id eſt, *Dii Penates Patrii*. In)(Penates ſtant haſtati, inter eos procumbit ſcrofa cum porcellis, et adſcriptum C. SVLPICI. C. F. Q. *Caius Sulpicius*, *Caii Filius*, *Quaeſtor*, vel *Quirinus*. Hunc enim numum alii, inter quos *Gabriel Simeon* Obſeruatt. Ill. antiq. p. 112. de Fecialibus et ritu foederis feriendi; alii, inter quos *Golz*. Faſt. p. 95. de praetoribus duobus, Vrbano et Peregrino, explicant. Conf. *Ritter*. diſſ. de Fetialibus, qui ectypum, quem in fronte diſſ. conſtituit, ad Penates duos refert, militari habitu Lauinii cultos, teſte *Dionyſio*. Cum enim Sulpicius Quirinus ſecundum *Tacitum* ortus eſſet Lauinii, filius eius numiſma hoc ſignauit. Conf. *Beger*. ad *Flor*. ab initio.

FECIT. vid. COS. LVD. SAEC. FECIT. Quinque figurae ad aram ſacrificantes. Æ. Caracallae. *Mdb*. p. 287.

FECVND. *Fecunditas* FECVND. AVG. S. C. Mulier ſtans cum puerulo. Æ. Etruſcillae: *Band*. I. p. 36.) *Guſſeme* III. p. 178. n. 5.) *Mdb*. p. 354.) *Patin*. Impp. p. 401.

FECVND.... S. C. Figura ſtans, ſ. haſtam, d. puerulo porrigens. Æ. Saloninae *Band*. I. p. 256.) *Guſſeme* II. p. 358. n. 16.) *Mdb*. p. 381.

FECVND. AVGVSTAE. Mulier ſtans, vtraque manu infantem geſtat, aliis binis hinc inde adſtantibus. AR et add. S C. nota Æ max. *it*. Æ 1. 2. Fauſtinae Iunioris. *Angelon* p. 161. vel 194. n. 42.) *Hemelar*. N. *Arſchot*. Tb. 30.) *Ruben*. N. *Arſchot*. Tb. 49. n. 7.) *Beger*. Th. Br. II. p. 675.) *Eckhel*. Cat. II.) *Geſner*. Tb. 114. n. 27.) *Guſſeme* III p. 215. n. 11.) *Hanthaler*. Exercit. II. p. 198.) *Harduin*. Oper. p. 778.) *Mdb*. p. 230.) *Muſell*. Impp. Tb. 125. fg. 4.) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 84. fg. 9. p. 433.) *Patin*. Impp. p. 248. *et* Theſ. p. 72. n. 2.) *Pedruſ*. Muſ. *Farneſ* VII. Tb. 16. fg. 8. p. 150.) *Schulz*. MzCab. II. p. 159. n. 681. 682.) M. *Theup*. p. 197. 528.

FECVND. AVGVSTAE. Mulier ſedens d. porrigit puello, adſtanti AR. Mamaeae. *Eckhel*. Cat. II. p. 328.) *Mdb*. p. 326.) *Muſell*. Impp. Tb. 182. fg. 1.

— — Mulier ſtans d. porrigens adſtanti puello, ſ. cornucop. AR. Mamaeae. *Eckhel*. ib.) *Guſſeme* IV. p. 178. n. 4.) *Mdb*. ib.) *Beger*. Th. Br. II. p. 715) M. *Theup*. p. 239.

FECVND. AVGVSTAE. Mulier ſtans, d. extenſa ad puerulum, ſ. c. c. AR. Alexandri Seueri. *Khell*. Suppl. p. 143. Errore monetariorum hic auerſae typus inter monetas Mamaeae matris coniunctus filii capiti nihil de eius raritate detrahit.

FECVNDAE. vid. INDVLGENTIAE FECVNDAE. n. Caracallae.

Fecunditas agrorum in n. Gadarae Nicomediae, aliarumque vrbium exprimitur cornucopiae duplici decuſſatim poſito. — *Auguſtarum Fecunditas* variis typis in Auguſta-

rum

rum numis, modo adſcripto nomine FECVNDITAS etc. modo TEMPOR. FELICI. vel SAECVLI FELICITAS, modo aliter. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 61.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 84.

FECVNDITAS ſine diphthongo in numis Fauſtinae, Lucillae, Iuliae Domnae etc. *Gellius* L. XVI. c. 12. *Varronis* verba probat, ipſum et *fenus*, et *fetus* et *fecunditas* e ſimplici ſcripſiſſe.

FECVNDITAS. Figura ſedens puerum vnum brachiis ſuſtinens, alium ad pedes ſtantem adſpicit. Æ. Lucillae L. Aelii. *Mdb.* 190.

FECVNDITAS. S. C. Fig. ſtans, d. haſtam, ſ. puerulum. Æ. Fauſtinae Sen. *Mdb.* 208.

FECVNDITAS. Mulier ſtans, d. haſtam puram, ſ. puerulum nudum. Æ et add. S. C. Æ 1. 2. Fauſtinae Iun. *Angelon.* p. 161. vel 194. n. 41.) *Beger.* Th. Br. II. p. 675.) *Eckbel.* Cat. II.) *Guſſeme* III. p. 215. n. 10.) *Hard.* p. 778.) *Mdb.* p. 230.) *Muſell.* Impp. Tb. 125. fg. 3.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 84. fg. 8. p. 433.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* III. Tb. 15. fg. 9. p. 226 ad 228.) M. *Pembrok.* III. Tb. 61. fg. 1.) *Schulz.* MzCab. II. p. 150. n. 678. 679. 680.) M. *Theup.* p. 197.) *Vaill.* Pr. II. p. 324.

FECVNDITAS. Mulier ſedens infantem in vlnis tenet, alio adſtante. Æ. Lucillae L. Veri. *Eckbel.* Cat. II.) *Mdb.* p. 190. — *Al*, ſed ſedens inter puerum et puellam adſtantes veſtitos, aliumque puellum nudum in gremio fouet. S. C. Æ 1. Lucillae L. Veri. *Eckbel.* Cat. II.) *Beger.* Th. Br. II. p. 678.) *Geſner.* Tb. 119. n. 59.) *Guſſeme* IV. p. 332. n. 6.) *Hard.* p. 778. 802.) *Hauercamp.* Num. R. *Sueciae* Tb. 21. n. 13.) *Mdb.* p. 190.) *Muſell.* Impp. Tb. 131. fg. 8.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 84. fg. 5. p. 433.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 61. fg. 4.) *Schulz.* MzCab. II. p. 161. n. 731.) *Vaill.* Pr. II. p. 180. — *Al.* ſed mulier ſedens d. extendit verſus puellum adſtantem. Æ 2. Lucillae. *Eckbel.* Cat. II.) *Mdb.* 239.) *Muſell.* Impp. Tb. 131. fg. 9.

FECVNDITAS. S. C. Fig. ſedens, d. blanditur puerulo ante eam ſtanti. Æ. Criſpinae. *Guſſ.* II. p. 393. n. 8.) *Mdb.* p. 259.

— Mulier ſub habitu telluris humi ſedens ſ. racemum, et ſimul caniſtro innititur, d. globum aſtriferum contingit, per quem quatuor paruae figurae incedunt. Æ et add. S C. Æ 2. Domnae. *Eckbel.* Cat. II. p. 285.) *Mdb.* p. 281. 282. 283.) *Guſſ.* IV. p. 172.) *Harduin.* p. 802.) *Patin.* Impp. p. 287.) M. *Pembrok.* Tb. 61. fg. 7.) *Vaill.* Pr. I. p. 118. II. p. 234. Iuliae omnia deberi exiſtimant adulatores. Mundum, quem cum Seuero regebat, orbis indicat ſtellatus, cuius regimini duos ſuos filios, Caracallam et Getam, totidemque puellas deſignabat ſuae fecunditatis indices.

FECVNDITAS. S. C. Mulier ſedens, ſ. puerulum tenens, ad pedes alius ſtans. Æ. Domnae. *Mdb.* p. 282.) *Muſell.* Impp. Tb. 154. fg. 6.) M. *Theup.* p. 570.

FECVNDITAS AVG. Mulier ſtans, d. extendit verſus puellum adſtantem ſ. cornuc. Æ. Iul. Maeſae. *Eckbel.* Cat. II. p. 316.) *Harduin.* p. 815.) *Mdb.* p. 316.

— — Mulier ſtans d. pateram, ſ. cornucopiae, pro pedibus puellus ſtans. Æ et add. S. C. Æ 1. 2. Etruſcillae. *Band.* I. p. 29. 30. 31. 34. 36.) *Beger.* Th. Br. I. p. 31.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 59.

59.) *Hauercamp.* Th. R. *Sueciae* Tb. 37. n. 7.) *Guſſeme* III. p. 178. n. 5.) *Hard.* p. 838.) *Mdb.* p. 354.) *Muſell.* Impp. Tb. 212. fg. 1.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 84. fg. 6. p. 433.) *Pedruſ* Muſ. *Farneſ.* VIII. Tb. 5. fg. 8. p. 49.) *Schulz* MzCab. III. p 6 n. 1166.) M. *Theup.* p. 629.) *Eckhel.* Cat. II. p. 353.

FECVNDITAS AVG. Mulier ſt. dextram extendit ſuper figuram paruam adſtantem. Æ 3. Gallieni. *Band.* I. p. 214.) *Cimel. Vindob.* I. p. 134.) *Eckhel.* Cat. II. p. 371.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 44. fg. 6.) *Guſſeme* III. p. 220 et 304. n. 47.

— — Idem typus. Æ 3. Saloninae. *Band.* I. p. 238. 251.) *Eckhel.* Cat. II. p 379.) *Guſſeme* II. p. 358. n. 16.) *Mdb.* p. 380.) *Vaill.* Pr. I. p. 188.

— — Mulier ſt. d. puellum ducit, altero ſ. inſidente AV, Quin. AR. Æ 1. Saloninae. *Cimel. Vind.* I. Tb. 4. fg. 11. p. 17.) *Eckhel.* Cat. II p. 379.) *Band.* I. p. 237. 244.) *Guſſ.* ib.) *Mdb.* p. 380.) *Muſell.* Suppl. Tb. 40. fg. 3.) M. *Theup.* p. 269.

— — ſed duo pueruli adſtant. n. Saloninae. *Band.* I. p. 237. 244.) *Guſſ.* ib. — Salonina duos marito Gallieno peperit filios, Saloninum nempe et Q. Gallienum Saloninum; ſed ſpes de iis concepta, ipſi praeciſa. Prior enim a Poſtumo occiſus, alter vero in puerili aetate iam mortuus fuit.

— — Mulier ſt. dextram porrigit puerulo nudo, ante ipſam ſtanti, ſ. cornucopiae tenet. AR et Æ. Saloninae. *Band.* I. p. 251.) *Harduin.* p. 847.) *Mdb.* p. 380.) *Muſell.* Suppl. Tb. 40. fg. 4.

— — ſed haſtam ſ. tenet. Æ. Saloninae. *Band.* I. p. 256.

FECVND...... G Mulier ſtans cum cornucopiae dextram extendens ſupra puellam prae ſe pariter ſtantem. Æ Claudii Gothici, *Haym.* Th. Br. I. Tb. 30. fg. 1. p. 289. cui probabile videtur, quod cuſus ſit numus a ſenatu in honorem filiae Claudii.

FECVNDITAS AVG. Figura ſt. ſ. c. c. dextram porrigit infanti nudo ad pedes ſtanti. Æ. Seuerinae. *Angelon* p. 363.) *Guſſeme* VI. p. 163 n. 4.) *Harduin.* p. 862.) *Mdb.* p. 408.

— AVGG. Mulier ſtans, d. pateram, ſ. cornucop pro pedibus puellus ſtans. AR et add. S. C. Æ 2. Etruſcillae. *Band.* I. p. 30. 34.) *Eckhel.* Cat. II. p. 353.) *Vaill.* Pr. II. p. 324.

— AVGVSTAE. S. C. Mul. ſtans, d. haſtam, ſ. puerulum. Æ. Fauſtinae Sen. *Guſſeme* III. p. 211. n. 15.) *Mdb.* p. 208.

— — Mulier cum quatuor liberis ſtipata, duobus, quos vlnis fouet, et duobus, puero ac puella adſtantibus. n. Fauſt. Iun. *Guſſ.* III. p. 215. n. 11.) *Hard* Oper. p. 778.

— — Mulier ſedens cum puerulis. n. Lucillae L. Veri. *Guſſeme* IV. p. 332. n. 6.

— — S. C. Mulier ſedens, d. extendit verſus puellum adſtantem. Æ 1. 2. Iul. Maeſae *Eckhel.* Cat. II. p. 316.) *Mdb.* 316.


FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN. Mulier ſedens, d. ſignum militare inclinatum tenet, ſ. alteri erecto adnititur. Æ 2. Eiuſd. Seueri. *Vaill.* Pr. I. p. 273.

— — — — Mul. ſedens, d. et ſ. ſignum militare. Æ 2. Gal. Maximiani. *Band.* II. p. 134. 144.) *Golz.* Theſ. 4.) *Mdb.* p. 442.) *Vaill.* Pr. I. p. 275.

FIDES MILITVM EXERCITVS GALL. Figura equeſtris et miles labarum ferens cum aliis militibus ſigniferis. Noua epigraphe, nouus typus, ſed eruditis ſuſpectus non abs re hic numus. *N.* Lolliani. *Band.* I. p. 316.) *Mdb.* p. 397. profert hunc numum poſt *Occonem* ex *Vrſino.*

FIDES MILITVM. P. M. TR. P. II COS II. P. P. Imperator paludatus ſtans cum duabus figuris eum comitantibus in ſuggeſtu, adloquitur ſex milites, quorum tres ſigna militaria geſtant. Æ max. Sept. Seueri. *Vaill.* Pr. III. p. 163. ſed in ectypo ibid. p. 162. ſcriptum FIDEI MILIT. etc. quemadmodum etiam in Muſeo Reginae *Sueciae* legitur FIDEI non FIDES. In numo Muſei *Albani* nunc Vaticani eſt TR. P. III non II.) *Harduin.* p. 798. qui TR. P. II. etc.

FIDES MILITVM. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Imperator cum figura muliebri, ſ. cornucopiae tenente adloquitur milites. Æ. Traiani. *Mdb.* p. 157.

FIDES MVTVA. Duae dextrae iunctae, Fidei notiſſimum ſymbolum. AR. Pupieni. *Mdb.* p. 335.) *Vaill.* Pr. II. p. 304.

FIDES MVTVA AVGG. duorum ſcil. *Auguſtorum* Balbini et Pupieni, qui coniunctis copiis animiſque partem Orientis adminiſtrabant. Duae dextrae iunctae. AR. Bal-

Balbini. *Beger*. Th. Br. II. p. 723.) *Eckbel*. Cat. II.) *Harduin*. p. 825.) *Hulſius* Impp. fg. 34. p. 69.) *Mdb*. p. 333.) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 85. fg. 9. p. 435.) *Vaill*. Pr. II. p. 300.

FIDES MVTVA AVGG. Idem dextrarum iunctarum nexus. Æ. Pupieni. Num. *Arſchot*. Tb. 57. n. 8.) *Mdb*. p. 335.) *Oiſel*. l. c. — Qua de *Fide mutua Auguſtorum* minimum publica *Capitolinus*: „Erant quidem diſcordiae inter Balbinum et Pupienum, ſed tacitae, et quae intelligerentur potius, quam viderentur.

Fides numorum. In rebus et ſacris et profanis id praerogatiuae habent numi, vt velut teſtes omni exceptione maiores in dilucide explicandis, plenam mereantur fidem, et quidem omnibus hiſtoricis maiorem, fraudis ſcilicet et malitiae omnis cum numi ſint expertes. Quis enim neſcit, quantam diligentiam in illis flandis feriundis adhibuerint apud Romanos praefecti monetales, quaeſtores, triumuiri et alii?

FIDES PRAET*orianorum*. Signum militare cum aquila Romana inter duo ſigna abſque aquila. Æ 3. Gallieni. *Band*. I. p. 215.

— PRAETORIA*norum*, cum dextris duabus iunctis. Æ. Vitellii. *Liebe* Goth. Num. p. 249.) *Froelich*. 4. Tent. p. 444.) *Hanthaler*. Exercitat. III. p. 38. vid. anticae partis inſcriptionem: FIDES EXERCITVVM.

— PRAET..... Duae dextrae, vt ſupra. Æ. M. Antonii. *Geſner*. Tb. 9. n. 14.) *Golz*. in M. Antonio Tb. 39. fg. 10.) *Mdb*. p. 16) *Muſell*. Impp. Tb. 2. fg. 8.

— PRAETORIANORVM. Nexus manuum dextrarum. Æ. Vitellii. *Harduin*. p. 727.) *Khell*. Suppl. p. 31.

FIDES PRAETORIANORVM. Æ. Did. Iuliani. *Golz*. Theſ. 4.) *Mdb*. p. 262.

— — P. V. A. *Poſt Victoriam Actiacam*. Duae dextrae iunctae. Æ. M. Antonii. *Mdb*. p. 16.

FIDES PVBL*ica*. Duae dextrae iunctae caduceum, ſpicas et papauer ſuſtinent. Æ. Veſpaſiani. *Harduin*. p. 732.) *Mdb*. p. 114.) *Aen. Vicus* n. 14.

— — Eodem cum typo. Æ. Domitiani. *Eckbel*. Cat. II. p. 156.) *Guſſeme* III. p. 81. n. 31.) *Mdb*. p. 129.) *Morell*. Theſ. Impp. II. Tb. 8. fg. 28. p. 430.) M. *Theup*. p. 142. 143.

FIDES PVBLIC*a*. Duae dextrae ſe iungentes, caduceo intermedio. Æ 1. Rrr. Balbini. *Vaill*. Pr. I. p. 156.

FIDES PVBLICA. Dextrae coniunctae tenentes caduceum cum ſex ſpicis. Æ max. Veſpaſiani. *Morell*. in Veſpaſ. Tb. 12. fg. 16.) *Aen. Vicus* inter Æ. Num. Veſpaſ. n. 14.

— — S. C. Fides ſtans, deae inſtar, d. pateram, ſ. cornuc. Æ 2. Veſpaſ. *Hard*. p. 734.) *Mdb*. p. 111. 116.) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 85. fg. 7. p. 435.

— — ſt. dextra vacua extenta, ſ. cornucopiae. Æ. Veſpaſiani. *Aen. Vicus* n. 7.

— — Duae dextrae iunctae, caduceum et duas ſpicas complectentes, quibus felicitas imperii deſignatur, quae ex tam egregia *Fide Publica* cum P. R. tum militum erga Imperatorem naſcitur. Æ et add. S. C. Æ 2. Titi. *Mdb*. p. 120.) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 85. fg. 8. p. 435.) M. *Theup*. p. 425.

— — Nexus manuum caduceo medio, hinc papauer, inde ſpicae.

S. C. Æ. Titi. *Angelon.* p. 88. n. 5.) *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 28. n. 23.) *Geſner,* Tb. 61. n. 26.) *Hauercamp.* Theſ. Reg. *Sueciae* Tb. 52. n. 29.) *Mdb.* p. 122.) *Muſell.* Impp. Tb. 41. fg. 6.

FIDES PVBLICA. Mulier ſtans, d. duas ſpicas, ſ. . . . . Æ. Domitiani. *Mdb.* p. 133) *Patin.* Ind. p. 9.

— — Mul. ſt. d. caniſtrum frugibus refertum, ſ. ſpicas. S. C. Æ 2. Domitiani. *Eckhel.* Cat. II.

— — Mul. ſt. d. pateram, ſ. e. c. S. C. Æ. Domitiani. *Mdb.* p. 134. 135.

— — Mul. ſt. d. cum ſpicis demiſſa, ſiniſtram leuans cum patera. Æ. Plotinae. *Mdb.* p. 165.

— — Mulier ſtans, d. demiſſa ſpicas, ſ. elata calathum frugibus plenum. AV. AR et add. S. C. Æ 1. Hadriani. *Eckbel.* Cat. II.) *Mdb.* p. 182.) M. *Theup.* p. 170.

— — Mul. ſt. d. elata pateram cum pomis et frugibus, ſ. demiſſa duas ſpicas. AR. Hadriani. *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* III. Tb. 4. fg. 4.) *Schulz* MzCab. II. p. 89. n. 391.

— — Mul. ſt. d. ſpicas cum papauere, ſ. pateram frugibus plenam. AR. Caracallae. *Eckh.* Cat. II.) *Guſſeme* II. p. 79.) *Mdb.* p. 285.

FIDES PVDI, Sententia eſt ex coniectura *Harduini* Oper. p. 734. *Fides Publica Decus Imperii.* Caduceus et ſpicae, vbertatis et felicitatis notae, implexis duabus manibus. AR. Veſpaſ. *Hard.* l. c.

FIDES SENATVS et duae dextrae iunctae in *Golziano* numo Seueri Hoſtiliani a *Mdb.* p. 342. commemorato, de cuius autem numi ingenuitate iudicent antiquarii.

Fidius deus, Iouis filius, a Fide dictus, cui praeeſt, vt nonnullis placet. Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeo vt templa et ſacrificia meruerit. Vel idem eſt cum Hercule, quem et Sancum et Semonem a Sabinis vocatum audimus; eundem a Romanis Sanctum nuncupatum fuiſſe legere eſt apud *Dionyſ. Halicarnaſ.* L. IV. et *Propert.* L. IV. Eleg. 10. ad Herculem. In n. Fam. Rom. litterae D. S. S. a quibuſdam interpretantur: *Deus Fidius Semo Sancus* ſiue *Deus Fidius Sanctus Sancus*, id eſt, Hercules. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 44. fg. 12. p. 240 ſq.

FIGVL. vel integre FIGVLVS cognomen gentis Marciae, quod inconſtantiam rerum humanarum rotae figulinae compararent. ex *Sigonio.* — C. MARCI. FIGVL. — C. MARCI. C. F. Q. N. FIGVLVS. — C. MARCIVS FIGVLVS AED. CVR. vid. *Marcia* gens.

Figura numi dicitur, in qua perſonae, numerus, actio et res ipſa proponitur, cuius in vſum ſiue fauorem numus eſt cuſus. Figura numi principalis in conſularibus numis genius eſt Romae galeatae, aut alia dei cuiuſdam imago, cuius in tutela gens illa fuit, cui numus a triumuiris monetalibus honoris memoriaeque cauſa dicabatur. Pro Perſonae voce plerumque figurae vocabulo vtuntur antiquarii, quando vel ignorant, vel non certo iis conſtat, quis deus aut homo exhibeatur. — Inde figura ſtans, — ſedens, — equeſtris, — muliebris etc.

Figurarum ſpecimen, quae in populorum vrbiumque monetis frequentius obuiae ac paene propriae habentur:

Achaeorum reipublicae. Caput Iouis.)(Monogramma X in corona laurea atque aliae litterae, quae vel initiales ſunt vrbium reipubl

publ. Achaeorum, aut numericae epochae Achaicae.

Aegina inſula infra Atticam. Caput arietis et nauis.

Aetoli ſuis numis impreſſerunt Herculem, cornu Acheloo claua confringentem

Agrigenti in Sicilia, pagurum; item aquilam, leporem vel piſcem carpentem.

Amiſi et aliarum *Ponti*, *Cappadociae* vrbium, ſcutum ſquammatum Palladis et pharetram arcumque, vel Victoriam gradientem.

Apolloniatae in Epiro, et *Dyrrhacheni*, hortos Alcinoi, qui in Corcyra inſula erant, et vaccam cum vitulo ſignabant, praeter magiſtratuum nomina.

Argiui in Peloponneſo, A. vel A et P coniunctum AP, ac dimidium lupum. Infeſtati a lupis, liberati ſunt Apollinis oraculi conſilio.

Aſia puerum delphino vectum.

Aſpendii in Pamphylia, palaeſtritas, vel duos luctatores nudos.

Athenienſes in Attica, caput Palladis; noctuam; ramum oleae; diotam.

Boeotiae vrbes, caput bouis, aut ſcutum Boeoticum; muſcam alatam cum ceruo; cantharum Bacchi cum racemo.

Brutii, Martem; vel victoriam etiam Bruttii.

Byzantini, delphinum tridenti circumuolutum.

Caulonia Calabriae, Iouem gradientem cum fulmine, et ceruum.

Cephalenii, equum.

Chienſes, Sphingem, et gyrgillum ſerico euoluendo, qui ſimilis fere diotae videtur; item Homerum.

Corcyraei, triremem remis impulſam.

Corinthii et eorum coloni *Syracoſii*, caput Palladis, et pegaſum, cum littera Ϙ, quae videtur indicare *Corinthum*, praeter alia ſigna.

Cretenſes vrbes, et coloniae Cretenſium in Italia, ſaltem aliquae, Minotauri caput; labyrinthum.

Crotoniatae, tripodem Delphicam.

Cyrenaei, *Ammonem*, altera facie ſylphium, ex cuius ſucco aſa foetida conficitur, vnde ſuccus Cyrenaicus audit.

Cyziceni, leonem.

Dardani, duos gallos pugnantes.

Dymaei, caprum proterentem ranam.

Dyrrhacheni, Alcinoi hortos; vaccam cum vitulo.

Ebraei, virgam Aaronis in flores ſe induentem cum turibulo fumante.

Eleuſinii in Attica, Cererem in curru bigis ſerpentibus, et fuem.

Epheſii, Dianam polymaſten et venatricem; ceruum; templum Dianae, etiam apiculam.

Eretrienſes, Dianam.

Euboea, bouis caput.

Hiſtiaei, Neptunum ceto vectum.

Inſenſes, puerum delphino inſidentem.

Itali veteres, Ianum bifrontem, et nauem.

Leontini in Sicilia, leonem dimidium.

Leucadii, nauem.

Locrorum alii ſtellam, alii cicadam, alii pugilem.

Lycii, leonem cum capra inſidente.

Macedones, clauam Herculis, et cornua hircina.

Mamertini in Sicilia, Martem, qui *Mamers* dictus fuit.

Maronitae in Thracia, caput bacchae, hedera coronatum, aut Bacchum nudum ſtantem, d. botrum: alias vitem cum botris.

Maſſaliotae ſeu *Maſſilienſes* in Gallia, leonem ſtantem; caput Florae aut alius deae.

Metapontini, Cererem cum ariſta.

Mytilenaei, Sapphus ſuae ciuis imaginem.

Naxii, Bacchum barbatum et ſatyrum cum cyatho.

Neapolitani Campaniae; Apollinis caput, et attributa; minotaurum item.

Panor-

Panormitani Siciliae, equum; palmam arborem.

Parii in ſuis drachmis aratrum.

Peloponneſii teſtudinem et rectangulum quinquepartitum. χελώνη, *Teſtudo*, vrbis et promontorii nomen erat in Peloponneſo, cuius partes olim quinque fuerunt.

Pergami in Aſia, Aeſculapium; templum, aut caput deae Romae.

Perſae, Sagittarium.

Pharſalia Theſſaliae, caput Palladis; caput equi.

Phocenſes, aquilam cum tripode.

Rhegini in Calabria, rictum leonis, aut leporem, ſi *Polluci* credimus; Apollinem; lyram; tripodem; currum etc.

Rhodii, caput Phoebi, et balauſtium, ſeu florem mali Punicae.

Seleucienſes in Pieria Syriae, caput Iouis, et fulmen, aut conoides Iouis Caſii ſimulacrum in templo.

Tarentini in Apulia, Tarantem, Neptuni filium, (conditorem ſuum delphino inſidentem; caput Palladis et noctuam.)(Phalantum heroem equitem.

Tenedii, bipennem, cum viri et feminae capitibus inuicem auerſis, ſymbolum poenae adulterii.

Thaſus inſula ad Thraciam, caput bacchae, ſicut Maronitae; Herculem ſeruatorem, nudum ſtantem cum claua et pelle leonis.

Thebani, bipennem Herculis.

Theſſalia et *Macedonia* et vicini populi, equum, vel equitem.

Theſſalonica Macedoniae, Palladem haſtam vibrantem.

Trachinii, Herculem ſedentem.

Traiani, ſcrofam.

Troezenii, tridentem, in facie verſa Mineruam.

Tyrii, caput Herculis laureatum, et aquilam, vel nauem, quam et *Sidonii* ſignabant; iidem porro deam Sidoniam ſeu Aſtarten; ſaepe etiam murex in Tyriorum aere comparet, vnde Tyrium oſtrum, ſeu purpura conficiebatur.

Veliae ſeu *Velitarum* numi in Magna Graecia, olim *Heliae*, Palladem eum noctua vel leonem gradientem ſignabant.

Pariter in numis regum, e. c.

Alexandri typus ſolitus eſt equus bucephalus, aut effigies in ſolio ſedens, cum aue in manu, ſiue alata Victoria.

Demetrius ſignat Neptunum reducem.

Philippus bigas, aut ſuam effigiem; facie auerſa ſemet ipſum, vel Iouem ſolio inſidentem cum aquila; quod inſigne filius Alexander imitatus eſt.

Pyrrhus, Palladem haſtatam in ſolio.

Seleucus Nicator, ancoram.

Simili modo *Auguſtus*, capricorni ſidus.

Brutus, ſuam effigiem; ex altera parte pileum Libertatis cum duobus pugionibus.

Iulius Caeſar, ſtellam crinitam.

Liuia, Cererem legiferam.

Fauſtina, Iunonem; Venerem; Veſtam.

Figurae obſcoenae in n. Tiberii. vid. *Spintria*.

FIL. *Filia*. Fauſtina Iunior ac Lucilla ſolae ſunt Auguſtae ex patribus genitae Imperatoribus. Hinc vtraque nomen parentis adhibuit, et

a) *Fauſtina Iunior* legitur: FAVSTINA AVG. PII AVG. FIL. vel FAVSTINA AVGVSTA AVGVSTI PII FIL. vel FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII FIL.

b) *Lucilla* pariter: LVCILLA AVG. ANTONINI AVG. FIL.

Criſpina quidem Commodi in Æ. apud *Mab*. p. 259. dicitur: AVGVSTI PII FIL*ia*, at vel adulterinus eſt numus, vel ſcalptor non bene litteris perſpectis forſan pro BRIT. ſculpſit FIL. Criſpina enim ſi Filia Bruttii Conſulis, quomodo Filia Auguſti? In aliis rectius ſcriptum: CRISPINA AVG. IMP. COM-

COMMODI AVG. ſcil. vxor, prout ſupplendae ſunt epigraphes: PLOTINA AVG. IMP. TRAIANI coniux. — SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. vxor. — FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII ſubintellige coniux.

FIL. *Filiae.* FAVSTINAE AVG. PII AVG. FIL. n. Fauſtinae Iun. M. Aurelii coniugis.

FIL. *Filio.* COMMOD. CAES. FIL. AVGG. Æ 2. M. Aurelii. M. *Theup.* p. 511. — COMMODO CAES. AVG. FIL*io* GERM*anico* SARM*atico.* AR et Æ Commodi. *Vaill.* Pr. II. p. 183. — NERONI CLAVD. DIVI FIL. etc. AR. Neronis. *Cimel. Vindob.* I. p. 51.

FIL. *Filius.* ANNIVS VERVS CAES. ANTONINI AVG. FI*Lius.* Annius ille Verus et Commodus filii erant M. Aurelii et Fauſtinae Iunioris, inde et Commodus legitur: COMMODVS CAES. ANTONINI AVG. FIL. vel COMMODVS CAES. AVG. FIL. vel COMMODVS AVG. FIL. GERM. vel L. AVREL. COMMODVS CAESAR AVG. FIL. GERM. — AVRELIVS CAESAR ANTONINI AVG. PII FIL. ſic *M. Aurelius* vt Antonini Pii Filius; vel AVRELIVS CAESAR AVG. PII FIL. — SEVERI AVG. PII FIL. *al.* SEVERI PII AVG. FIL. *Caracalla.* — SEVERI INVICTI AVG. PII FIL. *Geta.*

FIL. AVGG. *Filius Auguſtorum,* quod ex conſtanti vſu duplex G G ſignificat. Gal. Maximinus et Conſtantinus M. *Filii Auguſtorum* vocantur, neque Caeſares, neque Imperatores, neque Auguſti ſalutantur, cuius rei exemplum, ſi numos ſuperſtites conſulamus, nullum reperitur. Ita enim *Conſtantinus* audit: CONSTANTINVS FIL. AVGG. *Bandur.* II. p. 243. 260. 297.) *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 366.) *Harduin.* Oper. 461.) *Vaill.* Pr. III. p. 86. *Conſtantius* Chlorus eius pater, et Maximianus Herculeus eius auus fuerunt Auguſti, atque Claudius Imperator cognomine Gothicus ex eius fuit maioribus. — Pariter *Maximinus* legitur: MAXIMINVS FIL. AVGG. *Band.* II. p. 167. 168. 176.) *Hard.* p. 461.) *Vaill.* Pr. I. p. 285. Confer. de hac denominatione ſingulari *Grainvillii* epiſtola in Memor. Triuult. 1704. Ianuar. p. 59 ſqq. et apud *Woltereck.* Elect. Num. p. 276 ſqq. pariter *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 366. ſqq. — Duo Agrippae filii *Caius et Lucius* ab Auguſto auo adoptati titulum ſumſerunt *Filiorum Auguſti,* vt toti terrarum orbi adoptionem ſuam notam redderent; ſed iidem erant Caeſares, atque hoc elogium ſuis in numis ferunt. *Tiberius* ab eodem adſcitus Auguſto iidem ſeſe *Auguſti Filium* vocauit, ſed eodem tempore Imperatorem atque Auguſtum. Quam plures alii exinde principes, ſimili dignitate inſigniti, omnes aut Imperatores, aut Auguſti fuerunt. *Fauſtina* quoque *Iunior* et *Lucilla,* vno eodemque tempore et Auguſtae ſunt, et *Filiae Auguſtorum* adpellatae.

Filepicus Bardanes, Armenus, Imperator poſt Chr. 711 ad 713. In omnibus numis, qui ex auro tantum exſtant et rariores ſunt, aut *Filepicus* aut *Fileppicus* legimus, nuſquam *Filippicus,* aut *Philippicus.* — 1. DN. FILEPICVS MVLTVS AN. Protome cum ſtemmate crucigero, d. globum crucigerum, ſ. ſceptrum cum aquila.)(VICTORIA AVG. Δ. Crux gradibus inſiſtens. *Band.* II. p. 698. — 2. *Al.* ſed AVGV B. *Band.* ib. — 3. *Al.* ſed et infra CONOB. *Eckhel.* Cat. II. p. 545. — 4. *Al.* ſed AVGV. S. *Eckhel.* ib.) *Guſſeme* III. p. 236. — 5. *Al.* ſed AVGV Z. cum CONOB. in ima parte. *Band.* II. 698. 699.) *Guſſ.* ib.) *Liebe* Goth. Num. p. 268. — 6. ſed AVGV Θ. et in imo CONOB. *Band.* II. 699. — 7. *Ead.* *adu.*)(VI-

)(VICTORIA IVSTA. Crux gradibus inſiſtens, cum CONOB. in imo. *Band.* ib.) *Guſſ.* ib. — 8. DN. FILEPIC S MULTI AN. Idem caput.)(VICTORIA AVGU I. Crux eadem et CONOB. *Band.* ib — 9. *Al.* ſed VICTORIA AVGVS. et CONOB. *Band.* ib.) *Ducang.* — 10. DN. FILEPPIC S (*ſic*) MULTUS AN. Eadem protome.)(VICTORIA AVGU. B. Crux gradibus inſiſtens, in ima parte CONOB. *Band.* II. p. 698.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 34. fg. 6.

Filepici numiſma incerti metalli ac moduli: DN. PHILIPPICVS P. P. AVG. Filepicus cum ſtemmate crucigero, d. globum, cui inſiſtit aquila)(ANNO GIII. M. magno intermedio cum crucicula ſupra et infra inter crura A. in ima parte NIKO. *Band.* II. p. 699.) *Ducang.* e *Strada*; at capitis epigraphe perperam deſcripta eſt et *octauus* imperii annus conſignari non potuit eius, qui ſeſquiannum imperauit.

FILEPPICVS. vid. *Filepicus.*

Filia non ſemper patris praenomine apud Romanos dicta, vt Q. Meſſi Traiani Decii filia *Herennia Etruſcilla*, nullo paterno nomine adſumto, a matre demum adpellata eſt. — *Filiae* Imperatorum in numis quibuſdam *Auguſtae* dictae, in aliis omiſſa eſt ea adpellatio. Sic *Fauſtina Iunior* modo AVGVSTI PII FILIA, modo FAVSTINA AVG PII AVG FILIA legitur; pariter *Iulia Titi* et IVLIA AVGVSTA TITI AVGVSTI F. vel IVLIA IMP. T. AVG. F. AVGVSTA et DIVI TITI FILIA.

Filiae Auguſtorum in numis illorum occurrentes:

Liuia Auguſti, vt *Iulia* mariti teſtamento apoptata filia, dicitur in n. DIVAE IVLIAE AVGVSTI FILIAE, deinceps quoque Auguſta dicta.

Iulia Auguſti et tertiae eius vxoris Scriboniae filia.

Claudia Poppaea Auguſta, Neronis et Poppaeae filia, intra quartum menſem defuncta et *Diua* nuncupata.

Domitilla Veſpaſiani adhuc priuati et Domitillae filia.

Iulia Sabina Aug. Titi et Marciae filia inter *diuas* relata.

Fauſtina, Antonini Pii et Fauſtinae Senioris filia, coniux M. Aurelii.

Lucilla, M. Aurelii et Fauſtinae filia, L. Veri vxor.

Didia Clara Aug. Didii Iuliani et Manliae Scantillae filia.

Herennia Etruſcilla, Decii et Etruſcillae filia, Voluſiani vxor.

Galeria Valeria, aliis Decii vxor, Diocletiani filia, et Maximiani Armentarii vxor.

Conſtantina Auguſta, Conſtantini M. et Flauiae Maximae vel Maximianae filia.

FILIAE. vid. DIVAE IVLIAE AVGVSTI FILIAE.

FILINVS inſcriptio Traiani numiſmatis contorniati, quod praeter *Angelon.* p. 123. protulit *Triſtan.* I. p 403. et *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 69. p. 142 qui Filinum capiunt de Philino iſto eximio Olympionica, Coo inſula oriundo, cuius laudes *Pauſanias* ad palmas viginti quatuor vſque extendit Stat inter duas figuras, quas Muſas, Apolline intermedio, interpretatur *Mdb.* p. 149 et ex eo *Guſſeme* III. p. 236. Olympiadas autem deas *Triſtanus* intelligit, quarum ſcilicet *Pauſanias* det notitiam.

FILIO. vid. DIVO ROMVLO etc. M. *Theup.* p. 330.

FILIPPIS AVGG. vel integre IIMM. CC. FILIPPIS AVGG. *Imperatoribus Caeſaribus Philippis Auguſtis* patre ac filio. Capita amborum coniuncta et laureata. *Harduin.* Oper. p. 836.

FILIVS. vid. DIVI FILIVS, ita Auguſtus *Khell*. Suppl. p. 1.) *Mdb*. p. 6.) *Vaill*. Pr. I. p. 2.

Filius quis in numis dicitur ex ſententia *Harduini* Oper. p. 684. 721. — quis FIL*ius* AVGG*uſtorum*, *ib*. p. 420. 461. — Filius vrbis noſtrae. ib. p. 463. — Filius pro genero. *ib*. p. 420. 461. 798.

FIMBRIA cognomen gentis Flauiae, quo culuſlibet rei extremitatem ſignificare tradunt. C. FLAVIVS T. F. FIMBRIA. — *Plutarchus* in Sulla memorat: „*Fimbria* (Romanorum dux) in templo Aeſculapii Pergami traiecit ſe gladio.„

FIRMA ſecundum *Plin*. L. III. c. 3. Aſtigitana in Hiſpania Baeticea cognomine *Auguſta Firma*. In n. Galbae: COL. AVG. FIRMA. *Golz*. Theſ. p. 237. vid. *Aſtigitana* colonia.

Firmius ſeu *Firmus*, Seleuciae in Syria ortus, Aureliani temporibus tyrannidem arripuit in Aegypto. Fuit mirae fortitudinis et edacitatis. Ab Aureliano victus eſt paucos poſt menſes; et quidam tradunt ipſum ſe occidiſſe Ao. Chr. 273. *Vopiſc*. in Firmo. In Graeco eius Æ. numo e *Golz*. Theſauro a *Caſaubono* pariter ac *Bandurio* I. p. 398. it. *Guſſeme* III. p. 236. et *Mdb*. p. 409 memorato cum *Auguſti*, tum *Imperatoris* nomina per ſolita litterarum compendia ATT. et CEB. ei tribuuntur: ATT. K. M. ΦΙΡΜΙΟϹ ϹΕΒ. ΑΤΤ. ϹΕΒ. *Imperator Caeſar M. Firmius Pius Felix Auguſtus*.)(ΕΤΟΥϹ ΠΡΩΤΟΥ, *Anno Primo*.

Firmus alius tyrannus, non Aureliani, ſed Valentiniani Senioris aetate exortus in Mauretania, vt eſt apud *Paul. Diaconum*. Quidam tamen dicunt, ipſum ſe regem tantum, non Imperatorem adpellaſſe. A Theodoſii M. patre victus, eidem ſupplicem ſeſe exhibuit, veniamque obtinuit. Noua inde cupiens ad Iſafienſes confugit, a quorum rege captus eſt, ſed ne Theodoſio traderetur, ſibi fauces eliſit Ao. Chr. 374 aut 375. *Band*. II. p. 468. In *Golziano* numo legitur: DN. FIRMVS P. F. AVG. *Guſſeme* III. p. 236. 237.

FISCI IVDAICI. CALVMNIA SVBLATA. S. C. Palma arbor, Iudaeae in numis antiquis ſeu Iudaicis, ſeu Romanis ſymbolum, cum maioribus ſolito dactylis ſeu palmulis, quae ad caryotas *Spanhemio* Pr. I. p. 350. 354. videntur referendae.)(IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. Caput Neruae laureatum. Æ 1. Neruae, qui obuius apud *Angelon*. p. 91.) *Rubeh*. N. *Arſchot*. Tb. 32. n. 22.) *Beger*. Th. Br. III. p. 110.) *Erizzo* p. 300.) Muſ. St. *Genoveſ*. p. 68.) *Guſſeme* II. p. 58.) *Hanthaler*. Exercit. II. Tb. 5. fg. 8. p. 143.) *Harduin*. de numis Herodiadum p. 21. *et* in Oper. Sel. p. 314. 745. vbi ad annum Chr. 96. Neruae 1. refertur.) *Hauercamp*. Num. Reg. *Sueciae* Tb. 9. n. 4.) *Liebe* Goth. Num. p. 368. 369.) *Mdb*. p. 143.) *Muſell*. Impp. Tb. 55. fg. 7.) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 16. fg. 12. p. 85. 86.) *Patin*. Theſ. p. 155 *et* in *Suetonio* ſuo p. 429.) *Schulz* MzCab. II. p. 59. n. 255.) *Spanhem*. Pr. I. p. 354. II. p. 571.) M. *Theup*. p. 444.) *Vaill*. Pr. I. p. 45.) *Vicus* Tb. 4. n. 7.) *Waſer* Antiq. Num. Hebr. p. 68.) Petri Zornii Hiſtoria Fiſci Iudaici ſub imperio veterum Romanorum. Altonau. et Flensb. 1734. Eiuſd. diſſ. Anti Baroniana in numum argenteum Imperatoris Neruae de Fiſco Iudaico eiuſque Calumnia ſublata. Sedini. 1732. 4.

Fiſci Iudaici ratio poſt Hieroſolymas euerſas maximopere erat corrupta; Fiſcum enim Iudaicum in primis acerrime tunc actum fuiſſe *Suetonius* in Domitiano c. 12. auctor eſt. Laudatus vero Nerua calu-

lumnioſam Iudaeorum vexationem ſuſtulit et eorum fiſcus ab eo quidem non ſublatus, ſed tantum tranſlatus ad profeſſos Iudaeos. Iuxta editorem Muſei St. *Genovefae* p. 70. ille Neruae numus monumentum eſt grati Iudaeorum in Neruam animi, qui eos a tributo capitis, quod iis impoſuerat Domitianus, immunes continuo praeſtiterit. Sed nec a Iudaeis, ſed a Romania, et quidem *Senatus Conſulto*, quod in eodem S. C. legitur, percuſſus eſt idem numus; nec tributum capitis Iudaeis poſt eorum excidium a Domitiano, ſed iam ante a fratre eius indictum, nec ab eodem Nerua illud omnino iis remiſſum, quod breui ſubſecutis eum Imperatoribus adhuc exactum. Nulla etiam ratio ſuberat, cur ſola e prouincialibus gens Iudaica, eaque iam ante excidium ſtipendiaria ſeu tributaria, ſingulari adeo ac inſolito poſt illud excidium priuilegio gauderet. Aliam, ſed ab omni huius numi ſeu inſcriptionis in eo contentae explicatione prorſus alienam explicationem protulit *Harduin.* Oper. p. 314.

FISCI IVDAICI CALVMNIA SVBLATA, quam epigraphen alio Neruae Æ. numo add. S. C. attribuit *Mdb.* p. 144. e *Patini* Theſauro adpoſito mularum paſcentium typo, qui in alio eiuſdem Neruae numo adparet, cuius vero epigraphe eſt: VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA.

Fiſtula agreſtis. vid. *Pella.*

FIVREAS SMIES (*ſic* loco FLOREAS SEMPER) Miles ſtans d. haſtam, ſ. clipeum. Æ. Baduelae. *Band.* ll. p. 647.) *Mdb.* p. 568.

FIVREAZ ZEMPEP X. Similis epigraphe erronea. Imperator paludatus et galeatus, d. haſtam, ſ. clipeum. Æ. Eiuſd. Baduelae *Mdb.* p. 568.

FIVS pro PIVS in barbarae fabricae *Æ*. Philippi Senioris, cuius inſcriptio: PHILIPHVS FIVS AVGG. *Eckhel.* Cat. ll. p. 347.

F. K. forte *Felix Carthago* in area Æ. Diocletiani, Gal. Maximiani, Conſtantii Chlori etc.

FL. *Flaccus* cognomen. P. VAL. FL. *Publius Valerius Flaccus*, Valeriae gentis.

FL. *Flamen.* FL. D. *Flamen Diui* etc.

— *Flandorum.* LENT. CVR. X. FL. *Lentulus Curator Denariorum Flandorum.* *Morell.* Fam. p. 115.) M. *Pembrok.* Ill. Tb. 11. fg. 3. vid. *Cornelia g.*

FL. *Flauia* dicta colonia, a Veſpaſiano ac filiis deducta, de nomine gentis ſuae. Sic *Caeſarea* Palaeſtinae: COL. PR. FL. AVG. CAESAR. *Colonia Prima Flauia Auguſta Caeſarea.* vid. *Caeſarea.* — Similiter *Deultum* Thraciae in variis Imperatorum numis: COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flauia Pacifica Deultum.* v. *Deultum.* — Exſtat in collectionibus *Ligorianis* numus inſcriptus COLONIA FL. AMANVS Hiſpaniae oppidum.

— *Flauia.* vid. LEGio.

FL. *Flauia* praenomen, quod legitur:

FL. AELENA (*ſic*) AVGVSTA. *Helena* vxor prima Conſtantii Chlori. *Band.* ll. p. 114. — Similiter ſcriptum

FL. AELENA AVGVSTA *Helena* Iuliani. *Band.* ll. p. 442.

FL. ARIADNES AVGVSTA. *Ariadne* Zenonis, et dein Anaſtaſii vxor. *Golz.*

FL. HELENA AVGVSTA. *Helena* Conſtantii Chlori. *Band.* ll. p. 112 ſq.) *Vaill.* Pr. I. p. 267. — it. *Helena* Iuliani *Band.* ll. p. 422. quae et

FL. HELENAE AVG. *ib.* p. 441.

FL.

FL. IVL. CONSTANTINA AVG. *Flauia Iulia Conſtantina* cum addito *Auguſtae* titulo, Conſtantini M. filia et Galli Caeſaris coniux. *Band.* II. p. 422.

FL. IVL. HELENA AVG. *al.* AVGVSTA. *Helena* Iuliani *Band.* II. p. 441.

FL. IVLIA HELENA AVG. *al.* AVGVSTA. *Helena* Conſtantii Chlori vxor, mater Conſtantini M. *Band.* II. p. 114.) *Vaill.* Pr. I. p. 267.

FL. IVSTINA AVGG. *Iuſtina* altera Valentiniani I. vxor. *Golz.*

FL. MARCA AVG. Honorii vxor, Auguſta dicta in numo, qui ſola *Golzii* fide nititur.

FL. MARCIANA AVG. Anthemii coniux. *Golz.*

FL. MAX. CONSTANTIA AVG. *Conſtantia*, Gratiani vxor. *Band.* II. p. 490.

FL. MAX. FAVSTA AVG. *Fauſta*, filia Maximiani Herculei, et vxor ſecunda Conſtantini M. *Eckbel.* Cat. II. p. 481.

FL. MAX. HELENA. *Flauia Maxima Helena* Criſpi coniux, nec Auguſta in numis dicta. — HELENA FL. MAX. *Helena* Iuliani Imp. vxor.

FL. MAX. THEODORA AVG. *Theodora*, Conſtantii Chlori vxor poſterior. *Band.* II. p. 115.

FL. MAXIMA CONSTANTIA AVG. *Conſtantia* Gratiani coniux, iuxta *Golz.*

FL. MAXIMA FAVSTINA AVG. *Fauſtina* Conſtantii vxor. *Band.* II. p. 396.) *Liebe* Goth. Num. p. 353.

FL. SOPHIA AVG. *Sophia*, Iuſtini II. vxor. *Golz.*

FL. VAL. CONSTANTIA AVG. *Flauia Valeria Conſtantia*, Conſtantii Chlori et Theodorae filia, Licinio nupſit. *Band.* II. p. 198.

FL. ZENONIDA AVG. Coniux Baſiliſci.

FL. *Flauiae.* FL. FEL. *Flauiae Felicis* ſcil. Legionis. — LEG. IIII. FL. VI. P. VI. F. *Legio Quarta Flauia, Sextum Pia, Sextum Felix* vel *Fidelis.*

FL. *Flauiae* FL. HELENAE AVG. n. *Helenae* Iuliani *Band.* II. p. 441.

— — FL. IVL. HELENAE AVG. *Flauiae Iuliae Helenae Auguſtae.* n. Helenae Conſtantii Chlori. *Band.* II. p. 112. — *it.* n. Helenae Iuliani. *Band.* II. p. 442.

— — FL. IVLI HELENAE AVG. n. Helenae Conſt. Chlori. *Band.* II. p. 112.

— — FL. MAX. THEODORAE AVG. *Flauiae Maximae Theodorae Auguſtae* poſterioris coniugis Conſtantii Chlori. *Vaill.* Pr. I. p. 268.

FL. *Flauii.* FL. CONSTANTIS etc. *Band.* II. p. 364.

FL. *Flauio.* FL. CONSTANTINO MAX. P. F. AVG. n. Conſtant. M. *Band.* II. p. 257.) *Vaill.* Pr. III. p. 239. — FL. HANIBALIANO etc. n. Hanibaliani. *Band.* II. p. 328. 329.

FL. *Flauit* ex interpretatione *Vrſini*: L. FLAMINI CHILO. IIII. VIR. PR. FL. *Primus Flauit*; aliis: Primus Flamen. *Morell* Fam. p. 178. fg. 2.) M. *Pembrok.* III. Tb. 11. fg. 11. vid. *Flaminia* g.

FL. *Flauius.* T. FL. *Titus Flauius.*

FL. ANIC. IVSTINVS P. AVG. Iuſtinus I

— ANICIVS MAXIMVS P. F. AVG. Petronius Maximus.

— C. IOVIANVS P. F. AVG. Iouianus. *Band.* II. p. 446.

— CL. CONSTANTINVS. Conſtantinus Iun. *Bimard.* ad Iob. II. p. 318.

— CL. CONSTANTINVS NOB. CAES. Conſtantinus M. *Band.* II. p. 296 et paſſim.

FL. CL. CONSTANTINVS AVG. Conſtantinus. *Band.* ll. p. 549.

— CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. *al.* P. F. AVG. Conſtantius Iun. *Band.* ll. 225. 392. 394.

— CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. Conſtantius Gallus. *Band.* ll. 417.) *Vaill.* Pr. lll. 254.

— CL. HANNIBALIANO *al.* HANNIBALLIANO REGI. Hannibalianus. *Band.* ll. 328. 329.

— C. L. IVLIANVS NOB. C. *al.* AVG. Iulianus. *Band.* ll. p. 427 et paſſim.) *Vaill.* Pr. lll. p. 256.

— C. L. LICINIVS. P. F. AVG. Licinius Sen. *Band.* ll. p. 185.) *Vaill.* Pr. ll. p. 287.

— CONSTANS AVG. *al.* P. F. AVG. Conſtans *Band.* ll. 231 ſq.) *Vaill.* Pr. lll. 245.

— CONSTANTIS P. F. AVG. *Band.* ll. p. 364.

— CONSTANTIVS. NOB. C. *al.* AVG. Conſtantius Iun. *Band.* ll. 227. 379.) *Vaill.* Pr. lll. p. 247.

— DALMATIVS (*ſic*) NOB. C. Delmatius. *Eckbel.* Cat. ll. p. 484. In aliis

— DELMATIVS etc. *Band.* ll. p. 326 ſq.

— FOCAS P. F. AVG. *Phocas.* *Band.* ll. p. 673.

— HANIBALIANO REGI. *Band.* ll. p. 328. ſed

— HANNIBALLIANO REGI. *Eckbel.* Cat. ll. p. 485.

— IVL. CONSTANS AVG. *al.* P. F. AVG. Conſtans. *Band.* ll. 356 ſq.) *Vaill.* Pr. lll. p. 245.

— IVL. CONSTANTINVS. Conſtantinus Iun. *Bimard.* ad *Iobert.* ll. p. 318.

— IVL. CONSTANTIVS NOB. C. *al.* AVG. etc. Conſtantius Iunior. *Band.* ll. p. 369 ſq.) *Vaill.* Pr. lll. p. 247 ſq.

— IVL. CONSTANTIVS CAES. *al.* PERP. AVG. Conſtantius Gallus. *Band.* ll. 417.) *Vaill.* Pr. lll. p. 254.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. Criſpus *Band.* ll. p. 311 ſq.) *Vaill.* Pr. lll. p. 241.

— IVL. DELMATIVS. NOB. C. Delmatius. *Band.* ll. p. 327.) *Eckbel.* Cat. ll. p. 484.

— IVL. NEPOS P. F. AVG. *al.* PERP. P. F. AVG. Nepos. *Band.* ll. p. 603.

— IVLIANVS N. C. *al.* P. F. AVG. Iulianus Apoſtata. *Band.* ll. p. 434.

— LEO IVN. PERPET. AVG. Leo Iunior. *Band.* ll. p. 597.

— LICIN. LICINIVS. NOB. CAES. Licinius Iunior. *Band.* ll. p. 198.

— MAECILLI. (*ſic*) AVITVS P. F. AVG. Auitus. *Band.* ll. p. 583.

— PLAC. *al.* PLACIDIVS VALENTINIANVS P. F. AVG. Placidius Valentinianus. *Band.* ll. p. 572.) *Vaill.* Pr. lll. 265.

— POP. NEPOTIANVS P. F. AVG. Popilius Nepotianus Conſtantinus. *Eckbel.* Cat. ll p. 498.

— PRISCVS ATTALVS P. F. AVG. Priſcus Attalus. *Band.* ll. p. 554.

— SYLVANVS P. F. AVG. Syluanus. *Band.* ll. p. 422.

— VAL. CONSTANTINVS FIL. AVG. Conſtantinus M. Filius Auguſti. *Bimard.* ad *Iobert.* ll. Tb. 12. fg. 4. p. 382.) Saggi di Cortona P. lll. diff. 6. p. 156.

— VAL. CONSTANTINVS N. C. etc. *al.* AVG. vel P. F. AVG. Conſtantinus M. *Band.* ll. p. 243 ſq.) *Vaill.* Pr. lll. p. 84 ſq.

— VAL. CONSTANTIVS N. C. vel NOB. CAES. *al.* P. F. AVG. Conſtantius Chlorus. *Band.* ll. p. 93 ſq.) *Vaill.* Pr. I. p. 263 ſq. lll. p. 61. 229 ſq.

— VAL. CONSTANTIVS NOB. C. Conſtantius Iun. *Band.* ll. p. 379. 391 ſq.

— VAL. LICINIVS CAES. Licinius Iunior. *Band.* ll. p. 200.

FL.

FL. VAL. SEVERVS NOB. CAES. *al.* P. F. AVG. Valer. Seuerus. *Band.* ll. p. 125 ſq.) *Eckhel.* Cat. ll. p. 456.

— VALENTINIANVS P. F. AVG. Valentinianus Sen. *Band.* I. p. 466. 467.

— VALERIVS CONSTANTINVS. P. F. AVG. Conſtant. M. *Band.* ll. p. 296.

— V. CONSTANTIVS P. F. AVG. Conſtantius Chlorus. *Band.* ll. p. 96.

— VICTOR P. F. AVG. Victor. *Cimel. Vindob.* I. p. 27. *Band.*) ll. p. 522.

FLA. *Flaccus* cognomen. C. VAL. FLA. *Caius Valerius Flaccus.* vid. Fam. *Valeria.*

FLA. *Flauia.* FLA. MAX. FAVSTA AVG. *Flauia Maxima Fauſta Auguſta.* Maximi Herculei filia et coniux ſecunda Conſtantini M. qui ipſe dictus eſt: *Flauius Maximus Conſtantinus. Band.* ll. p. 306.

FLA. *Flauius.* FLA. VAL. SEVERVS NOB. C. *Flauius Valerius Seuerus Nob. Caeſar. Band.* ll. p. 124.) *Vaill.* Pr. I. p. 272. — DN. FLA. VALENTINIANVS P. F. AVG. *Placidius Valentin. Band.* ll. p. 572.

FLAC. *Flaccus,* qui aures latas habet et ob magnitudinem deorſum deflexas; cognomen. CN. ATEL. FLAC. CN. POMP. FLAC. *Cneus Atellius Flaccus Cneus Pomponius Flaccus,* Duumuiri. *Morell.* in Caligula Tb. 5. fg. 6 *et* in Fam. Pomponia Tb. 3. Lit. M. — C. VAL. FLAC. IMPERAT. *Caius* vel Cneus *Valerius Flaccus, Imperator.* v. *Valeria* g. — L. FLAC. P. F. AED. CVR. *Lucius* (Valerius) *Flaccus, Publii Filius, Aedilis Curulis.* v. *Valeria* g. — L. RVTILI. FLAC. *Lucius Rutilius Flaccus.* v. *Rutilia* g. — L. VAL. FLAC. AED. *Lucius Valerius Flaccus, Aedilis.* v *Valeria* g. — M. FLAC. *Marcus Flaccus. Al.* M. FVL. Q. F. FLAC. *Al.* Q. FLAC. *Al.* Q. FVL. Q. F. FLAC. PROPR. *Al.* SER. FLAC. vid. *Fuluia* gens.

FLACC. *Flaccus,* idem cognomen. M. FLACC. *Marcus Flaccus.* v. *Fuluia* g. — Q. FLACC. ANNIO II VIR. COR. *Quinto Flacco Annio Duumuiro Corinthi. Liebe* Goth. Num. p. 34.) *Morell.* Fam. Annia Lit. O. p. 16.

FLACCI. *Flaccus,* cognomen. L. FLACCI. L. F. *Al.* L. VALERI. FLACCI. vid. *Valeria* g.

Flacilla, vel *Flaccilla,* Nicephoro *Placilla,* aliis *Placidia,* nobilis Hiſpana, Theodoſii M prima vxor, femina pietate et liberalitate in pauperes inſigni. Ex hac nati *Arcadius,* et *Honorius.* Obiit Ao. Chr. 385. — Huius numi aurei, et ſi exſtant argentei ſunt rariſſimi, aerei rari.

a) *Aureus.* AEL. FLACCILLA AVG. Huius caput cum diademate ex lapillis, inauribus et monili, ad pectus cum ſtola.)(SALVS REIPVBLICAES. (*ſic*) Victoria ſedens Chriſti monogramma ☧ inſcribit clipeo, in ima parte CONOB. *Band* ll. p. 497 515.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb 19. p. 61. 62.) *Guſſeme* lll. p. 237.) *Mdb.* p. 519.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 79. fg. 3. p. 416.

b) *Argenteus. Ead. adu.*)(SALVS REIPVBLICAE Victoria ſedens idem nominis Chriſti monogramma inſcribit clipeo ſupra cippum poſito, quem tenet ſiniſtra, in area T. in ima parte ANT. B. *Band.* ll. p. 516.

c) *Aerei.* CAEL FLACCILLA *al.* FLACILLA. AVG. Huius caput ornatum.)(SALVS REIPVBLICAE. Idem Victoriae monogramma Chriſti clipeo inſcribentis typus, in imo exergo ANT. E. — ANTS. — ASIS. — ASISC. — BSIS.

BSIS. — CON. — CONA. — CONC. — CONЄ. — CONS. — TЄSA. — TES. △. — TSA. Æ 2. 3. 4. *Band.* II. p. 497. 516. 517.) *Beger.* Th. Br. II. p. 835.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 19. p. 61. 62.) *Eckhel.* Cat. II. p. 517.) *Guſſeme* III. p. 237.) *Mbd.* p. 519. 520.) *Muſell.* Suppl. Tb. 73. fg. 1.) *Patin.* Impp. p. 491.) M. *Theup.* p. 357. 358.

Ead. adu.)(*Ead. epigr.* Victoria ſedens clipeo columellae impoſito eaſdem XP. litteras inflexas inſcribit, ſed in area T. infra ANTB. — CONC. — CONЄ. — SMN. — TES△. Æ 2. *Band.* II. p. 497. 516.) *Ducang.* Tb. 19.) *Eckhel.* ib.

Ead. adu.)(*Ead. epigr.* Mulier ſtolata ſtans, manibus intra veſtem impoſitis; infra ALEB. — ANTC. — ANTΓ. — ANTЄ. — SMKΓ. — SMNA. — SMN△. Æ 2. 3. *Band.* II. p. 497. 516. 517.) *Ducang.* Tb. 19.) *Eckhel.* Cat. II. p. 517.) *Mdb.* p. 519. 520.) *Muſ. Pembrok.* III. Tb. 32. fg. 6.) M. *Theup.* p. 358. — *Al.* ſed in area crux, infra CONSЄ. Æ 2. *Band.* II. p. 516. 517.) *Eckhel* ib. — *Al.* ſed in area monogramma Chriſti, in ima parte ANT. — CON. — CON. A. — CONS. — CONSЄ. Æ 2. *Band.* II. p. 516.) *Eckhel.* ib.) *Guſſeme* III. p. 237.) *Mbd.* p. 519.) *Muſell.* Impp. Tb. 256. fg. 3.) *Patin.* Impp. p. 491. — *Al.* ſed in area hinc ſtella, inde crux, in imo SMNA. Æ 3. *Band.* II. p. 497. 517.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 19.) *Mdb.* p. 519.

Ead. adu.)(*Ead. epigr.* Mulier ſtolata ſtans, manus eleuans, infra ALEX. — ANTΓ. — CON. OBS. Æ. *Band.* II. p. 517.) *Mdb.* p. 520.) *Strada* p. 202. — *Ead. adu.*)(*Ead epigr.* Mulier ſtolata gradiens, infra SMNA. Æ. *Mdb.* p. 519.

DN. AELIA FLACCILLA AVG. Huius caput ornatum.)(SALVS REIPVBLICAE. Typus Victoriae clipeo monogramma Chriſti inſcribentis, in imo SMRP. Æ 3. *Band.* II. p. 516.

AEL. FLACCILLA AVG. Idem caput.)(SALVS REIPVBLICAES. (*ſic*) Mulier ſtolata ſtans, vtraque manu ad pectus admota, in imo exergo CONOB. Æ 3. ſed aut falſus eſt, aut ad exemplum aurei fuſus; nuſquam enim CONOB. in aereis numis legitur. *Band.* II. p. 517.

d) *Plumbeus.* *Ead. adu.*)(SALVS REIPVBLICAE. Idem mulieris ſt. typus, manibus intra veſtem impoſitis, a d. in area ſtella, a ſin. crux, in ima parte SMAN. *Band.* II. p. 516.

Flacidia gens parum nota. Inter Agrippinae Iunioris numos occurrit inſcriptio: Q. FLACIDIO II.VIRo CORinthi. *Guſſeme* III. p. 237. 238.) *Mdb.* p. 87.

FLACCO II.VIRo. COR. vid. *Corinthus,* vbi inter n. Claudii Q. FVL. FLACCO II.VIR. COR. ex Muſ. *Theup.* p. 668. pariter ſub Agrippina Iun. eadem epigraphe apud *Vaill.* Col. I. p. 164. ſicut in aliis eiuſdem Agrippinae: Q. FLACCO II.VIR. COR. vel Q. FLACCO ANNIO II.VIR. COR. exhibetur.

Flaccus ab auribus latis, vel quibus ſunt immobiles, cognomen Fuluiae genti peculiare. Primus huius nominis Q. Fuluius Flaccus conſul A. V. C. 489. exſtitit. — Idem ab aurium deformitate cognomen plurimis familiis diuerſarum gentium, Norbanae, Pomponiae, Rutiliae, Valeriae commune fuit vid. *ſuis locis* et ſub FL. — FLAC. — FLACCI. — FLACCO. *item* ΦΛΑΚΚΟΥ. — *Flaccum* Aegypti praefectum tam vehementi odio proſecutus eſt Caius

Caius Caeſar, vt in aliis quoque exoſum et ſuſpectum haberet idem nomen. *Philo* in Flaccum. p. 990.

FLACCVS II.VIR. Duo monſtra marina cum icuncula. Æ. Agrippinae Claudii. *Mdb.* p. 87. — FLACCVS II.VIR. COR. Duo monſtra marina cum nuda Venere currui inſidente. Æ. Eiuſd. *Mdb.* ib.) *Patin.* Sueton. p. 292.

Flagellum, vel *flagrum* ſaepius in d. Solis ad equos trahentes currum inſtigandos, vel ipſe currens cum flagro in manu; ita in n. Amaſiae Ponti, Nicaeae Bithyniae, Philadelphiae Lydiae, Rhodi inſulae, Tarſi Ciliciae; Pariter typus Solis cum flagro in n. Seueri, Caracallae, Elagabali, Alexandri Seueri, Maximi Caeſaris, Philipporum, Valerianorum, Poſtumi, Victorini, Claudii Gothici, Quintilli, Aureliani, Tetricorum, Floriani, Probi, Cari, Numeriani, Diocletiani, Carauſii, Allecti, Licinii Senioris, Gal. Maximini, Conſtantini patris ac filii.

— in manu athletae, bigis vel quadrigis inſiſtentis. n. Macedoniae; *it.* Fam. Anniae, Marciae, Spuriliae, Valeriae; *it.* Impp. Traiani, Seueri, Caracallae, Iuliani Apoſtatae, Placidii Valentiniani.

— in manu Annonae. n. Titi.

— in manu Dianae Epheſiae. n. Neapolis Samariae.

— in manibus trium Furiarum. n. Laodiceae Cariae.

— in manu Herculis. n. Commodi.

— in manu Iouis. n. Alexandri Seueri, Pupieni.

— in manu Martis. n. Claudiae gentis, pariter ac M. Antonii, Lepidi, Auguſti.

Flagellum. in manu Nemeſis. n. Aegarum Ciliciae, Nicopolis Moeſiae.

— in manu Victoriae in bigis vel quadrigis, in denariis Familiarum Rom. frequens typus; *it.* n. Anazarbi, Corinthi, Theſſaliae.

— in manu figurae viam repraeſentantis n. Traiani.

— in manu figurae virilis. n. Melitae, Tomorum *et* Auguſti Imp.

— in manu mulieris. n. Corinthi; *it.* Tetrici Iunioris.

FLAM. *Flamen.* FLAM. DIAL. *Flamen Dialis.* — FLAM. MART. *Flamen Martialis.*

FLAM. *Flamininus,* cognomen gentis Quinctiae.

Flamen, quaſi filamen, a filis, quae in ornatu capitis ex galero dependebant, vt *Feſtus Pompeius* interpretatur, vel vt *Seruius:* „Flamines in capite pileum, in quo erat breuis virga habens deſuper lanae aliquid. Quod cum per aeſtus portare non poſſent, filo tantum caput religare coeperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat; vnde a filio, quo vtebantur *Flamines* ſunt dicti, quaſi filamines. Verum feſtis diebus, filo depoſito, pilea neceſſe erat accipere, quae ſecundum alios ad oſtendendam ſacerdotis eminentiam ſunt reperta. *Plutarcho* a pileo, quaſi pileamines dicuntur; at *Voſſio* Flamines a flameo, hoc eſt, albo galero ſeu velamine capitis. Conf. *Solerius,* ſiue, qui ſub hoc nomine latet, *Theoph. Raynaudus* de pileo p. 140. 238. vid. *Apex.* — *Flamines* ſacerdotes quidem fuerunt, non vero pontifices; ita tamen in eorum collegium recepti fuiſſe videntur, vt, quando ſenatus rem maioris momenti ad pontifices detulerat, et ipſi ſedem in eorum collegio

gio habuerint; quod ex *Cicerone* pro domo c. 49. luce clarius poteſt comprobari; adde *Onuphr. Panuinium* de ciuit. Rom. c. 12. — Flamines hi ſingulare collegium non conſtituebant, quoniam ſinguli alicuius dei ſacris praeerant, quae quilibet per ſe adminiſtrare debebat, vt *Cicero* L. II. de legibus c. 8. docet. Quando autem nonnumquam *Flaminis diuorum omnium* fit mentio, ſciendum eſt, Flaminis pariter ac pontificis nomen ſacerdotes publicos municipiorum geſſiſſe, et ſacerdotem praecipuum hoc nomine inſignitum fuiſſe. *Spanhem.* Pr. II. p. 419. 420.

Romulo primam eorum creationem adſignat *Plutarch.* vit. Numae p. 64. ſed iſte ſcriptor in Romana hiſtoria tantam fidem, quantam alii, ſibi non vindicauit. A Numa fuiſſe inſtitutos Flamines praeter *Liuium* L. I. c. 20. confirmant *Dion. Halicarnaſſ.* L. II. p. 124.) *Aurel. Victor.* c. 3. §. 1.) *Lactant.* diuin. inſtitut. L. I. c. 22. Et quidem tres creauit Numa: *Flaminem Dialem*, id eſt, Iouialem, qui omnium maximus erat, vt Ioui ſacra faceret; huic duos Flamines adiecit: *Marti* vnum, alterum *Quirino*. — Creabantur Flamines dein a populo comitiis tributis, ita, vt pontifex maximus tres nominaret, ex quibus vnus a populo electus et conſtitutus eſt, vt ex *Valer. Max.* L. VI. c. 9.) *Gellio* L. XV. c. 27.) *Liuio* L. XXXVII. c. 54. conſtat. — Flaminibus certis de cauſis ſacerdotium eripi potuiſſe, itidem *Liuius* L. XXVI. c. 23. et *Valer. Maxim.* L. I. c. 1. §. 4. docent. — Poſtea ſupra tres illos, a Numa conſtitutos, creati fuerunt et alii Flamines, ſed minores; qualis fuit *Flamen carmentalis* apud *Cicer.* de claris orator. c. 14. et plures in prouinciis ac municipiis, quorum forma prope ad ſimilitudinem reipublicae Romanae accedebant, referente *Cicerone* pro Milone c. 10. Erant ex ordine decurionum, a quibus etiam creari ſolebant. — Maxime autem diuorum, ſiue Caeſarum, in deorum numerum relatorum, Flamines conſtituebantur, qui a diis ſuis, quos colebant, cognomen adepti ſunt, vt *Flamines Auguſtales*, *Flauiales*, *Traianales* cet. etiam alio caſu *Flamen Caeſaris dictatoris.* *Vaill.* Fam. Iul. ad n. 52. item *Flamen Claudii*, *Flamen* Adriani, paſſim in inſcriptionibus, quales illuſtrat *Spanhem.* Pr. II. p. 276.

De *Flaminibus* plura exhibent: *Henr. Dodwell.* praelection. Cambden. p. 1613. ſq.) *Laur. Theod. Gronov.* marmor. baſ. Coloſſi Tib. Caeſ. erecti c. 11. Tom. VII. Theſ. ant. Graec. *Gronov.* p. 475.) *Iac. Guther.* de vet. iur. pontificio L. I. c. 6. 11 et 29 ſq.) *Onuphr. Panuinius* de ciuitat. Rom. c. 12. 26 et 27.) *Roſin.* Antiq. Rom. L. III. c. 15 ſq.) prae ceteris *Henr. Noriſius* cenotaph. Piſanis diſſ. I. c. 4. Tom. III. Operum p. 79. 117 et diſſ. II. c. 5. p. 204.

Flamen Dialis Iouis adſiduus ſacerdos erat, nec poterat ab vrbe abnoctare, vt *Liuius* L. V. c. 52. tradit, neque licebat, exercitum videre, quod *A. Gellius* addit L. X. c. 15. De hoc Flamine Diali, eiusque dignitate, officiis ac eximiis priuilegiis legi poſſunt; *Onuphr. Panuin.* de ciuit. Rom. c. 25.) *Andr. Dominic. Floccus* de poteſt. Rom. L. I. c. 5.) *Paul. Merula* de ſacerd. Rom. c. 2. §. 9.) *Iac. Gutber.* de vet. iur. pontif. L. I. c. 31. Tom. V. Theſ. ant. Rom. p. 65 ſq.) *Iac. Oiſel.* animaduerſ. in *Gellii* Noct. Att. L. X. c. 15.) *Sam. Pitiſcus* Lex. ant. Rom. T. II. p. 162.) *Vaill.* Fam. Col. I. p. 41.

Flamen Dialis vino et farina abuti non debebat. Vnde in *N.* Corneliae gentis numo capita Bacchi et Cereris iugata, addito ad latus cornucopiae, ad denotandum,

Fla-

Flaminem Dialem ea numina ſtrenue venerari.)(SERuius LENTVLus CNei F. MALVGINENSIS. Ancilia, quae Dialis Flaminis cuſtodiae data erant; ſubtus EX S. C. Golz. Faſt. p. 230.) Guſſeme II. p. 352. n. 28.) Morell. Num. Conſular. Tb. 15. fg. 2. p. 549.) *Vaill.* Fam. Cornel. fg. 1.

Flamen Martialis, cuius dignitas praeclara, *Spanh.* II. p. 85. inter inſignia gentis Corneliae relatus occurrit. Dicitur enim L. LENTVLVS FLAMEN MARTIALIS. Ipſe ſtans velato capite, ſ. clipeum magnum, ſiue vt alii volunt, pateram grandiorem ſuſtinens, d. protenſa cum ſtella ſupra verticem alterius figurae, minoris ſtaturae, togatae, d. lituum, ſ. ſcipionem, ſiue haſtam puram tenentis. Æ. *Ruben.* Num. *Arſchot.* ad Tb. 14. n. 16. arbitratur hoc ſchemate decerni clipeum votiuum Auguſto adſtanti cum aſtro ſupra verticem. Verum *Rubenianae* ſententiae obſtare videtur, cum quod Auguſtus et ceteri Imperatores poſt eum omnes fuerint pontifices maximi, tum praeſertim, quod Impp. Romani numquam minori, ſed ſemper maiori quadam forma et ſtatura ceteris hominibus in numis repraeſentari ſoleant. *Cimel. Vindob.* I. p. 48.) *Golz.* Faſt. ad an. 750 *et* in Aug. Tb. 71. fg. 11.) *Guſſeme* II. p. 353. n. 79.) *Mdb.* p. 29.) *Morell.* Fam. Cornel. Tb. 3. fg. 7. p. 117. 118 *et* 654. *et* Theſ. Impp. I. in Auguſto p. 321. Tb. 20. fg. 14. qui denarium ad dedicationem imaginis Iul. Caeſaris refert.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 110. fg. 1. p. 535. 536.) *M. Pembrok.* III. Tb. 9. fg. 5.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 15. at capite Lentuli non velato, ſed nudo, adſtante figura non togata, ſed penitus nuda, praeterquam quod velamine quodam circa pubem cincta, ſiniſtra autem haſtam cum cuſpide, et dextra non lituum, ſed imagunculam alatam, ita vt victoriolam referre videatur, geſtet.) *Vaill.* Fam. Cornel. fg. 38. p. 327 *et* Praeſt. III. p. 21.) *Aen. Vicus* inter arg. Auguſt. n. 67. — De Lentulo Flamine Martiali et de ſumtuoſo coenae adparatu *Macrob.* Saturn., L. II. c. 9.) *Spanhem.* Pr. II. p. 85. 203.) *Galland.* Diction. voc. *Flamen Martialis.*) *Guſſeme* III. p. 238.

Flamines Martiales duo iuxta *Vrſinum* occurrunt in numis gentium Corneliae et Valeriae, quibus tertium addit *Vaillant.* Rom. Fam. II. p. 358. in gente Satriena fg. 1. Forſan duo etiam Flamines Martiales in numo Veturiae ſeu Vettiae gentis apud *Spanhem.* Pr. II. p. 204. alioſque.

Flamen Quirinalis apice inſigni obſeruatur in denario gentis Fabiae inſcripto N. FABI. PICTOR. et in clipeo QVIRIN. *Beger.* Th. Br. p. 559.) *Morell.* Fam. Fabia. p. 167. fg. 5.) *M. Pembrok.* III. Tb. 9. fg. 4.) *Vaill.* Fam. Fabia. fg. 22.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 107.) *Spanh.* Pr. II. p. 85. 86.) *Guſſeme* III. p. 197. n. 27.) *Hanthaler.* Exercit. IV. p. 1. fg. 14. p. 49.

FLAMI. *al.* FLAMIN. *Flamininus* cognomen gentis Quinctiae a flamine dictus. Caius enim Quinctius fuit Flamen Dialis, cui hoc cum toga praetexta et ſella curuli datum, et vt ſenatum ingredi poſſet conceſſum, quem cognominis Flaminini auctorem in gente Quinctia cum *Glandorpio* exiſtimat *Vaillantius*, — T. FLAMIN. *Titus* (Quinctius) *Flamininus.* — T. FLAMIN. T. F. *al.* T. FLAMI. T. F. L. N. *Titus* (Quinctius) *Flamininus*, *Titi Filius*, *Lucii Nepos.* vid. *Quinctia* g.

FLAMIN. *al.* FLAMINI. Flaminius nomen gentis Flaminiae. L. FLAMIN. vel FLAMINI. CHILO etc. — C. FLAMIN. C. F. vid. *Flaminia* g. quae

Flaminia gens plebeia a Flamine nomen habet deſumtum, et ei cognomen CHILO vel CILO, quod et ſine adſpiratione et cum adſpiratione H in denariis ſcribitur, prout modo addere, modo omittere Romani ſolebant. Dicti autem ſunt ita, quorum capita oblonga et compreſſa ſunt, vel quibus frons eminentior. Diſcrimen tamen grammatici ſtatuunt, et *Cilones* a capitis longioris vitio, *Chilones* vero a labiorum denſitate et prominentia, qui iidem *Labrones* dicti ſunt, adpellari contendunt. — In numis: 1. Caput Romae galeatum, iuxta nota denarii X et denominatio ROMA.)(L. FLAMINI*us* CILO. Victoria in citis bigis, d. corollam protendens, ſ. equorum habenas tenens. Æ. quem *Pighius* Tom II. n. 97. credit pertinere ad A V. C. 619.) *Eckhel.* Cat. II. p. 38.) *Morell.* Fam. Flaminia fg. 1. p. 178.) *Vaill.* Fam. ſed typum putat eſſe Veneris victricis, quae coronam gerat in bigis decurrentibus, ſignatae in Caeſaris, qui a Venere genus repetebat, gratiam. Falſae coniecturae reclamat denarii typus, in quo clare alata agnoſcitur Victoria.) *Guſſeme* III. p. 239. n. 5.) *Schulz.* Numoph. I. p. 156. n. 238.) M. *Theup.* p. 43.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 111. n. 1. — 2. *Al* ſimilis, ſed omiſſo CILO*nis* cognomine. Æ. *Guſſ.* ib.) M. *Pembrok.* III. Tb. 17. fg. 2. — 3. IIII.VIR. PRI. FL. *Quatuoruir* ſcil monetalis *Primus Flauit* Caput Veneris.)(L. FLAMIN*ius* CHILO. qui inter primos e quatuoruiris a Iulio Caeſare flandae monetae exſtitit ex *Suetonii* teſtimonio. Victoria in citis bigis, d. elata ſertum, ſ. equorum habenas. Æ. *Guſſeme* ib. n. 4.) *Morell.* ib. fg. 2.) *Pigbius* Tom. I. p. 452.) M. *Pembrok.* III. Tb. 11. fg. 11.) *Vaill.* Fam. ib.) *Vrſin.* a *Patin.* ib. ſed *Vrſini* prior explicatio erat PRI*mus* FL*amen.*) *Spanhem.* Pr. II. p. 168. cui caput Monetae videtur. — 4. Caput Iulii Caeſaris laureatum, ſine epigraphe.)(L. FLAMINIVS IIII.VIR. Felicitas matronali habitu ſtans, d. caduceum tenens, ſ. haſtam puram. *N.* *Golz.* in Iul. Caeſ. Tb. 8. fg. 23. *Nonn.* Tb. 7. n. 23.) *Morell.* in Aug. Tb. 10. fg. 27. p. 114. — Idem ab vtraque parte typus, ſed Æ. *Vrſin.* a *Patino* auct. in Fam. Flaminia n. 3. p. 111 *et* in Fam. Iulia Tb. 6. n. 2. p. 131. 133.) *Vaill.* Fam. Flaminia Tb. 64. fg. 7. p. 438 *et* in Iulia Tb. 74. fg. 35. p. 518. itemque Pr. II. p. 4.) *Morell.* Fam. Flaminia fg. 3. p. 179. *et* in Iul. Caeſ. Tb. 3. fg. 40. p. 53. 54.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 3. n. 11.) *Beger.* Th. Br. II. p. 603.) *Guſſeme* ib. n. 6. ſed capiti Caeſaris ſimpulum et lituum addit.) *Mdb.* p. 7.) *Occo* p. 10.) M. *Pembrok.* III. Tb. 21. fg. 12.) *Spanhem.* Pr. II. p. 168.) M. *Theup.* p. 43.) *Ant. Zantan.* in Caeſaris arg. Tb. 3. n. 15. — 5. C. CONSIDI. NONIANI. S. C. Caput Veneris Erycinae myrto coronatum.)(L. FLAMIN. CHILO. Victoria in bigis, vt ſupra. Æ. *Guſſeme* III. p. 238. n. 2.) *Morell.* Fam. ib. fg. 4. p. 179.) *Vaill.* Fam. ib. — 6. Caput Iouis Capitolini in laurea.)(L. FLAMINI. C. F. ROMA. Victoria ſtans coronam imponit tropaeo, ſ. palmam gerit. Æ. Quin. *Erizzo* p. 36.) *Golz.* Faſt. p. 103. ad A. V. C. 530.) *Guſſeme* ib. n. 1.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 16. fg. 19. p 557.) *Vaill.* Fam. ib. — 7. Caput Romae galeatum, ante ROMA. poſt X denarii ſignum.)(L. FLAMINI. C. F. *Caius Flaminius, Caii Filius.* Victoria citis bigis inſiſtit, equos ſeutica propellens. Æ. *Erizzo* p. 37.) *Golz* Faſt. p. 104.) *Morell.* Num. Conſular. ib. fg. 20. p. 558.) *Vaill.* Fam. ib. — 8. Capita iugata Penatium laurea coronata, ante vero illa duae litterae initiales D. P. id eſt, *Dii Penates.*)(Sella curulis praetoria, ſupra quam bilanx, in cuius medio cornucopiae, ad latus caduceus, in area EX. S. C. in imo exergo: L. FLA-

FLAMINIVS C. F. Cum in hoc denario non adſcribatur nomen Romae, extra vrbem cuſus eſſe videtur, videlicet in Sicilia, ad quam recens prouinciam factam miſſus fuit C. Flaminius, ex *Solino*. *Golz.* Faſt. p. 105 ad an. V. C. 533.) *Guſſeme* ib. n. 3.) *Morell.* ib. fg. 21.) *Vaill.* Fam. ib. — 9. Caput Iul. Caeſaris laureatum, ſine epigraphe. Ab altera parte aream numo per tranſuerſum et in circuitu haec occupat inſcriptio: L. FLAMINIVS T F L. N. IIII. VIR. A. A. A. F. F. *Lucius Flaminius, Titi Filius, Lucii Nepos, Auro Argento Aere Flando Feriundo.* AR. *Golz.* in Iul. Caeſ. Tb. 13. fg. 3. *Nonn* Tb. 12. fg. 3.) *Biaeus* N. Caeſ. Tb. 3. n. 16.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 16. fg. 22. p. 558 *et* in Iul. Caeſare Tb. 9. fg. 8. p. 103.) *Hieron. de Grandis* de numo familiae Flaminiae, ſiue de L. Flaminio L. F. L. N. etc. et Caeſaris capite. Mſt.) *Guſſeme* III. p. 239. n. 7. — De ſolitariis litteris in n. Flaminiae gentis, quae plurimis reipublicae Romanae denariis non incuſae, ſed inſcalptae ſeu inciſae ſunt, legendus eſt *Neumann.* Pop. Num. II. p. 185 ſq.

FLAMININ. *Flamininus* cognomen Quinctiae gentis. T. FLAMININ. T. F *Titus.* (Quinctius) *Flamininus, Titi Filius.*

FLAMINIVS nomen gentis. vid. *Flaminia* g.

FLAND. *Flandorum.* LENT. CVR. X. FLAND. *Lentulus Curator Denariorum Flandorum.* v. *Corneliae* g.

Flaturarii in codice Theodoſiano dicuntur, quibus cura erat flandae monetae. *Spanhem.* Pr. II. p. 168.

FLAV. *Flauia.* A. FLAV. *Prima Flauia* iuxta *Harduinum.* — C FLAV. CAESAR. *Colonia Flauia Caeſarea* Palaeſtinae. — *Al.* COL. PRIMA FLAV. CAESAR. vid. *Caeſarea* Palaeſtinae. — COL. FLAV. AVG. COR. vid. *Corinthus.*

FLAV. *Flauia.* FLAV. IVL. HELENA AVG. *Helena* Iuliani. *Band.* II. p. 441. — FLAV. MAX. FAVSTA. *Al.* FLAV. MAX. FAVSTA AVG *Al.* FLAV. MAXIMIANA FAVSTA AVG. *Fauſta,* vxor ſecunda Conſtantini M. *Band.* II. p. 306 ſq.) *Eckhel.* Cat. II. p. 481.) *Vaill.* Pr. III. p. 240.

— *Flauius.* FLAV. CONSTANTIVS NOB. CAES. *Conſtantius* Iunior. *Band.* II. p. 380. FLAV. DELMATIVS NOB. C. *Delmatius* Caeſar. *Eckhel.* Cat. II. p. 484. — FLAV. ROMA. vid. *Flauia* g. — C. FLAV. HEMIC. LEGAT. PROPR. *Caius Flauius Hemicyclus* vel *Hemichordus* Bruti *Legatus Pro Praetore. Eckhel.* Cat. II. p. 38. ſed HEMC. etc.

— *Flauo.* TIB. FLAV. II. VIR. *Tiberio Flauo Duumuiro.*

FLAVI. *Flauia.* COL. FLAVI. CAESAR. *Colonia Flauia Caeſarea* Palaeſtinae.

— *Flauius.* L. FLAVI. C. F. SAEVINVS, *Lucius Flauius, Caii Filius, Saeuinus.*

Flauia gens plebeia, ſed conſularis, nomen habens a flauo colore ex viridi et rufo et albo concreto, qui fuluo clarior, qualis eſt color auri et mellis et ariſtarum, cum iam maturauerunt. Cognomen in numis eſt FIMBRIA. *Nonius* cuiuſlibet rei extremitatem hoc nomine ſignificari tradit. SAEVINVS a ſaeuo deminutiuum. Brutianarum partium Flauius quidam cum demidiato cognomine HEMIC. Conf. Z. Z. Z. diſquiſitio de *Hemichora* Siciliae et gentis Flauiae et Mitreiae numis, quae legitur in Miſcell. Obſeruatt. in auct. vet. et recent. ab eruditis Bri-

Britannis. Vol. V. Tom. III. p. 103. ad 107. — 1. C. FLAV. HEMIC. LEG. PROPR. Caput Apollinis nudum, iuxta lyra.)(Q. CAEP. BRVT. IMP. *Quintus Caepio Brutus Imperator.* Victoria coronans tropaeum. In hoc Æ. denario quid per vocem HEMIC. ſit intelligendum magnopere dubitant viri eruditi. Credidit *Perizonius* diſſ. 3. THEMIS eſſe ſcriptum, quae coniectura, cum contra numos ſit, neque *Vaillantio* placuit, neque *Morellio*. Vnde *Vaillantius* ex illo vocabulo facit HEMI*Cyclum*, hoc eſt, ſellam ſemicircularem; id vero eſt aliquid velle dicere, qualecunque id tandem ſit, ne nihil plane dicas, et arripere quamcunque Latinam vocem, quae ab hiſce litteris incipiat. Quid enim huc facit talis ſellae nomen cuius nullum in numo veſtigium adparet. Haec *Perizonius*; Neque *Hauercampo* ad *Morell.* Fam. p. 180. n. 2. illud *Hemicyclus* probatur, cum magis ad typum numi accedat, ſi legamus HEMI*Chordus*, ad quod Flauii cognomen adludere poteſt Apollo cum cithara ſua chordis inſtructa.) *Eckhel.* Cat. II. p. 38. eundem profert denarium, ſed eius epigraphe eſt: C. FLAV. HEMC. (*ſic*) etc.) *Guſſeme* III. p. 239. n. 1. qui HEMIC.) *Vrſin.* a *Patino* auct. — 2. Caput Romae galeatum.)(FLAV. ROMA. Diana bicornis in bigis. Æ. *Guſſ.* ib. n. 4.) Muſ. *Theup.* p. 43. — 3. Idem caput Romae galeatum, retro X denarii nota.)(FLAVS. (*ſic*) ROMA. Eadem Diana in citis bigis, d. coronam geſtans, ſ. tenens habenas. Æ. *Eckhel.* Cat. II. p. 38.) *Morell.* Fam. Flauia p. 179. n. 1.) *Vaill.* Fam. Flauia. — 4. FIMBRIA Capita Caſtoris et Pollucis laureata.)(C. FLAVIVS T. F. *Caius Flauius, Titi Filius.* Aquila legionaria inter duo ſigna militaria. Æ. *Golz.* Faſt. p. 157. ad A. V. C. 649. quo conſul fuit Fimbria.) *Vaill.* ib. ſed obſeruat, a quaeſtore C. Flauio Fimbria cuſum fuiſſe hunc denarium A. V. C. 632. occaſione coloniae Carthaginem lege Rubria deducendae. Aquila et ſigna militaria veteranos milites reſpiciunt, qui in coloniam mittebantur, Dioſcuri vero felicem eorundem nauigationem.) *Guſſeme* ib. n. 2.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 16. fg. 23. p. 558. — 5. L. FLAVI*us* C. F. SAEVINVS. Caput Romae galeatum.)(Caduceus in medio duorum copiae cornuum cum vocibus EX S. C. in corona e lauro compoſita. Æ. *Golz.* Faſt. p. 197. ad A. V. C. 720.) *Guſſeme* ib. n. 3.) *Morell.* ib. fg. 24.) *Vaill.* ib. — 6. AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti laur.)(C. V. I. CEL. L. BACCIO MV. FESTO II.VIR. *Colonia Victrix Iulia Celſa. Lucio Baccio, Manio Feſto, Duumuiris.* Bos coloniae ſymbolum. Æ. Numum hunc ob cognomen *Feſti* inter familiarum numos referri a *Morellio* Fam. p. 180. fg. 3. putat *Hauercampus.* vid. *Celſa* n. 4.

Flauia Domitilla, ΦΛΑΟΥΙΑ ΔΟΜΙΤΙΛΛΑ, Veſpaſiani coniux. vid. *Domitilla.*

FLAVIA HELENA AVGVSTA, *Helena* Conſtantii Chlori, *Vaill.* Pr. III. p. 231. — *Alia* eſt Iuliani vx.

FLAVIA MAX*ima* CONSTANTIA, filia Conſtantii Imperatoris, vt interpretatur *Ducang.* Fam. Byzant. p. 51. in veteri numo *Golziano.*

FLAVIA MAXIMA FAVSTA AVGVSTA, *Fauſta*, Conſtantini M. vxor ſecunda. *Band.* II. p. 306.) *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 4. p. 53.

Flauiae gentis Imp. Veſpaſiani ſtemma apud *Harduin.* Oper. Sel. p. 425 ſq.

Flauiae adpellatio indita pluribus coloniis ſub Veſpaſiano ac filiis deductis, vt docent plures earum vrbium numi FL. vel Graece ΦΛ. ſiue ΦΛΑ. aut ΦΛΑΟΥΙ. inſcripti. Ita

Amanus Hiſpaniae apud *Ligerium*: COLONIA FL. AMANVS.

Caeſarea in Palaeſtina, ſub Veſpaſiano colonia facta; obuium illud *Flauiae* cognomen in vrbis illius numis ſub Tito ac aliis dein Imperatoribus percuſſis. *Patin.* Impp. p. 195. 220. 249. 255. 261. vid. *Caeſarea.* — In eiuſdem Titi numo ſignata eadem Caeſarea: COL. CAESAREA LIB. ΦΛΑ. ſeu *Libera Flauia.* Fruſtra *Harduin.* Sel. Oper. p. 39. poſtremas has litteras ΦΛΑ. in ſimili Caracallae apud *Triſtanum* II. p. 168. numo, quod idiomatis ſint diuerſi, ad aeram reuocat 531. quae vtique eadem in Tito ac Caracalla, vt monuit *Vaill.* Num. Colon. I. p. 135. ſtatui neutiquam potuit. *Bimard.* ad *Iob.* II. p. 239. Neque vero aliunde ignotae bilingues ſubinde in coloniarum numis, vti et in lapidibus antiquis, inſcriptiones. Ex numorum monumentis etiam conſtat, *Flauias* dictas plures alias vrbes, modo cum, modo ſine coloniae cognomento, quae ab iiſdem Flauiis, Veſpaſiano ac filiis Tito et Domitiano, ſunt hoc nomen nactae, cum Veſpaſianus Flauius eſſet origine.

Chalcis Syriae ſub Domitiano *Flauiae* nomen adſumſit, inde ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ in numis Traiani, Hadriani, Veri, Commodi.

Commagene, pars Syriae, a Veſpaſiano in prouinciam Romanam redacta, ab eo dicta eſt *Flauia*, teſte *Suetonio* in Veſp. c. 8. Legitur ΦΛΑΟΥΙΑ in n. Hadriani, L. Veri, Sept. Seueri, Caracallae, Elagabali, Alex. Seueri, Philippi Senioris, Decii.

Corinthus Achaiae plurimis a Domitiano adſtricta beneficiis adſumſit etiam *Flauiae* cognomen. Hinc in numis Domitiani: COL. FLAV. AVG. COR. *Colonia Flauia Auguſta Corinthus.* — Vel adiunxit *Iuliae* nomen, quod a Iulio, coloniae fundatore acceperat: COL. IVL. *Flauia* AVG. COR.

Deultum Thraciae, colonia a Veſpaſiano deducta ab eodem *Flauia* nuncupatur: COL. FL. PAC. DEVLT. *Vaill.* Col. II. p. 33.

Eumenia Phrygiae *Flauia* a Fl. Veſpaſiano cognominata: ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΦΛΑΒΙΩΝ n. Antonini Pii.

Neapolis Samariae, ab eodem Imp. *Flauia* vocata, legitur ſub Tito: ΦΛΑΟΥ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ, *Flauia Neapolis Samariae*, ſub Domitiano: ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡ. ſub Antonino Pio, M. Aurelio, Fauſtina Iuniore, Commodo, Caracalla, Macrino, Diadumeniano, Elagabalo: ΦΛ. ΝΕΑΠ. ΣΥ. ΠΑ. vel ΦΛ. ΝΕΑϹ Π. ϹΥΡ. ΠΑΛΕ. vel ΦΛ. aut ΦΛΑ. ΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ vel ΦΛΑΟΥΙΑΣ ΝΕΑΣ ΠΟΛΕΩΣ ϹΥΡΙΑϹ ΠΑΛΑΙϹΤΙΝΗϹ, *Flauiae Neapolis Syriae* Palaeſtinae.

Philadelphia Lydiae extremis etiam temporibus *Flauia* dicta: ΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. n. Gordiani, Philippi.

Samoſata Commagenes in Flauii Veſpaſiani gratiam: ΦΛ. ϹΑΜ. vel ϹΑΜΟϹ. vel ϹΑΜΟϹΑΤΕΩΝ. *al.* ΦΛΑ. ϹΑΜΟ. n. Hadriani, L. Veri, Sept. Seueri, Caracallae, Elagabali, Alex. Seueri, Philippi Senioris, Decii.

FLAVIA legio dicta, quae a Veſpaſiano conſcripta fuit, ex *Dione*. Hanc vidimus in Gallieno cum typo leonis pedibus anterioribus adſurgentis. Æ. cum epigr. LEG. IIII. FL. VI. P. VI. F. *Vaill.* Pr. II. p. 359. — In Æ. Victorini Sen. prodit

prodit cum typo duorum leonum ex aduerſo ſtantium, et ſupra in area caput galeatum fortaſſe Palladis, quam gens Flauia prae ceteris diis colebat. Inſcriptio eſt: LEG. IIII. FLAVIA P. F. *Vaill.* Pr. III. p. 15.) M. *Pembrok.* I. Tb. 22. fg. 9.

FLAVII FOCAS PERP. AVG. ſic *Focas. Band.* II. p. 673.) *Vaill.* Pr. III. p. 273.

FLAVIO FESTO II.VIRo. *Velazquez* Enſayo Tb. 12. fg. 1. p. 91. vid. *Celſa* Hiſpaniae.

FLAVIOBRICA AVGVSTA Hiſpaniae, de qua colonia *Spanb.* Pr. II. p. 604.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 86. vid. *Amanus.*

Flauiopolis Bithyniae, quae vetuſtius legitur, *Cretia*, vel *Cratia*: φλαυιόπολις, ἡ καὶ Κράτεια, vid. *Cretia.*

Flauiopolis Ciliciae campeſtris vrbs mediterranea prope fontes Calycadni ac ſub Tauro monte ſita, quae eſt φλαβιὰς, *Flauias*, Hieroclis et alterius Notitiae in Cilicia ſecunda. *Cellar.* Notit. Orb. Ant. II. p. 204. Nomen trahit a Flauio Veſpaſiani gente, et ab ipſo Imperatore condita, vel reſtaurata, quando ille Ciliciam in prouinciam redigit A. V. C. 827. ex *Suetonio*, vnde deinceps aeram computauit, vt numis ET. HZ. *Anno* 68. — ΔIP. 114. — AMP. 141. — BMP. 142. — ΓMP. 143. — ΔMP. 144. — ENP. 155. inſcriptis confirmatur. *Harduin.* Oper. Sel. p. 180. 181.) *Vaill.* Gr. Impp. p. 290. — Numi ſunt:

a) *Antonini Pii.* 1. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ET. HZ. *Flauiopolitarum, Anno* 68, ducto aerae initio ab autumno anni V. C. 827. Flauii Veſpaſiani ſexto, et eſt V. C. 894. Antonini vero 4. Capita Serapidis cum modio, et Iſidis cum flore loti aduerſa. Æ. 3. *Guſſeme* III. p. 240. n. 1.) *Harduin.* p. 180.) *Vaill.* Gr.

b) *M. Aurelii.* 2. Eadem aduerſa. Æ 2. *Vaill.* Gr. p. 290.

c) *Commodi.* 3. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΔIP. *An.* 114. V. C. 940. Commodi 8. Eadem vrbis numinum capita Serapidis et Iſidis. Æ 2. *Harduin.* p. 180. 791.) *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* ib. n. 2. ſed perperam M. Aurelio tribuit.

d) *Caracallae.* 4. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ET. AMP. *An.* 141. V. C. 967. Caracallae 4. Caput Serapidis cum modio. Æ 1. *Guſſeme* ib. n. 3.) *Harduin.* p. 181. 809.) *Vaill.* Gr. — 5. *Al.* cum BMP. *An.* 142. V. C. 968. Caracallae 5. Capita Serapidis et Iſidis aduerſa. *Harduin.* p. 180.

e) *Plautillae.* 6. ΦΟΥΛΟΥΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ CEB. *Fuluia Plautilla Auguſta.* Huius caput.)(ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΓMΓ. *An.* 143. V. C. 969. Idem typus. *Harduin.* p. 180. 809.) *Strada.*, qui vero minus recte ΒΝΓ pro ΓMΓ.

f) *Diadumeniani.* 7. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΔMP. *An.* 970. Victoria ſtans, d. palmam, ſ. coronam. Æ 2. *Guſſeme* ib. n. 4.) *Harduin.* p. 181.) *Vaill.* Gr.

g) *Elagabali.* 8. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Fortuna ſtans cum temone. Æ 2. *Guſſ.* n. 5.) *Vaill.* Gr.

h) *Alexandri Seueri.* 9. AYT. KAI. C.... *Imp. Caeſar Seuerus*... Caput Seueri Alexandri laureat.)(ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΑΝΡ. *An.* 154. V. C. 980. Alexandri 6. Capita aduerſa Serapidis modio ornatum et Iſidis cum loto. Æ 2. Muſ. *Theup.* p. 1024. 1025. — 10. *Al.* cum anno ENP. 155. V. C. 981. Alexandri 7. eodemque duorum numinum typo. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Guſ-*

Guſſeme III. p. 241. n. 6. ſed erronee ΕΛΡ. adpoſito numero 155.) *Harduin.* p. 181 et 822. at vtroque loco ΡΝΕ ſcriptum.

i) *Valeriani Senioris.* Π. ΑΤΤ. Κ. Π. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝ.... *Imp. Caeſ. Publ. Licin. Valerianus*.... Huius caput laureat.)(ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΔΠΡ. *An.* 184. Caput Iouis Serapidis cum modio. Æ 1. M. *Theup.* p. 1080.

Flauiopolis Thraciae vrbs, et colonia a Veſpaſiano conſtituta. *Plinio* L. IV. c. 18. „Colonia Flauiopolis, vbi antea *Zela* oppidum vocabatur. A Veſpaſiano Titoue Flauiae gentis id nomen habet. *Vaill.* Col. I. p. 131. — COL. FLAVIOPOLIS. n. Titi. *Golz.* Theſ. p. 239.) *Harduin.* Oper. p. 60.

FLAVIORVM. vid. AETERNITAS. — AETERNITATI FLAVIORVM, epigraphe templi in honorem Veſpaſiani totiusque ſimul Flauiae gentis erecti.

Flauius praeter Veſpaſianum eiusque poſteros Flauiorum Conſtantinorum genus nobilitat, quorum ſtemma ex ſolis numis antiquis apud *Harduinum* Oper. p. 428. Legitur et

— archon *Abydenorum.* ΕΠΙ ΑΡΧ. ΦΛ. ΚΑΠΙΤΩΝΟϹ, *ſub Archonte Flauio Capitone.*

— archon *Acmonenſium:* ΦΛ. ΠΡΕΙϹΚΟΥ ΑΡΧ. *Flauio Priſco Archonte.*

— duumuir *Celſae* Hiſpaniae: M. FESTO. *Manio* (Flauio) *Feſto.*

— praetor *Colophoniae:* ΕΠΙ ϹΤΡΑ. ΦΛ. ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥϹ, *Sub Praetore Flauio Agathocle.* n. Etruſcillae. *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* V. Tb. 6. fg. 2.

Flauius praetor *Cymes* Aeolidis: ΦΛ. ΠΑΥ. ϹΕΡΩΤΟϹ, *Flauius Pauſanias Serotis* filius; vel iuxta alios: ΦΛ. ΠΑΥΣ. ΕΡΩΤΟΣ, eiuſdem Cymes praetor.

— praetor alius *Cymes:* ΦΛ. ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ, *Flauio Menophanto.*

— pontifex maximus *Eumeniae* in Phrygia: ΦΛ. ΦΙϹΙΚΟΥ ΑΡΧΙΕ. vel Φ. ΦΙϹΙΚΟΥ ΑΡΧΙ. *Flauio Phiſico.* n. Otaciliae.

— praetor *Germes* Helleſponti: ϹΤΡΑ. Μ. ΦΛ. ΝΕΙΚΟΜΑΧΟΥ, *Praetore Marco Flauio Nicomacho.*

— archon *Halicarnaſſi* Cariae: ΦΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ ΑΡΧ. *al.* ΑΡΧ. Γ. ΦΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ, *Archonte Caio Flauio Maximo.* n. Caracallae, Gordiani.

— archon alius eiuſdem *Halicarnaſſi:* ΑΡΧ. Τ. ΦΛ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ in numo ſuſpecto.

— magiſtratus *Hierapytnae* Cretae: ΕΠΙ ΦΛΑΟΥΙΟΥ, *Sub Flauio.* n. Caligulae.

— praetor, *Hipaepae* Lydiae: ϹΤΡ. ΦΛΑΟΥ. ΙΕΡΑΚΟϹ, *Praetore Flauio Hierace.* n. Tranquillinae.

— praetor alius *Hypaepae:* ϹΤΡ. ΦΛ. ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΕΙΚΩΝΟϹ, *Praetore Flauio Hermelao Nicone.* n. Traiani Decii.

— ſcriba *Magneſiae* ad Maeandrum: ΓΡ. ΦΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ, *Scriba Flauio Maximo.* n. Alexandri Seueri. — *Al.* ΓΡ. ΦΛ. ΒΑϹϹΟΥ, *Scriba Flauio Baſſo.*

— magiſtratus *Marcianopolis:* ΥΠ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ, *Sub Flauio Vlpiano.* n. Caracallae:

— archon *Meli* inſulae: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΦΛ. ΕΠΑΦΡΑΠΟΥ, *Sub Archonte Epaphrapo;* vel ΦΛ. ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΥ, *Flauio Epaphrodito.*

Flauius

Flauius magiſtratus *Nicopolis* ad Iſtrum : ΤΠ. ΦΛ. *al.* ΤΠ. ΦΛΑΟΥ. *Sub Flauio.* n. Caracallae. — ΤΠ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝ. vel ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ, *Sub Flauio Vlpiano.* n. Sept. Seueri.

Flauus a capillitio dictus, cognomen Baebiae gentis. *Vaill.* Col. I. p. 22. et Clodiae. *Vaill.* ib. p. 16. TIBerio FLAVO PRAEFecto GERManorum etc. et in alio Auguſti numo : TIB. CLOD. FLAVO PRAEF. GERM. vid. *Caeſar Auguſta.* — Q. BÆBio FLAVO II.VIRo. n. Calaguris in n. Auguſt. — L. VALerio FLAVO T. VALerio MERVLA AEDilibus. n. Calaguris in Tiber. vid. *Calaguris.*

FLAVS pro FLAVIVS in Æ. Flauiae gentis. *Eckhel.* Cat. II. p. 88.) *Morell.* Fam. Flauia fg. 1.) *Vaill.* Fam. eodem.

FL. D. *Flamen Diui.*

Flexus Maeandri, ſupra quos volans aquila, hinc et inde pileus Dioſcurorum. n. Apameae Phrygiae. *Geſner.* Tb. 10. fg. 32.) M. *Hunter.* p. 33. — Marſyas, vel Satyrus ſtans in flexus Maeandri modulans duplicem tibiam. n. Apameae eiuſd. M. *Hunter.* p. 34.) *Peller.* Tb. 43. fg. 19.

FL. FEL. *Flauiae Felicis* ſcil. legionis.

FLICISS. pro FELICISSimo. n. Diocletiani : DN. DIOCLETIANO FLICISS. *Band.* II. p. 35.

FLOR. *Florus* cognomen Aquiliae gentis a florum ſtudio.

Flora, dea quaedam a Romanis in honore habita, quam floribus praeeſſe volebant. Hanc meretricem fuiſſe aiunt ; quae cum magnas opes corporis quaeſtu quaeſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit heredem, certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo foenore ſuus natalis celebraretur dies editione ludorum, quos adpellabant *Floralia*, ſiue ludos Florales. Quod quia ſenatui flagitioſum tractu temporis videbatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, vt pudendae rei quaedam dignitas adderetur ; Deam finxerunt eſſe, quae floribus praeſit, eamque oportere placari, vt fruges cum arboribus et vitibus bene proſpereque floreſcerent.

Florae caput, cui corona ex floribus contexta eſt iuxta *Ouidium* L. IV. Faſtor.

Mille venit variis florum dea nexa coronis ;

et flos pone caput, Florales ludos exprimit in denariis Fam. Claudiae pariter ac Seruiliae. *Morell.* Fam. p. 39. 391. — Idem typus. n. Corcyrae in Plautilla.

— — laureatum et inauribus ornatum. n. Maſſiliae.

FLORAL. PRIMVS. *Floralia Primus* inſtituit ; at *Harduin.* in *Plinio* ſuo Tom. II. p. 139. not. 9. pro more ſuo in plurimis numis exponendis vocem PRIMVS diſiicit et legit : FLORALia PRopriis IMpenſis Veneri Sacrauit. Caput *Florae*, in cuius honorem Floralia iſta celebrabantur, floribus redimitum, pone quod lituus, auguris inſigne.)(C. SERVEIL. M. F. *Caius Seruilius, Marci Filius.* Duae figurae militares ſtant, tollentes dextras pugionibus armatas Æ. Seruiliae gentis. *Beger.* Th. Br. p. 585.) *Guſſeme* VI. p. 160. n. 6.) *Hanthaler.* Exercit. III. p. 35.) *Harduin.* l. c.) *Morell.* Fam. Seruilia p. 391. fg. 4.) *Oiſel* Sel. Num. Tb. 98. fg. 12. p. 488.) M. *Pembrok.* III. Tb. 3. fg. 21.) *Schulz.* Numoph. I. Tb. 5. fg. 6. p. 269 ſq.) *Spanhem.* Pr. II. p. 146 ſq.) M. *Theup.* p. 94.) *Vaill.* Fam. Rom. II. p. 409.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 260 ſq.) *Sueton.* ex editione *Graeuii* p. 610.

Floralia, ſiue *Florales ludi* apud Romanos celebres, Florae deae ſacri, memoriae vero meretricis conuenientes, ſumma laſciuia et licentia Romae peragebantur. Nam praeter verborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quas ſpectatores impudicis motibus detinerent. Ludi iſti aedilibus curulibus erant commiſſi et primum a C. Seruilio editi. De quorum origine, procuratione et ſollemnitate *Spanhem.* Pr. II. p. 145 ſq.) *Schurzfleiſch.* diſſ. de ritu flores ſpargendi. 1679 et 1699.

Floralia quando Romae coepta, docet inter alios *Vaillant.* Fam. Seruil. ad n. 17. Incidebant IV. Cal. Maii teſtantibus *Plinio* L. XVIII. c. 29. et *Varrone* de re ruſtica L. I. c. 1. — *Borrichius* Antiq. vrb. Rom. fac. c. 7. ex *Ouidii* effato probare voluit, feſtum hoc primum menſe Aprili celebratum, poſtea vero in Maium translatum eſſe. Poeta ne verbo quidem huius rei mentionem facit, vt ex his ipſis verſibus L. V. Faſtor. vſ. 183 ſq. ad quos prouocauit, cognoſci poteſt:

Mater, ades, florum ludis celebranda iocoſis;
Diſtuleram partes menſe priore tuas.
Incipis Aprili, tranſis in tempora Maii;
Alter te fugiens, cum venit alter, habet.
Cum tua ſint cedantque tibi confinia menſum,
Conuenit in laudes ille, vel iſte, tuas.

Poeta initium illorum menſe Aprili ac finem Maio adſignat; inde vero nullo modo ſequitur, ferias has ex vno in alterum tanslatas eſſe menſem.

FLOREAS SEMPER. Figura militaris galeata ſtans, d. haſtae, ſ. clipeo humi poſito innititur. n. Iuſtini. *Band.* II. p. 627. — *Eadem epigr.* idemque armati typus. Æ 3. Baduelae. *Band.* II. p. 647.) *M. Theup.* p. 368. 1210.

Flores, vid. *Flos*.

FLORIANI AVG. vid. VIRTVS FLORIANI AVG.

Florianus (Marcus Annius) Taciti frater ex eadem matre, ſed ex alio patre, vt creditur; vir prodigus et cupidus imperandi, mortuo fratre Ao. Chr. 276. V. C. 1029. arripuit imperium tanquam hereditarium, non exſpectato iudicio ſenatus. *Vopiſc.* in Floriano c. 1. Sed vix in Occidente a militibus Imperator ſalutatus fuerat, cum accepiſſet, Probum a militibus Orientis electum, fortitudine illi imparem, venas ſibi ſecari iuſſit, cum nollet priuatus viuere; alii a militibus Tarſi, acclamato Probo, occiſum narrant. Licet autem duos tantum vel tres menſes imperaſſe dicatur Florianus, numi eius maximi non admodum perrari ſunt, ſed tantum cum trium Monetarum typo et epigr. MONETA AVG. qui teſtes ſunt, Florianum curaſſe aut etiam confirmaſſe legem, quam de monetis Tacitus tulerat, teſte *Vopiſc.* in Tacito c. 9. quaue cauit, vt ſi quis argento publice priuatimque aes miſcuiſſet, ſi quis auro argentum, ſi quis aeri plumbum, capitale eſſet cum bonorum proſcriptione. — Mediocris moduli numi omnes ſunt rari, parui moduli obuii; ex argento aeque ac auro rariores. — De vxoris Floriani, liberorumque ipſius nomine apud auctores nulla mentio; et tamen liberos ipſi fuiſſe certum eſt.

Floriani numos, ob breuitatem imperii raros, vel ediderunt vel recenſuerunt, ſiue in catalogis ſuis exhibuerunt: Muſ. *Alb.* II. Tb. 89. fgg. 1. 2. p. 59.) *Angelon.* p. 279. vel 342.) *Band.* I. p. 430 ad 438.) *Cimel. Vindob.* Tom. I. Tb. 4.

4. fgg. 23. 24. *it.* Tb. 5. fg. 1. p. 18. 19. 137. *it.* Tom. II. Tb. 93. fg. 2 *et* Tb. 94. fg. 1. p. 23.) *Eckhel.* Cat. II. p. 404 ad 406.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 244 ad 247.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 867. 868.) *Hulſius* Impp. fg. 52. p. 104.) *Khell.* Suppl. p. 204. 205.) *Mdb.* p. 411.) *Muſell.* Impp. Tb. 234. fgg. 6 ad 10. *Eiuſd.* Suppl. Tb. 46. fgg. 4 ad 8.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 11. fg. 11. p. 57. *it.* Tb. 81. fg. 5. p. 424.) *Patin.* Impp. p. 435 *et* Ind. p. 29.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* IV. Tb. 15. fgg. 1. 2. 3. p. 221 ad 223. *it.* Tom. V. Tb. 24. fg. 6. p. 333. 334.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 29. fg. 5.) *Schulz* MzCab. III. p. 51.) *Spanhem.* Praeſt. paſſim.) *Strada* p. 259.) Muſ. *Theup.* p. 294. 295. 818.) *Triſtan.* II. p. 268.) *Vaill.* Pr. I. p. 230 ad 232. III. p. 33. 216. *it.* Sel. Num. *Camp.* p. 115. 116.

Circum caput *Floriani* ſcriptum: IMP. FLORIANVS AVG. — IMP. C. FLORIANVS AVG. vel PIVS FEL. AVG. — IMP. ANNIVS FLORIANVS AVG. *Band.* II. p. 437. — IMP. M. ANNIVS FLORIANVS AVG. *ibid.* p. 435. 436. — IMP. C. M. AN. FLORIANVS AVG. vel P. AVG. vel P. F. AVG. — IMP. C. M. ANN. FLORIANVS AVG. vel P. AVG. vel P. F. AVG. — IMP. C. M. ANNIVS FLORIANVS. *Cimel. Vind.* I. Tb. 4. fg. 23. p. 18. — IMP. C. M. ANNIVS FLORIANVS AVG. *Eckhel.* Cat. II. p. 405. — IMP. CAE. M. ANN. FLORIANVS AVG. *Cimel. Vind.* II. p. 23. — IMP. CAES. M. ANNI FLORIANVS AVG. — VIRTVS FLORIANI AVG. *Cimel. Vind.* I. Tb. 4. fg. 24.) *Khell.* Suppl. p. 204. 205.

Poſticae partis inſcriptiones eaedem ſunt plurimae in numis *Floriani*, quae ſunt in moneta fratris Taciti: AEQVITAS AVG. — AETERNITAS AVG. — CLEMENTIA TEMP. vel TEMPOR. vel TEMPORVM — CONCOR. EXERCI. *al.* CONCORDIA EXERCI. vel EXERCIT. — CONCORD: MILIT. *al.* CONCORDIA MILITVM. — CONSERVATOR AVG. — FELICITAS AVG. — FELICITAS SAECVLI. — FELICITAS TEMPOR. — FIDES MILIT. vel MILITVM. — FORTVNA REDVX. — INDVLGENTIA AVG. — IOVI CONSERVAT. — IOVI. STATORI. — IOVI VICTORI. — LAETITIA FVND. — MATRI PACIFERO — MONETA AVG. vel AVGG. — PACATOR ORBIS. — PAX AETERNA. — PAX AVGVSTI. — PERPETVIT. AVG. *al.* PERPETVITA. AVG. *al.* PERPETVITATE (*ſic*) AVG. *Cimel. Vind.* I. Tb. 4. fg. 24. p. 19.) *Khell.* Suppl. p. 204. — PRINCIPI IVVENTVTIS. — PROVID. AVG. *al.* PROVIDE. AVG. *al.* PROVIDEN. AVG. *al.* PROVIDENTIA AVG. vel AVGVST. — PROVIDENT. DEOR. *al.* PROVIDENTIA DEOR. — ROMAE AETERNAE. — SALVS AVG. — SALVS PVBLI. — SECVRITAS AVG. — SECVRITAS SAECVLI. — TEMPORVM FELICITAS. — VICTOR ORBIS in numis Groſſeto 1770 detectis. — VIRTVS AVG. vel AVGVSTI.

FLORO. II. VIRo. vid. *Ergauica.*

FLORVS cognomen gentis Aquiliae, vel a cultura florum, vel a flore quodam peculiari Romam primum adlato, vnde flos in area Æ. numorum Auguſti: L. AQVILIVS FLORVS III. VIR. inſcriptorum, vt denotet monetalis antiquitatem a flore deſumtam. *Vaill.* Pr. II. p. 18. de quo vero ſymbolo dubitat *Morell.* vid. *Aquilia* gens. — L. AQVILIVS FLORVS III. VIR. Caput Meduſae ſupra triquetram Siciliae. AV. Auguſti. *Cimel. Vind.* I. p. 5.

Flos

Flos indicium veris, ſecundum *Plinium*: Arborum flos eſt pleni veris indicium et anni renaſcentis, flos gaudium arborum; inde ver caniſtrum floribus refertum gerit. vid. *Anni tempeſtates*. — SAECVLI FELICITAS. — Floribus ſacra genio fieri ſolita. *Vaill*. Col. II. p. 104.

Flos erumpit e quadrigis triumphalibus. n. Titi. *Morell*. Impp. II. p. 361.) *Vaill*. Pr. II. p. 97. — Idem typus in n. Fam. Aquiliae ac Durmiae. vid. *Aquilia g*. — *Durmia g*.

— in n. Fam. Caſſiae et Serniliae. *Woltereck*. El. Num. p. 58. — Vnde in denariis gentis Seruiliae. *Hauercamp*. ad *Morell*. Fam. p. 391.

— ſub Europa tauro vecta. n. Volteiae g.

— ſub aquila. n. Ptolemaeorum V et VI. Aegypti regum.

— ſub cancro. n. Agrigenti. Muſ. *Hunter*. p. 7. 8.

— pro pedibus Neptuni. n. Teni inſulae.

— ſupra hircum. n. Celenderis Ciliciae.

— ante caput Dianae. n. Eretriae.

— ante caput iuuenile. n. Perinthi.

— poſt caput Arethuſae. n. Syracuſae.

— inter duo capita. n. Domitiani.

— inter duos delphinos. n. Rhodi inſulae.

— in manu mulieris. n. Amaſtris, Cadorum etc.

— in manu Spei. vid. *Spes*.

Flos in manu mulieris columnae innixae. n. Philipporum Thraciae.

— in manu figurae paludatae. n. Sami.

— in manu figurae nudae. *al*. alatae. n. Himerae Siciliae.

— multiplex in manu figurae. n. Pharnacis Ponti regis.

— et caduceus. n. Rhodi. *Wilde* Sel. Num. p. 62.

— et calix. n. Ebraeorum.

—, luna creſcens et aſtrum. n. Antiochi VII. Euergetis Syriae regis.

—, noctua et globus. n. Athenarum.

Floribus refertum caniſtrum. n. Caiarum, Cyzici etc. vid FELICITAS TEMPORVM. — FIDES AVGVST. — PIETAS. — *Anni tempeſtates*.

Floribus collo ornatus taurus. n. Epheſi. vid. *Bos vittatus*. — *Bouis caput*.

Flos ſingularis in n. Rhodiorum. *Beger*. Theſ. Palat. p. 229 ſq.

— — Antiſſae Leſbi. *Peller*. Tb. 103. fg. 2.

— — Cythni. M. *Hunter*. p. 104. n. 1.) M. *Pembrok*. Tb. 16. fg. 12.

— — Cyrenes, Sidonis, Staſis, v. *ſui locis*.

Flos loti frequentius inter capitis ornamenta receptus in antiquis Aegyptiorum numis. v. *Lotus*.

— — caput Iſidis exornat. n. Syracuſae. v. *Iſis*.

Flos loti in capite Oſiridis. n. Coptitorum Aegypti.

— — ad dextrum humerum figurae Nili. n. Titi. *Morell.* Impp. II. p. 391.

— — inter duas ſpicas decuſſatim, in laurea. n. Peſſinuntis.

— — ſub quo aſtrum. n. Cleopatrae Silenes, vx. Antiochi VIII. regis Syriae.

— — in area. n. Antiochiae Syriae, Ptolemaeorum regum.

Flos perſeae tanquam inſigne capitis in Aegyptiorum numis, quem diis ſuis impoſuere Aegyptii. v. *Perſea.*

Flores coronam formant. v. *Corona ex floribus* contexta. — Coronas, e *floribus* plexas, mortuis quoque impoſitas fuiſſe tradunt, et vno ore teſtantur *Xenophon* in VI. de expedit. Cyri.) *Euripidis* commentator in Phoen.) *Lucianus* in dialogo de luctu.) *Iuſtinus* Martyr Apolog. II.) *Clem. Alexandrinus* paedag. L. II. c. 8. — Tumulos praeterea floribus ſparſos indicant *Sophocles* in Electra, *Plutarch.* in Numa, et *Tranquill.* in Nerone. Frondes enim et flores ad ſepulcra ferebant, floreſque in funere ſpargebant, quem morem veteres chriſtiani aetate *Prudentii* non improbarunt, et aliquamdiu retinuerunt, etſi primis rei chriſtianae ſaeculis non adhibebant ſepulcris coronas, ſed iuſto in paganorum ritus odio auerſabantur, vt ex *Tertulliano* et *Minutio Felice* conſtat, quippe qui in coronas et ſerta, tanquam inania et impia dantium munera, inuehuntur.

ΦΑΡΙΩΝ. inſcriptio monetae, quam *Pellerin.* Rec. III. Tb. 144. *Phariae* ſeu *Pharo,* Adriatici maris inſulae, tribuit. Verum hoc priuanda honore eſt, certiſſimeque reiicienda in claſſem pecuniae barbarae, monente *Neumanno* Pop. Num. I. p. 143. 173. 176.

FLVREAƧ ƧEMPER (*ſic*) pro FLOREAS SEMPER. Rex paludatus ſtans, d. haſtam, ſ. clipeum, in area littera X. Æ 3. Baduelae, Oſtrogothorum regis. *Band.* II. p. 647.) *Gueſſeme* VI. p. 402.) *Jobert.* Science I. p. 137.) *Muſell.* Regg. Tb. 11. fg. 6.) M. *Theup.* p. 120.

FLVREAZ ZEMPER. Item *Band.* II. p. 647.

FLVRIAƧ ƧEMPER. itemque S. inuerſis, eodemque regis ſt. typo. Æ 2. *Eckhel.* Cat. II. p. 537.

Fluuii cum ſuppeditent maxima vrbibus commoda, et humanae vitae adiumenta et opes; non eſt quod miremur, ſi tam frequenter in numis ſculpti ſpectantur, aquarum plerumque ſuarum copiam oſtentantes, vrnae, e qua aquam fundunt, innixi; vel fluuiorum figurae pro varia ipſorum poſitione diuerſos eorundem curſus deſignant, vel vrbis ſitum quoque indicant. Muſ. *Alb.* I. p. 87. 88. 122.

Fluuius Achelous, Ἀχελῶος, Aetoliae vel Acarnaniae fluuius, Aetoliam nempe ab Acarnania diuidit, oritur in Pindo monte; primus erupiſſe terram dicitur; in Maliacum (Corinthiacum) ſinum effluit. Conf. *Plutarch.* de fluuiorum et montium nominibus, edente Mauſſaco. Toloſae 1615. p. 76 ſq. 320 ſq.) *Vibii Sequeſtri* liber de fluminibus etc. p. 100. — ſub tauri facie vno aut duobus cornibus effigiatus in n. Acarnaniorum, Ambraciotarum, Oeniadarum, Anactorii et Thyrei Acarnaniae. *Geſner.* Num. Pop. Tb. 8.) *Pellerin.* Rec. I. Tbb. 12. 13.) *Spanhem.* Pr. I. p. 396. vid. *Achelous.* — Ex ſententia *Nic. Ignarrae* ad calcem commentarii ſui de Palaeſtra Neapolitana p. 232 ſq. pre-

prolata, *Achelous* commune aquarum apud veteres fuit vocabulum, ſymbolumque fertilitatis agrorum et abundantiae typus; ideoque numos omnes figura ſemibouis barbati viri inſignes *Acheloios* rite nominare poſſe contendit; cuius vero ſententiam in examen vocat princeps *Torremuzza* in proemio nouae collectionis Siciliae etc. Inſcriptionum.

Fluuius Acragas, Ἀκράγας, Siciliae, hodie *Dragus*, ſiue *S. Blaſii* dictus, prope ciuitatis Agrigenti moenia decurrebat, inde numi Agrigentinorum nonnulli caput iuuenile cornuta fronte referunt. *Dorville* Sicul. c. 5. p. 88 et *Burmann* ad *Dorville* p. 350.

— *Adonis* ex Libano oritur. *Schlaeger*. rapt. Europae p. 12. — pro pedibus genii rupibus inſidentis emergens. n. Bybli, Caeſareae Palaeſtinae.

— *Alabon*, Ἀλαβών, apud *Diodor*. L. IV. c. 80. ſiue *Alabus* Siciliae, prope Megaridem, quem hodie dicunt *la Cantara*, quemue Megarenſium numi bouem humanam faciem habentem praeferunt.

— *Amenanus* Siciliae, ΑΜΕΝΑΝΟΣ, hodie *Ciudicello*, cum capite iuuenile cornuto depictus in n. Catanenſium. *Dorville* Sicul. c. 13. p. 218. vid. ΑΜΕΝΑΝΟΣ.

— *Anapus*, Ἄναπος, Siciliae. *Cellar*. Not. Orb I. p. 789. — in n. Syracuſanorum expreſſus.

— *Aous*, a quibuſdam *Aeas* nominatus, teſtante *Mela* L. III. c. 2. Illyridis Graeciae. — decumbens, a dextris nauis cum velo, f. vrnae innititur. Apolloniae Epiri.

— *Aſſines* Siciliae, e regione Aetnae, hodie *Fiume freddo* cum iuuenili capite cornuto in n. Naxiorum, adſcripto nomine ΑΣΣΙΝΟΣ.

Fluuius Beleus, vel *Belus*. *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. p. 406 — ſub forma mulieris turritae rupibus inſidentis. n. Ptolemaidis Phoeniciae.

— *Betis*, hodie *Guadalquiuir*, Hiſpaniae. n. Hadriani. *Guſſeme* II. p. 292.

— *Billaeus* Bithyniae. *Plin*. L. VI. c. 1. parum nauigabilis, inde imberbis depictus. n. Hadrianenſium, Tianorum. v. *Billaeus*, ΒΙΛΛΑΙΟC.

— *Caicus*, Κάϊκος, Myſiae. *Plutarch*. III. p. 71 ſq. *Mauſſac*. p. 317 ſq. — in n. Pergamen. *Spanhem*. Epiſt. IV. ad *Morell*.

— *Calycadnus* Ciliciae, nauigabilis mediam interſcidit regionem. *Ammian*. L. XVI vid. *Calycadnus*. — *Seleucia ad Calycadnum*.

— *Caper*, vel *Caprus*, ΚΑΠΡΟC. n. Laodiceae Cariae. v. *Caper*. — *Laodicea*.

— *Caſuentus*, cui Metapontum Lucaniae adhaeſit. — Capite taurino effictus. *Magnan*. Lucan. Num. Tb. 34. fg. 3.) *Neumann*. Pop. Num. I. p. 8.

— *Cayſter*, vel *Cayſtrus*, Ioniae, ΚΑΥΣΤΡΟΣ, imberbis depictus, decumbens cum arundine et vrna. n. Epheſ. *Morell*. Specim. rei numar. p. 120. — *it*. n. Dioſheris Ioniae. M. *Pembrok*. II. Tb. 8. fg. 9. — *it*. Metropolis Phrygiae, Nicaeae in Cilbiano.

— *Cenebris*, vel *Cenchrius* Ioniae, ΚΕΝΧΡΙΟC, humi decumbens. n. Epheſi. *Morell*. ib.

— *Ceteius*, vel *Cetius*. n. Pergamen. *Spanhem*. Pr. I. p. 508. v. ΚΕΤΙΟC. — ΚΗΤΕΙΟC. — *Cetius* et Selinus, fluuii iuncti. n. Pergami. v. CΕΛΙΝΟC ΚΗΤΙΟC.

Fluuius Chaboras in Euphratem defluit. Forte in n. Carrharum, Rheſaenae.

— *Chryſas* Siciliae, rigabat Agrigentinorum agros. *Diod. Sicul.* L. XIV. §. 95. Legitur et ſine adſpiratione. vid. *Cryſas.*

— *Chryſorrhoa* Lydiae, vel Syriae, ΧΡΥΣΟΡΟΑΣ. *Morell.* Specim. rei numar. p. 227. 228. — *Haym.* Theſ. Br. II. p. 136. obſ. 86. — an in n. Damaſci?

— *Chydas*, χύδας, Siciliae. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 802. Moenia Alontinorum adluebat, in quorum numo biformis taurus plurimam aquam ore euomens. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 116. 117.

— *Cilleus*, ex Ida profluens, ad pedes Apollinis Cillei figura ſeminuda iacens, d. cubito terrae innixa, ſ. pinum, vt videtur, ſuſtinet. n. Antandri Troadis. *Oderic.* Num. Gr. p. 116 ſq.

— *Clarus*, ΚΛΑΡΟϹ, decumbens. n. Smyrnae.

— *Corſymus*, ΚΟΡΣΥΜΟΣ, decumbens. n. Aphrodiſiae vel Cariae, vel Ciliciae. *Haym.* Th. Br. II. p. 112.) *Zaccar.* Iſtit. Num. p. 354.

— *Cranicus*, vt quidam volunt, in n. Cyzici.

— *Cryſas* vel *Chryſas* Siciliae, hodie *Dittiano*, in Aſſorenſium et Agyrinenſium finibus profluens, cum iuuenis imagine cornuta fronte, hydriam et cornucopiae tenentis obſeruatur in n. Aſſorenſium, cum nomine ASSORV. *Harduin.* Num. Pop. p. 153.) *Torremuzza* Num. Sicil. Tb. 15. fgg. 1. 2. Pariter cum boue humanam faciem habente. n. Agyrinae. vid. *Cryſas.*

Fluuius Cydnus Ciliciae, ΚΥΔΝΟϹ. — virili vultu, ſed imberbi pro pedibus genii. n. Tarſi. *Bonarrot.* N. Carp. Tb. 2. fg. 2.) *Vaill.* Gr. p. 345.

— *Danuuius* Europae, qui et *Iſter.* n. Traianopolis, Traiani, Conſtantini M. — iacens ſub ponte cum hiſpida et longa barba, d. brachio ſupra hydriam; *al.* ſ. cubito vrnae impoſito, ex qua aqua profluit; d. naui adſtitutae adplicat. v. DANVBIVS. — DANVVIVS.

— *Erigon* Macedoniae. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 832. — Erigon et Rhoedias duo fluuii procumbentes, quorum alter barbatus, alter imberbis, indicant ſitum, ad quorum confluentiam vrbs condita videtur. n. Stobenſium. *Vaill.* Col. I. p. 152. II. p. 59.

— *Erimanthius* in n. Pſophidiorum Arcadiae decumbens, ſ. vrnae innixus, d. ad frontem elata.

— *Euphrates* Meſopotamiae, *Plin.* L. V. c. 20. Εὐφράτης, *Plutarch.* de flum. p. 71 ſq.) *Mauſſac.* p. 314 ſq. — pro pedibus genii ſcopulis inſidentis n. Samoſatae — vel alio idiomate. n. Antiochiae ad Euphratem; *it.* Traiani. L. Veri, Alexandri Seueri. vid. EVFRATES vel EVPHRATES.

— *Gela* Siciliae, hodie ab incolis *Fiume di Terranoua* dictus, vrbi Gelae nomen dedit, in cuius numis cornuta facie effictus cernitur, addita epigraphe ΓΕΛΑΣ ſiue inuerſo ordine ƧΑΛƎΊ. *Torremuzza* Num. Sicil. idemque Tabula numor. fgg. 23. 24. 25. praefixa nouae collectioni Inſcriptionum Siciliae 1784. — Pariter faciei ſemiuiri bouis adiecta eſt vox ΓΕΛΑΣ. n. Hieronis Syracuſarum et Gelae tyranni. *Torremuzza* ib. fg. 33.) *Paruta* Sicil. Numiſm.

Fluuius

Fluuius Glaucus Phrygiae, in n. Eumeniae: ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΓΛΑΥΚΟϹ. *Guſſeme* VI. p. 368. 369.

— *Halaeſus* Siciliae. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 801.

— *Hales* Ioniae. — decumbens, d. arundinem, ſ. cornucopiae ſuper vrnam. n. Colophonis, quam adluit. *Harduin.* p. 84.) *Vaill.* Gr. — *Hales*, etis, Lucaniae. *Cellar.* ib. I. p. 724. — *Halex*, ecis, Bruttiae fluuius. *Cellar.* ib. I. p. 736.

— *Halys* Paphlagoniae a radicibus Tauri ad Pontum Euxinum. *Cellar.* ib. II. p. 268. — decumbens, d. arundinem. n. Ancyrae Galatiae. *Vaill.* Gr.

— *Hebrus*, ΕΒΡΟϹ, Thraciae. *Plutarch.* flum. p. 9 ſq. *Mauſſac.* p. 224 ſq. proximus Oeno oppido. *Vib. Sequeſt.* p. 108. — depictus in n. Hadrianopolis. *Guſſeme* IV. p. 29. 30. 39. v. *Hadrianopolis*; item *Philippopolis* Thraciae.

— *Hermus* Aſiae minoris, ſemper imberbis, quod non ſit nauigabilis, ſed anguſtus et haud magnus; ſub virili tamen effigie depingitur, quod in mari ſe praecipitet. Cum decumbentis imagine in n. Cumaeorum Aeolidis apud *Harduin.* Oper. p. 89. *it.* Magneſiae Lydiae, Saittenorum, Sardianorum, Tabalenſium Lydiae, Temnitarum Aeolidis et forte Phocidis. — ſed capite radiato decumbens cum ramo, et cornucopiae vrnae innixus n. Caducnorum. v. ΕΡΜΟϹ, *Hermus*.

— *Hiberus*, vel vt plurimi *Iberus*, ſine adſpiratione, fluuius Hiſpaniae Tarraconenſis. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 80. — capite nudo aquam euomente. n. Celſae. *Florez.* II. p. 638.) *Guſſeme* II. p. 133. n. 2 *et* IV. p. 77.

— *Himera* ſeptemtrionalis Siciliae, cuius hodie nomen eſt *Fiume grande*, qui prope ipſius Himerae ciuitatis moenia decurrebat. — Taurus humana facie praeditus in n. Himerenſium apud *Torremuzzam* in tabula nummorum praepoſita nouae collectioni Inſcriptionum Siciliae etc. fg. 30.

Fluuius Hipparis Siciliae, ΙΠΠΑΡΙΣ, prope Camarinam, in cuius numis cernitur iuuenis effigies fronte cornuta. *Torremuzza* Sicil. Num. Tbb. 17. 18. 19. vid. *Camarina.*

— *Hippurius*, ΙΠΠΟΥΡΙΟϹ, imberbis decumbens, d. arundinem, ſ. vrnae innititur cum cornucopiae, n. Blaundi Lydiae. *Vaill.* Gr.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 12. fgg. 2. 3.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 7. fg. 5.) *Spanh.* Pr. I. p. 625.

— *Hyllus*, ΥΛΛΟϹ, Lydiae, decumbens muliebri habitu, ſ. vrnae innixa tenet cornucopiae. n. Saittenorum. *Vaill.* Gr.

— *Hypius* Bithyniae. vid. *Pruſia ad Hypium.*

— *Hypſa*, ΥΨΑΣ, Siciliae, hodie *Belice ſiniſtro*, qui Entellinorum et Selinuntiorum agros profluebat; hinc bos humanam faciem praeferens. n. Entelliner. — vel ſignatur vir cornuta fronte ad aram ſacrificans. n. Selinunt. *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. Tb. 14. fg. 2. p. 428. — ſub iuuenis formoſi ſpecie. n. Selinunt. *ibid.* p. 423.

— *Iberus* Hiſpaniae Tarracon. v. *Hiberus.*

— *Imbraſius* Ioniae, decumbens. n. Samiorum.

— *Iſter*, ΙϹΤΡΟϹ, Moeſiae, qui et *Danuuius*. — barbatus decumbens, d. vrnae innixa, ſ. arundinem tenet. n. Nicopolis ad Iſtrum Moeſiae.

Fluuius Lycus, ΛΥΚΟϹ, depictus decumbens n. Laodiceae Cariae, et forte Thyatirae.

— *Maeander*, Μαίανδρος, Aſiae tam flexuoſus eſt, vt in ſeſe recurrat. *Plutarch.* flum. p. 31 ſq. *Mauſſac.* p. 260 ſq.) *Vib. Sequeſt.* p. 108. - virilis imberbis, d. arundinem, ſ. cornucopiae tenet; *al.* ſ. vrnae innititur. n. Antiochiae Cariae, Apameae Phrygiae, Magneſiae, Trallium, Tripolis Cariae. v. ΜΑΙΑΝΔΡΟϹ. — *Maeander* et *Marſyas* fluuii decumbentes cum vomentibus aquarum vrnis. n. Apameae.

— *Marnas*, ΜΑΡΝΟϹ, Ioniae; iuuenili facie decumbens, d. arundinem. n. Epheſ. Muſ. *Alb.* I. p. 48.

— *Maronus*, ΜΑΡΩΝΟϹ, fluuii, vt videtur, nomen; imberbis decumbens, d. arundinem, ſ. vrnae impoſita n. Smyrnae.

— *Marſyas* Phrygiae, ΜΑΡϹΥΑϹ, *Plutarch* flum. p. 35 ſq. *Mauſſac.* p. 264 ſq.) *Vib. Sequeſt.* p. 108. — decumbens in antro, d. cornucopiae, ſiniſtram vrnae admouet. n. Apameae Phrygiae — *Maeander* et *Marſyas* decumbentes cum vrnis. n. Gordiani Pii, Philippi Sen. vid. *Maeander.*

— *Meles* Ioniae, ΜΕΛΗϹ. — barbatus decumbens, d. cornucopiae, ſ. vrnae adpoſita. n. Amaſtris, Smyrnae.

— *Meſtus* vel *Neſtus* Thraciae, vnde *Nicopolis* Thraciae: ΟΥΛΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ ΠΡΟϹ ΜΕϹΤΩ vel ΠΡ. ΜΕϹΤΩ. *Ad Meſtum*, in n. Criſpinae, Caracallae, Getae. Idem *Meſtus* fluuius depictus in n. Topiri Thraciae.

— *Nilus* Aegypti, Νεῖλος. *Plutarch.* flum. p. 51 ſq. *Mauſſac.* p. 288 ſq. ex Aethiopia decurrens. *Vib. Sequeſt.* p. 108. — *Nili* figura in n. Traiani, Hadriani, Balbini, Iuliani Apoſtatae. — pectore tenus barbatus, corona cinctus, cum loti flore ad dextrum humerum. n. Titi ab Aegyptiis. *Morell.* in Tito Tb. 14. fg. 5. p. 391. — Caput Nili cornutum. n. Seueri Saloninae. — vel alio idiomate. v. ΝΕΙΛΟΣ. — NILVS.

Fluuius Onabala Siciliae, hodie qui vocatur *la Cantara,* ſiue *Fiume di Tauormina*, in n. Tauromenitanorum.

— *Oretus* Siciliae, qui vetus adhuc retinet nomen, obſeruatur in n. Panormitanorum.

— *Orontes* in n. Antiochiae Syriae, Emiſae, Laodiceae Coeleſyriae, Samoſatae.

— *Panyſus* Thraciae fingitur barbatus, d. arundinem, ſ. cornucopiae et ſimul vrnae aquas vomenti innixa. n. Deulti in Gordiano Pio. *Vaill.* Col.

— *Parpar* forte in n. Damaſci. *Guſſeme* V. p. 346.

— *Parthenius* Paphlagoniae, ΠΑΡΘΕΝΙΟϹ, qui iuuenili facie decumbens, d. arundinem, ſ. cubito innixus monticulis, vnde aqua. n. Amaſtris in M. Aurel.

— *Penaeus*, ΠΗΝΑΙΟϹ, *al. Pinaeus*, barbatus decumbens, dextram ſuper caput attollens, ad obſcuritatem capitis, ſeu ortus indicandam, ſ. vrnae impoſita cornucopiae tenet. n. Aegaeenſium Aeolidis in Trai. Decio. *Vaill.* Gr. Sed conſulendus eſt *Khell.* ad *Haym.* Th. Br. Tb. 36. fg. 1. p. 292. obſ. 180.

— *Pyramus* Ciliciae, ΠΥΡΑΜΟϹ, barba inſignis decumbit, ſ. vrnae innititur et cornucopiae ſuſtinet, d. arundinem. n. Anazarbi, Hierapolis Phrygiae. vid. etiam *Eleuthero Cilices* ΠΡΟΣ ΤΩΙ ΠΥΡΑΜΩΙ.

Fluuius Rhenus Germaniae notiſſimus. — decumbens, cum denominatione RHENVS. n. Druſi Senioris; *it*. Domitiani. — omiſſo nomine decumbens. n. M. Aurelii. *Patin*. Impp. p. 234. — hominis quoque figuram praeferens, duobus vero cornibus in fronte additis n. Poſtumi. *Spanh*. Pr. I. p. 395. vid. RHENVS. — ALEMANNIA SVBACTA. — SALVS PROVINCIARVM.

— *Rhodius*, ΡΟΔΙΟϹ, virili ſchemate et imberbi decumbens, d. cymbae gubernaculum, ſ. vrnae innixa. n. Dardaniorum.

— *Rhaedias* Macedoniae, iuncto Erigone fluuio. n. Stobenſium. *Guſſeme* VI. p. 45. vid. *Erigon*.

— *Rhyndacus*, ΡΥΝΔΑΚΟϹ, ortus ex Aganitide iuxta *Strabonem*. — barbatus decumbens, d. cymbam tangit more fluuiorum, qui nauigabiles in mare dilabuntur, ſ. vrnae impoſita. n. Apolloniae Myſiae.

— *Sagaris* Phrygiae, Ϲάγαρις. *Plutarch*. flum. p. 41 ſq. *Mauſſac*. p. 274 ſq.) *Vib. Sequeſt*. p. 112. — decumbens barbatus, d. herbam, ſ. arundinem, pro pedibus cymba, addito nomine ϹΑΓΑΡΙϹ. n. Nicaeenſ. — Bacchus ſtans inter duos fluuios, adſcriptis nominibus: ΒΙΛΛΑΙΟϹ n. Antonini Pii a Tianis. *Morell*. Specim. rei numar. p. 175.

— *Saocoras* Meſopotamiae, in n. Singarae figura natans. *Guſſeme* V. p. 103.

Sardo Bithyniae, idemque *Billaeus* in alio Tianorum numo cum lemmate: ΒΙΛΛΑΙΟϹ ϹΑΡΔΩ ΤΙΑΝΩΝ.

Scamander, Σκάμανδρος, Troadis. *Plutarch*. flum. p. 43 ſq. *Mauſſac*. p. 280 ſq. — barbatus decumbens, d. prorae cymbae adponit; *al*. d. herbam, ſ. vrnae innixa cornucopiae. n. Ilienſium cum denominatione ϹΚΑΜΑΝΔΡΟϹ.

Fluuius Scirtus Meſopotamiae. — natans figura, n. Edeſſae. *Guſſeme* V. p. 120.

— *Scopas* Bithyniae, ſub muliebri effigie decumbens, d. ſpicas et papauer, ſ. vrnae ad montis radices poſitae impoſita arundinem tenet. n. Iuliopolis cum capite Getae et fluuii nomine ϹΚΟΠΑϹ.

— *Selinoes* Siciliae, prope exciſae Selinuntis vrbis rudera; conf. *Amicus* in Lex. Topogr. Sicil. Vol. II. p. 324. — taurus facie humana, addito lemmate ϹΕΛΙΝΟΕϹ. n. Selinuntis. *Torremuzza* Sicil. Num. Tb. 66. fg. 6.

— *Selinus* Myſiae, ϹΕΛΕΙΝΟϹ. imberbis virili habitu decurrens, d. arundinem, ſ. cymbam tangit, ſimul vrnae impoſita. n. Pergam. *Vaill*. Gr. — *Selinus* et Cetius, fluuii iuncti. n. Pergam. v. *Cetius*. — *Pergamus*.

— *Simaethus* Siciliae, ab incolis hodie vocatur *Giaretta*, ſiue *Fiume di San Filippo*, cui vrbes Agyrina, Catana etc. adiacebant, in earumque aere expreſſus cernitur. *Torremuzzae* Tabula numorum fg. 29. praefixa nouae collectioni Inſcriptionum Siciliae. — — *Hauercamp*. ad *Parut*. Sic. Num. ex Simaetho, Chryſa, atque Adrano vnum eundemque facit fluuium, diuerſis tantum vocabulis; ſed geographi omnes inter eos diſtinguunt.

— *Sipylus* nomen dedit Magneſiae, quae inde *Magneſia ad Sipylum*.

— *Strymon* Thraciae, Ϲτρυμών, *Plutarch*. flum. p. 38 ſq. *Mauſſac*. p. 269 ſq. plurimo gelu ſtrictus. *Vib. Sequeſt*. p. 110. — obſeruatur in n. Vlpiae Pautaliae.

— *Sunias*, d. ramum, ſ. vrnae aquas vomenti innixa. n. Pompeiopolis Ciliciae.

Fluuius TIBERIS in n. Hadriani et Antonini Pii legitur. Omiſſo nomine depictus in n. Neronis, Veſpaſiani, Traiani, M. Aurelii, Pertinacis, Getae.

— *Tigris* Armeniae, Τίγρις. *Plutarch.* flum. p. 83 ſq.) *Mauſſac.* p. 323 ſq. — n. Traiani, L. Veri, Alexandri Seueri. vid. TIGRIS.

— *Titelius*, ΤΙΤΗΛΙΟC, vt ad fluuii decumbentis figuram in Trai. Decii numo apud *Haym.* Th. Br. Il. Tb. 36. fg. 1. p. 292. ſed *Haymii* editor *Khellius* ib. obſ. 180. fluuii nomen reſtituendum exiſtimat ΤΙΤΝΑΙΟC. In ſimili Decii numo cum eadem epigraphe ΑΙΓΕΩΝ et fluuio decumbente legerunt *Harduinus* et *Vaillantius* ΠΙΤΝΑΙΟC, ſed aequalis vtriuſque fluuii ignoratio eſt.

— *Vulturnus*, hodie dictus *Voltorno*, Campaniae agros irrigat. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 665. — Bos humana facie eum fluuium adumbrat. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 12.

Fluuii nomina vrbibus, praecipue Siculis, dederunt, non vrbes fluuiis, prout obſeruat *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. p. 419.

— nomen ab vna, populi ab altera numi parte legi, idque in Siculis praeſertim numis inueniri, cenſet *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. p. 153. Sic in n. Catanenſium ab altera parte legitur ΑΜΕΝΑΝΟΣ, *Amenanus.* — Ita ΙΠΠΑΡΙΣ, *Hipparis* fluuii nomen in n. Camarinae vrbis ab *Vrſino* ad rei ruſticae ſcriptores, et ab aliis profertur. — In Aſſorinorum etiam numiſmate ab vno latere CRVSAS vel CRYSAS dicitur, vbi fluuius ille ſub ſpecie viri nudi conſpicitur, ab altera ASSORV. — Pariter in n. Selinuntinorum ex ſententia *Burmanni* ad *Dorville* Sicul. Tb. 14. fg. 2. p. 428. additum vrbis nomini eſt ΥΨΑΣ, nomen fluuii *Hypſae.* — Item ΓΕΛΑΣ in n. Gelenſium. Siculi enim fluminibus perſaepe adſcripſerunt nomina; non ita Graeci Italiotae, quorum numi fluuiorum vocabula pertinaciter diſſimulant.

— — Mulier ſt. ante aram ignitam, d. pateram, ſ. c. c. AR. Seueri. *Eckbel.* Cat. II.) *Kbell.* Suppl. p. 108.

— — S. C. Fortuna ſt. cum attributis. Æ Seueri. *Mdb.* p. 270. — Eadem ſt. d. palmam, ſ. c. c. Eiuſd. *Guſſ.* VI. p. 170. n. 58.

— — ſedens d. temonem, ſ. c. c. AR et add. S. C. Æ 1. Seueri. *Eckbel.* Cat. II.) *Guſſ.* ib.) *Mdb.* p. 268. 272.

— — S. C. ſedens, d. temonem ſupra globum, ſ. c. c. in ſede rota. Æ 1. 2. Seueri. M. *Theup.* p. 564.

— — ſtans more ſolito. AR. Caracallae. *Guſſeme* II. p. 79.) *Mdb.* p. 287.

— — ſt. d. temonem globo impoſitum, ſ. c. c. AR et add. S. C. Æ 1. 2. Elagabali. *Eckbel.* Cat. II.) *Guſſeme* III. p. 115. n. 14.) *Mdb.* p. 310. 311.) *Muſell.* Impp. Tb. 167. fg. 8.) *Sulzer.* Numoph. n. 2049.) M. *Theup.* p. 589.

— — ſedens iiſdem cum attributis. AR. Elagab. *Guſſ.* ib.) *Mdb.* p. 310.

— — ſtans typo ſolito. AR. Alexandri Seueri. *Eckbel.* Cat. II.

— — Gallus et Voluſianus ſtantes ſacra faciunt cum quinque figuris adſiſtentibus ante templum ſex columnarum. Æ max. Trebon. Galli. *Band.* I. p. 62.) *Guſ-*

ſeme III. p. 331. p. 16.) *Vaill.* Pr. III. p. 197.

FORTVNAE REDVCI. Duo Impp. paludati ſtantes ſacra faciunt ante templum hexaſtylum, in quo ſedet Fortuna; pone Gallum duo milites, quorum vnus ei coronam imponit; retro Voluſianum genius ſeminudus ipſi coronam etiam imponit, milite iuxta ſtante. Æ max. Treb. Galli. Muſ. *Piſan.* Tb. 63. n. 3. p. 174.) *Vaill.* Pr. III. p. 197.

— — Templum ſex columnarum, ante quod ambo Impp. ad aram ſacrificant, adſtantibus figuris quatuor. Æ max. Voluſiani. *Eckbel.* Cat. II.) *Vaill.* Pr. III. p. 199. apud quem in aditu templi ſimulacrum, tribus militibus adſtantibus, prout in *Cimel. Vindob.* II. Tb. 87. fg. 1. p. 21. indicatur ſignum Veſtae, adſiſtentibus tribus aliis figuris haſtatis, niſi haſtae columnis templi adfixae ſint.

— — Fortuna ſedens, quemadmodum in plurimis. Æ. Gallieni. *Band.* I. p. 162.) *Guſſeme* III. p. 306. n. 58.

— — Eadem ſt. more ſolito. Æ. Claud. Gothici. *Band.* I. p. 333.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* IV. p. 210.

FORTVNAE REDVCI AVG. ET CAES. ſcilicet Val. Maximiani *Auguſti* et Conſtantii Chlori *Caeſaris.* Fortuna conſueto habitu ſtans, d. temonem, ſ. c. c. in area B. in imo exergo TR. *Treuiris* vbi eos conueniſſe probabile eſt. Æ 3. Val. Maximiani. *Band.* II. p. 70. — *it.* Æ 1. *Vaill.* Pr. I. p. 258.

FORTVNAE REDVCI AVGG. NN. *Auguſtorum Noſtrorum.* Fortuna Redux ſedens cum temone et c. c. Æ 2. 3. Diocletiani. *Band.* II. p. 16. 28. 40.) *Guſſeme* III. p. 56. n. 25.) *Harduin.* p. 443.) *Mdb.* p. 427.) *Sulzer.* Numoph. n. 3720.) *Vaill.* Pr. I. p. 252.

FORTVNAE REDVCI AVGG. NN. *Auguſtorum Noſtrorum.* Eadem ſedens. Æ 2. Val. Maximiani. *Band.* II. p. 58.) *Eckhel* Cat. II. p. 451.) *Guſſeme* V. p. 101. n. 38. — *Al.* ſed ſtans cum attributis. Æ 2. Eiuſd. *Guſſeme* ib.) *Vaill.* Pr. I. p. 258.

— — — Eadem ſedens cum temone et c. c. ad pedes roſtrum nauis, in ima parte BTR. *al.* STR. Æ 2. Gal. Maximiani. *Band.* II. p. 134.) *Guſſ.* III. p. 286. n. 12. — *Al.* ſed iuxta temonem globus zonis diſtinctus, in area hinc B. inde ſtella, in imo TR. Æ 2. Eiuſd. Gal. Maxim. *Vaill.* Pr. I. p. 275.

FORTVNAE REDVCI CAESS. NN. *Caeſarum Noſtrorum.* Fortuna ſtans, d. temonem cum globo, ſ. c. c. Æ 2. Diocletiani. *Band.* II. p. 16.) *Sulzer.* Numoph. n. 3721.

— — — Idem ſtantis typus. Æ 2. Val. Maximiani. *Sulzer.* ib. n. 3784.

— — — Eadem ſt. d. temonem, ſ. c. c. humi rota, in area hinc B. inde aſtrum, in imo exergo TR. Æ 2. Conſtantii Chlori. *Band.* II. p. 95. 209.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 1. p. 14.) *Mdb.* p. 438.) *Triſtan.* III. p. 349.) *Vaill.* Pr. I. p. 264. — In ſimili Æ 2. eiuſd. Conſtantii ſic ſcribendum fuerat, ſed fallente typario legitur: VCI. CAESS. N. E. REDVCI CAESS. NN. Mulier ſtans, ſ. c. c. *Eckhel.* Cat. II. p. 446.

— — — Idem ſtantis Fortunae typus. Æ 2. Gal. Maximiani. *Band.* II. p. 134.) *Guſſeme* III. p. 286. n. 13.) *Sulzer.* Numoph. n. 3924. — *Al.* ſed iuxta temonem globus zonis diſtinctus. Æ 2. Eiuſd. *Vaill.* Pr. I. p. 275.

FOR-

FORTVNAE REDVCI. COS. II. Fortuna ſedens, d. bacillum ſuper temonem, ſ. c. c. Æ. Albini. *Sulzer.* Numoph. n. 1729.

— REDVCI. COS. III. P. P. S. C. Fortunae ſedentis typus. Æ. Hadriani. *Mdb.* p. 181.

— REDVCI. COS. V. P. P. *Conſul Quintum, Pater Patriae.* Imperator togatus ſtat ante Fortunam ſedentem, d. pateram, ſ. c. c. gerentem. Æ max. Commodi. *Vaill.* Pr. III. p. 147.

— REDVCI. C. V. P. P. Imperator a dextris ſtans, ſacra facit ad tripodem accenſum; ex aduerſo Fortuna ſtat, d. temonem orbi impoſitum, ſ. c. c. geſtans Æ 1. Commodi. Muſ. *Alb.* Tb. 47. fg. 3.) *Vaill.* Pr. III. p. 154.

Fortunae templum. v. *Templum.*

Forum. Romae negotiis ciuilibus tractandis exſtructa ſunt plurima fora; Romanum nempe, at cum alterum Iul. Caeſar, illud vetus adpellatum eſt; tertium condidit Auguſtus: quartum incoepit Domitianus a Nerua perfectum; quintum denique a Traiano, ex manubiis Dacicis, per Apollodorum in regione VIII. abſolutum eſt. v. FORVM TRAIANI.

Forum Iulii, Hodie *Freius*, in prouincia Narbonenſi, quae Galliae pars eſt Italiae finitima; *Plinio* L. III c. 5. „Forum Iulii *Octauanorum* colonia, quae *Pacenſis* adpellatur et *Claſſica*. Octauanorum colonia dicitur, quod octauae legionis militibus ea conſtaret; Pacenſis a pace dicta eſt; Claſſica ab Auguſti claſſe fortaſſis, cuius ea nauale fuit, vnde *Strabo* L. IV. p. 184. „Nauale Caeſaris Auguſti, quod Φόρον Ἰούλιον, *Forum Iulium*, vocatur. *Vaill.* Col. I. p. 5. — Rari numi vrbium Gallicarum, huius tamen aliquot ſuperſunt apud *Golzium*;

a) *Auguſti*: COL. IVLIA OCTAV in Theſ. *Golzii* p. 240.) *Harduin.* p. 60. — COL. IVL. OCTAV. cum boue gemino arante.)(IMP. AVGVST. TR P. XIV. Caput Auguſti laureatum. *Guſſeme* III. 259.) *Harduin.* ib.) *Mdb.* p. 51. qui tamen, prout *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 188. legit: *Colonia Iulia Octauia* male pro *Octauanorum.*

b) *Neronis.* COL. PACENS. CLASS. apud *Golzium*, *Guſſemium*, *Cellarium*, *Harduinum* l. cit.

c) Domitiani. COL. FOR. IVL. ex eodem *Golzii* Theſauro. *Hard.* p. 60.

Forum Iulii alias *Illiturgi* in Hiſpania Baetica. *Vaill.* Col. I. p. 46.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 69. 110.

FORVM TRAIANI. Celebre illud ac pulcerrimum aedificium, iuris dicundi gratia, ab Apollodoro architecto peritiſſimo Romae exſtructum, in AV. Traiani repraeſentatur, deſuper quadrigae triumphales. Frontiſpicium innixum erat magnis octo columnis ex marmore et ſculptis imaginibus quam pluri- mis exornatum. *Guſſeme* III. p. 259. 260. VI. p. 410. n. 72.) *Harduin.* Oper. p. 751.) *Mdb.* p. 160.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 108. fg. 1. p. 524.) ſed currus triumphalis ſex equorum deſuper.) M. *Pembrok.* III. Tb. 77. fg. 1.) *Vaill.* Pr. II. p. 119.

FORVM TRAIANI. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Forum idem Traiani integerrimum, cum omnibus ſuis ornamentis, ac praeſertim in eius medio columna illa marmorea, quam S. P. Q. R. in honorem Traiani cum abſens eſſet, erexit. Æ 1. Traiani. *Guſſeme* III. p. 260. VI. p. 410. n. 73.) *Mdb.* p. 161.) *Oiſel.* ib. fg. 2. p. 524. 525.) M. *Pembrok.* ib. fg. 2.) *Vaill.*

Vaill. Pr. I. p. 48. — Fuit in regione octaua cum templo ac *columna Cochlide*, cuius erat altitudo 128. pedum, intus erant gradus 185. feneſtellae 45.

FOSTLVS loco *Fauſtulus* ex artatione litterarum; ſic enim ſcribitur in n. argenteo: SEX. POMP. FOSTLVS. in Numoph. *Arſchotano*, non vt *Patinus* et alii ediderunt FOSTVLVS. Eſt in eo numo lupa cum Romulo et Remo ad ficum, adſtante ruſtico. Originem ſuam ad Romulum refert hoc ſymbolo *Sex. Pompeius Foſtlus*, ſcriptoribus rerum Romanarum ceteroqui ignotus. *Harduin.* Oper. p. 691.) Ritratto di Roma moderna p. 156.

FOSTVLVS in eiuſdem Pompeiae gentis denariis ſcriptum, vt antiquitatem originis argueret, poſita littera O pro AV. alias enim apud auctores *Fauſtulus* ille, Romuli et Remi educator, legitur. *Guſſeme* III. p. 219. V. p. 466. n. 9. vid. *Pompeia* gens.

FOVL. loco *Fuluius*, adiecta littera O in denariis antiquis, in quibus CNFL. litteris colligatis, vel CNFOVL. *Cneus Fuluius* memoratur. *Eckhel.* Cat. II. p. 39.) *Guſſ.* II. p. 21. III. p. 263.) *Morell.* Fam. Caecilia et Fuluia.) M. *Pembrok.* III. Tb. 16. fg. 3.) *Vaill.* Fam. Caecil. it. Fuſuia.) *Vrſin.* a *Patino* p. 55. fg. 1. vid. *Fuluia* gens.

FOVR. — FOVRI. — FOVRIVS, diphthongo OV loco V ſimplicis vſurpata in quibuſdam Furiae g. denariis. vid. *Furia* gens.

Fourrées médailles Gallis ſunt numi cuprei, ſed tam arcte argentea lamina incruſtati, vt niſi per ſciſſuram poſſint dignoſci.

F. P. R. *Patinus* quidem has tres litteras in Æ. familiae Arriae interpretatur: *Fecialis Populi Romani*, ſicut *Iac. Perizonius* hiſce litteris *Fortunam Populi Romani* expreſſam eſſe demonſtrat; ſed *Vaillant.* Fam. Rom. ad Arriae n. 2. opinatus eſt *Fortitudinem Populi Romani*; idem enim muliebre Fortitudinis caput obſeruatur in g. Siciniae denariis c. epigr. lucem praebente FORTitudo P. R. Conf. *Guſſeme* III. p. 194.) *Hauercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 36.

F. R. ad latera cippi. n. Conſtant. M. *Band.* II. p. 213.) *Ducang.* Tb. 3. p. 18.

FR. *Fretenſis.* LEG. XVI. FR. *Legio Decima ſexta Fretenſis.*

FR. *Frumentum, i, o.*

FR. FR. FRVG. Imperitiae ſcalptoris adſcribenda eſt informis haec epigraphe. Loco ſcalpendi CERERI ſculpſit FR. FR. ſi enim praeponatur C, et duae litterae F mutentur in E habetur CERER. Typus Cererem ſtantem repraeſentat, d. ſpicas demiſſas, ſ. faci innititur, qua raptam Proſerpinam quaerebat. Æ. Peſcennii. *Guſſeme* III. p. 261. V. p. 400. n. 10.) *Vaill.* Pr. II. p. 203.

FRAN. ET ALAM. *Francia Et Alamannia* in imo Æ. Conſtantini M. cuius epigr. GAVDIVM ROMANORVM, ob deuictos ad Rhenum Francos, poſito tropaeo, cui adſidet vtrimque captiuus Ab initio enim tertii ſaeculi iuxta *Spartianum* et *Victorem* Alemanni diſtincti ſunt a Francis et Germanis. In ſimili eiuſdem Conſtant. M. ſcriptum:

FRANC. ET ALEM. TR. in ima parte: *Francia Et Alemannia Treuiri.* *Guſſeme* II. p. 303. III. p. 260.) *Liebe* Goth. Num. p. 445.) *Morell.* Specim. Tb. 7. p. 82. vid. ALAM. — ALEM.

Francia

Franci, non confundendi cum Gallis, a Criſpo Caeſare, Conſtantini M. filio, natu maximo, quem ei Mineruina peperit, victi ſunt Ao. Chr. 320, de qua Criſpi victoria *Nazarius* ad Conſtantinum c. 6 et 11. — Ad eandem Criſpi victoriam pertinet numus *AV*, qui exhibet captiuum tropaeo adſidentem cultu barbarico, in quo pileus et braccae notatu dignae, conſpicuum dextro innixum brachio. Epigraphe eſt ſupra: GAVDIVM ROMANORVM. infra:

FRANCIA.)(F. IVL. CRISPVS NOB. CAES. Caput Criſpi laureatum ad pectus vſque cum lorica. *Guſſeme* III. p. 260.) *Liebe* Goth. Num. p. 81. 82. In gaza regia Gallorum exſtat *AV*. numus Criſpi ſimilis, cuius auerſa in parte ALAMANNIA, vnde patet eodem tempore Criſpum Franciam et Germaniam deuiciſſe. Hinc vtraque in rariſſimo numo Gothano Conſtantini M. coniungitur, qui Conſtantini numus vna cum aliis duobus, in quibus FRANCIA et ALAMANNIA ſeorſim expreſſa ad eandem Criſpi victoriam pertinet. *Morell.* Spec. rei numar. Tb. 7. p. 82 ſq.

FRANCIA pariter in ima parte *AV*. numi Conſtantini M. legitur, pariterque deuicta ſub tropaeo *Francia* numi eius aream obtinet, ſimilisque epigraphe eſt: GAVDIVM ROMANORVM, ob gentem nempe ferocem ſubactam. *Band.* II. 213.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 3.) *Eckhel.* Cat. II. p. 472.) *Harduin.* Oper. p. 60. 469.) *Occo* p. 535.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 25. fg. 11. p. 113.) *Spanhem.* Pr. II p. 638 *et* ad Iuliani Caeſſ. p. 250.) *Vaill.* Pr. III. p. 88. vid. GAVDIVM ROMANORVM.

Francia, quae in numis iſtis ſignatur, Orientalis ea et Transrhenana vulgo exiſtimatur, de cuius tamen vetere ſitu in conciliandis priſcorum dictis mirae ſunt recentium aeſtuationes. Conf. *Harduin.* p. 469. — Vulgo *Francia* dicebatur olim omnis illa regio, quae iacet inter Moenum, Rhenum et Hicerum, quam antea Germaniam dicebant; Alamannia vero regio interiacens Danubium inter et Alamannum. Hodie Germania omnis Alemannia dicitur.

Francia ſeu Gallia tantum Orientalis numos cudit honori Auguſtorum, nullos Occidua, vt ſentit *Harduin.* Oper. p. 434. — *Francorum* quoque vocabulum in numis regum primae, vt vocant, ſtirpis non eſt. *Hard.* ibid. p. 425. — *Francorum* veterum duces vel reguli in aliquot numis Imperatorum Conſtantinopolitanorum occurrunt, de quibus prae aliis poteſt conſuli *Ducangius* tum in diſſertatione de inferioris imperii numiſmatibus, tum in hiſtoria Byzantina.

FRANCIA DEVICTA in n. Conſtantini M. et filiorum Criſpi et Conſtantini iunioris. *Band.* II. p. 213) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 3.) *Morell.* Spec. rei numar. p. 84.

Francicus dictus Probus Imp. a quo Franci nec minus ſunt deuicti. *Liebe* Goth. Num. p. 446.) *Vaill.* Pr. III. p. 34.

Fratres idem praenomen non gerebant, docente *Vaillantio* Fam. Rom. ad g. Manliae n. 9.

— Catanenſium pii, Amphinomus et Anapis, parentes efferunt. vid. *Catana* Siciliae. — *Herennia* gens. — PIETAS.

— populi. vid. *Seleucis* I. et Pieria.

Fratrum concordia. Conf. *Liebe* Goth. Num. p. 540.

Fraus numorum tanta non eſſet, ſi multi illud artificium intelligerent, quod

quod *Wagenſeil.* diſſ. de re monetali veterum de Italo quodam refert, qui ex odoratu genuinos numos a ſpuriis diſcernere potuit. Sed quot ſaepius a viris artis numariae peritis committuntur errores? Quot ſphalmata ab ipſis artificibus et monetae impreſſoribus ex improuiſo committuntur? Quot monetarum adulteratores nimia quorundam curioſitas et inquiſitio excitat? Opponuntur *Hub. Golzio*, *Car. Patino*, *Octau. Strudae* aliiſque fictiones numorum. Perpendamus, quod etiam de numi veritate certi, ſoleant tamen certare de ſignificatione figurarum et intellectu verborum. Conf. *Fraudum* aliquot inſigniorum circa numos exempla in Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 112.) *Gladov.* diſſ. de erroribus hiſtoricorum. p. 31.) *Val. Erneſt. Loeſcher.* de modo dignoſcendi genuina veteris aeui numiſmata a ſuppoſititiis.) *Chriſt. Nat. Ioh. Luce* Nachricht von einem bemerkten beſondern Betrug in den alten Griechiſchen vnd Roemiſchen Münzen; die in der Hamburg. vermiſchten Bibliothek Vol. II. P. II. p. 231 ſqq. befindlich iſt.

Frenatrix vnde vocata Minerua. *Vaill.* Col. II. p. 32.

FRO. *Frontonis* cognomen, prout occurrit in n. Iul. Celſae ſub Auguſto: M. EBVCCO L. CON. FRO. *al.* M. EBVCCO L. CORNE. FRO. *Mdb.* p. 50.

Frons, dis, vid. *Ramus.* — Eques d. frondem, adſilit canis. n. Marciae g. *Morell.* Fam. p. 262. fg. 4.) M. *Pembrok.* III. Tb. 7. fg. 17. vid. *Marcia g.*

FRONT. *Fronto*, cognomen Corneliae gentis a fronte ita dictus, e. c. L. CORNEL. FRONT. *Vaill.* Col. I. p. 30. 72. 100. — BAGG. FRONT. *Baggius Fronto*, Duumuir. v. *Celſa.* — M. HELV. FRONT. *Marcus Heluius Fronto*, praenomen, nomen, cognomen duumuiri. vid. *Bilbilis.*

Frontinus proconſul, cuius nomen occurrit in Æ. Smyrnaeorum: ΑΝΘΥπάτῳ ΦΡΟΝΤΕΙΝΩ, *Proconſule Frontino*, apud *Liebe* Goth. Num. p. 197.

Fronto cognomen. vid. FRO. — FRONT. — *Prodicus Fronto*, vel vt legitur in numo ΦΡΟΝΤΩΝ, Aſiarcha. *Spanhem.* Pr. II. p. 417.

FRV. *Frumentum.* AD FRV. EMV. EX S. C. *Ad Frumentum Emundum, Ex Senatus Conſulto.* Cum an. 508. annonae eſſet penuria Romae miſſi ſunt ad frumentum emundum ex ſenatus conſulto Piſo et Caepio Quaeſtores. Vnde in rei memoriam Quaeſtores illi denarium cuderunt, in antica cuius parte caput Saturni, cum falce dentata, eius ſymbolo, propter agriculturae rationem exhibent; ex auerſa parte ipſi Quaeſtores ſedent togati inter duas ſpicas, frumenti abundantiae ſymbola, tanquam frumentum diuiſuri. Tridens pone caput Saturni per mare illud frumentum indicat aduectum. *Morell.* Fam. Calpurn. it. Seruilia.) M. *Pembrok.* III. Tb. 10. fg. 8.) *Spanhem.* Pr. II. p. 155.) *Vaill.* Fam.) *Zaccaria* Iſtit. Num. p. 250.

FRV. vel FRVG. vel FRVGI, cognomen g. Calpurniae. vid. *Calpurnia* gens, et quidem in denariis C. Piſonis, in quibus eques deſultor, variis attributis.

FRVCTIFer. vid. PORTICVS FRVCTIF. P. R. C. P. *Colonia Patrenſis.*

FRVG. *Fruges.* FRVG. AC. *Fruges Acceptae.* — A. POP. FRVG. AC. *A Populo Fruges Acceptae*, in n. Domitiani, in celebritate LVDorum SAECulariorum percuſſo, in quo ſedens cernitur Imperator,

rator, coram eo duae figurae ſtantes, quarum prima modium frugibus plenum effundit. Nam frugum, tritici, hordei et fabarum primitiae a populo diis ſacrorum illorum praeſidibus, oblatae dein, ſacris illis peractis, vniuerſo populo diſtribuebantur. Quarum diis illis oblatarum a populo primitiarum, ac deinde a maribus feminiſque acceptarum mentio fit apud *Zoſimum*, et numi ſchema indicat. Æ max. Domitiani. *Morell.* Th. Impp. II. p. 449.) *Mdb.* p. 137.) *Spanhem.* Pr. II. p. 538. 539.) M. *Theup.* p. 432.) *Vaill.* Pr. I. p. 40.

FRVG. *Frugifera.* CERES FRVG. n. Sept. Seueri. vid. CERES.

FRVG. *Frugiferae.* CERERI FRVG. Ceres ſtans, d. ſpicas, ſ. facem. Æ. Sept. Seueri. *Eckhel.* Cat. II.) *Mdb.* p. 269. — FR. FR. FRVG. loco CERES. FRVG. n. Peſcennii. vid. FR. FR. FRVG.

Fruges populo diſtribuebantur Romae ante dies feſtos ſaecularium ludorum ad templum Dianae conditum in Auentino, vbi cuique libero hordeum, triticum, fabaeque priſco more dabantur, quae Parcis ante offerebantur. *Gorius* ad *Morell.* Impp. II. p. 449.

— annonae abundantiam in prouincia vel vrbis ſitu indicant. Ita enim caniſtrum *frugibus* plenum in n. Antiochiae Syriae, Elaeae, Pautaliae, Traianopolis; *it.* Hadriani ab Alexandria Aegypti. *it.* Peſcennii. v. FELICITAS TEMPORVM. — Caniſtrum *frugibus* refertum in manu mulieris. n. Antonini Pii ab Alex. Aegypti; *it.* n. Plotinae. v. FIDES AVGVST. — *Fruges* in manu mulieris. n. Carthaginis in Galerio. — Vaſculum cum frugibus. n. Papiae g. — Calathus frugibus plenus autumni indicium. v. FELICIA TEMPORA.

FRVGI. agnomen Piſonis gentis Calpurniae. L. Piſo Siciliae praetor, pecuniae reliquum ad annonam comparandam remiſit Romam, vnde *Frugi* cognominatus: L. PISO FRVGI. — L. PISO L. F. FRVGI. — Q. PISO FRVGI — C. PISO. L. F. FRVGI. *Morell.* Fam. 63. — Typus frequens eſt, eques deſultor rapide inuectus, ſ. palmae ramum, ſuperne fulmen, variis minutis attributis, litteris ac numeris. vid. *Calpurnia* g. —

FRVGIF. *Frugiferae.* CERER. FRVGIF. *Cereri Frugiferae.* Ceres cum ſpicis et face. Æ. Sept. Seueri. *Eckhel* Cat. II. — *it.* n. Iul. Piae. *Mdb.* p. 231.

Frugifer Mercurius d. caduceum, ſ. tridentem. vid. *Mercurius.* Conf. *Galland* Diction. vocabulo *Frugifer.*

Frugifera cognominata *Ceres*, quae dicta a Graecis. πολύσταχυς, πολυμέδιμνος, Καρποφορος, multis ſpicis, modiis frugibus abundans. *Galland* ibid.) *Spanhem.* Pr. I. p. 365. II. 538. 539. vid. *Ceres.*

FRVGIFERAE Cereris epitheton. CERERI FRVGIFERAE. n. Peſcennii *Vaill.* Pr. II. p. 208.) *Mdb.* p. 264. — *it.* n. Seueri. *Hard.* p. 796.

FRVGIFERO; vid. SAECVLO FRVGIFERO cum Mercurii ſtantis icone. n. Albini. — *it.* Poſtumi Sen.

Frumentariae largitiones quomodo libera republica indultae fuerint populo Romano docet *Spanhem.* Pr. II. p. 540. — Menſtrua fuit talis largitio ſub Auguſto, verum non vniuerſo populo, ſed egenae tantum plebi tum frumentum datum. *ib.* et *Vaill.* Col. II. p. 88. — Ao. V. C. 748. ab Auguſto indefinita multitudo accipientium frumentum ad hominum ducenta millia retracta,

ex. *Dione.* *Vaill.* Pr. II. p. 19.) *Spanhem.* ib. p. 541. — Diſtributiones populo a Nerua renouatae. *Vaill.* Col. II. p. 88.) *Oiſel.* Sel. Num. p. 398. — Imperatorum praecipua erat cura, ne vrbs Roma frumenti inopia laboraret. *Spanh.* Pr. II. 541. Hinc cum frumenti penuria Romae Domitiani tempore plurimum pop. Romano incommodum attuliſſet, Nerua vix imperium ſuſcepit, cum ex omnibus prouinciis frumentum Romam adportare iuſſit, vnde in eius Æ. numo SALVS PVBLICA inſcripto, mulier ſedens, d. ſpicas, procurationem annonae indicat.

Frumentariae legis ſignum in numis conſularibus ſpica eſt, e. c. Corneliae gentis, vt et aliarum familiarum.

Frumenti procuratio pars muneris quaeſtorum. *Liebe* Goth. Num. p. 237. — A Nerone menſtruae *frumenti diſtributiones* praetorianis conceſſae. *Vaill.* Col. II. p. 88.

Frumenti grana fertilitatis celebratiſſimae indicia in numis Leontinorum, aliarumue Siciliae vrbium. *Burmann.* ad *Dorville* Sic. p. 364.

FRVMENTO CONSTITVTO. v. PLEBEI VRBANAE FRVMENTO CONSTITVTO. S. C. Modius, prominentibus ſpicis et papauere. Æ 1. Neruae, a quo frumentum plebi conſtitutum. *Hanthaler.* Exercit. II. Tb. 4. fg. 1.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 45. fg. 9. p. 398.) *Spanhem.* Pr. II. p. 541.

Frutia nominatur Tranquillina in Æ 1. Epheſiorum egregio, cuius ectypon primum prodiit inter Pop. Num. *Neumanni.* P. II. Tb. 1. fg. 14. p. 37. ... CAB I. ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ. *Fruriae* praenomine in pauci aliis legitur, alias *Furia,* vtroque praenomine in ſolis Graecis.

Frutex in area. n. Cauloniae Bruttiorum.

F. S. *Felix Sinope.* vid. *Sinope.*

F. S. AVG. *Felici Seniori Auguſto.* Ita in n. Diocletiani: DN. DIOCLETIANO P. F. S. AVG. pariter collegae Val Maximiani: DN. MAXIMIANO P. F. S. AVG. *Pio Felici Seniori Auguſto.*

F. T. in medio numo ſaeculi ſequioris, vel *Felicitas Temporum* vt apud *Iobert.* II. p. 155. ex *Vaillantii* explicatione Pr. I. p. 300. vel *Felicia Tempora,* vt interpretatus eſt *Harduin.* Oper. p. 480.

F. T. R. *Felix Temporum Reparatio*; frequentius tamen : FEL. TEMP. REPARATIO.

Fuſia gens plebeia, ſed conſularis, licet noua, cognomen habuit CALENI ab oppido *Calibus*, Campaniae Felicis, vnde Calenus deducitur. *Cicero* eius municipii Caleni mentionem facit Orat. II. Agrar. c. 31. idem L. IX. Epiſt. ad Famil. ep. 13. — Numi, qui ſuperſunt: 1. KALENI. Capita iuncta Honoris et Virtutis hoc galeatum, illud laureatum, in area HO. *Honos.* VI *Virtus.*)(CORDI. ITAL. *Italia.* RO. *Roma.* Italia et Roma ſtantes dextra iungunt; illa habitu matronae ſtola indutae, ſ. tenet cornucopiae; haec capite diademato habitu militari, veſte ſuccincta, ſ. ſceptrum tenet, pede globum calcans, retro Italiam in area numi eſt caduceus. Nobilis hic typus redintegratam indicat, interruptam bellis ciuilibus, concordiam inter Italiam et Romam, poſtquam videlicet finem habuerunt vel bellum Italicum, ſeu ſociale ob negatum ciutatis ius. Æ. AR. ſerratus, ad duas diuerſas Romanorum familias referendi propter nomina *Fuſii Caleni* et *Mucii Cordi.* Conf. *Gaſſeme* III. p. 261.) *Harduin.* ad

Plin. I. p. 246. cuius vero coniecturae nullo prorſus fundamento nituntur, qui ex CORDI triumuiri monetalis cognomine ſequentia effingit: *Concordia Orbis Romani Decus Italiae*; et ex voce KALENI hunc extorquet ſenſum: *Karthago Africae Libero Edicto Neronis Imperatoris.*) *Morell.* Fam. p. 246. fg. 1.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 28. fg. 12. p. 125.) M. *Pembrok* III. Tb. 3. fg. 4.) *Schulz.* Numoph. I. Tb. 4. fg. 4. p. 163 ſq.) M. *Theup.* p. 44.) *Vaill.* Fam. Fuſia fg. 1.) *Vrſin.* a *Patino* auct. — 2. LEIBERTAS. Caput Libertatis velatum.)(Q. CALENVS COS. ibidemque apud *Morell.* aliud nomen circa ambitum videtur eraſum. Apex, ſecuris et culter, qui typus vel ad pontificatum Caeſaris, vel aliquod Caleni ſacerdotium reſpicere videtur. AR. *Golz.* Faſt. p. 178. ad an. V. C. 706.) *Guſſeme* ib. n. 2.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 17. fg. 3. p. 559.) *Vaill.* Fam. Fuſia fg. 2. — 3. C. I. N. C. EX. D. D. *Colonia Iulia Noua Carthago. Ex Decreto Decurionum.* Caput nudum M. Antonii, pone illud labyrinthus eſt.)(T. FVFIO. M. AIMILIO II. VIR*is*. Caput Caeſaris nudum. Æ 2. cuſus Carthagine Noua, vrbe Hiſpaniae citerioris maritima cum res inter Antonium et Caeſarem eſſent pacatae, vnde eorum vultus, vt in pluribus numis coniunguntur. *Eckhel.* Cat. I. p. 5. ſed cum capite Octauiani.) *Guſſeme* ll. in Carthagine n. 1.) *Morell.* Fam. p. 186. fg. 2.) Muſ. *Theup.* p. 44. ſed alia p. 647. inſcriptio eſt: M. AIMIL. I. F. F. FVFIO II.VIR.) *Vaill.* Fam. Fuſia fg. 3. *it.* Num. Col. I. p. 8. — 4. *Al.* ſimilis, ſed legitur: M. AIMILIVS T. FVFIVS apud *Vaill.* — 5. EX . . . . Caput Lepidi cum labyrintho.)(M. AIMIL. T. FVFIO. Caput Auguſti. *Patin.* Impp. p. 3. *et* Famil. Aemilia n. 10.) *Mdb.* p. 10. — 6. C. V. I. CELSA. BVCCONE C. FVFIO AED. vid. *Celſa.*

FVFIO — FVFIVS. vid. *Fuſia* gens.

FVL. *Fuluius*, nomen. M. FVL. Q. F. FLAC. — Q. FVL. Q. F. FLAC. PRO. PR. vid. *Fuluia g.* — CN. FVL. CN. F. n. Auguſti ab vrbe Hiſpaniae Orippo forte. *Morell.* in Aug. Tb. 38. n. 22. p. 394. — L. FVL. SPARSO II.VIR. vid. *Calaguris.* — IMP. C FVL. MACRIANVS. *Cimel. Vind.* I. p. 72. vid. *Macrianus.* — IMP. C. FVL. QVIETVS. *ibid.* vid. *Quietus.* — FVL. MAR. PACATIANVS. *Band.* I. p. 542. vid. *Pacatianus.*

Fulgerator vel *Fulgurator* a deiiciendo fulgure dictus Iupiter καταιβάτης; ipſe inde armatus d. fulmine ſ. haſta, cernitur in numis non paucorum populorum. Conf. *Galland* Diction. voc. *Fulgerator, Fulgurator.*) *Petr. Burmann.* diſſ. de Ioue Fulguratore in numis Cyrrheſtarum. Traiect. Bat. 1704. 4. — Idem a Seleucenſibus dictus ΖΕΥϹ ΚΕΡΑΥΝΙΟϹ — In Diocletiani numis modo IOVI FVLGERATORI, modo FVLGVRATORI ſcriptum offendimus. vid. IOVI.

Fulgur. vid. *Fulmen.*

FVLGVRATORI. vid. IOVI FVLGVRATORI.

FVLM. *Fulminator*, idem Iupiter dictus.

Fulmen Iouis telum a Vulcano fabricatum, vulgo trifidum fingitur. Res e poetis nota, ſed maxime e *Virgilii* Aeneid. L. VIII. vſ. 426 ſq.

— *Ioui* praecipue aliis etiam diis tributum in numis, vt *Mineruae*, quae fulmen vibrans depingitur; vel [illegible] eius ales, fulmen vnguibus [illegible] ſtat; vel *Vulcanus* ful[illegible]icans, ante quem ſtat Minerua n. Seueri. Vel *Hercules* in n. Bruttiorum; vnde Alexander,

ander, Herculis aemulator, fulmen manu tenens depictus olim ab Apelle. Quandoque etiam *Imperatores* Romani fulminare et tonare, Iouis exemplo, dicti a poetis, fulmine armati in ſelectis eorum numis, tanquam Ioues Latii, vel coelum cum Ioue regentes, qualis *Auguſtus* cum corona radiata, fulmine et ſtella, ac inſcr. DIVVS AVGVSTVS PATER, in auerſa vero parte caſtrum et inſcr. AVGVSTA EMERITA. Pariter Auguſtus, vt Iupiter, fulmen d. gerit c. epigr. DIVVS AVGVSTVS in Æ max. Municipii Tariaſonis. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 5. Ita inter Auguſti numos a Nerua reſtitutos vnus cum fulmine ac epigr. DIVVS AVGVSTVS. Sic *Traianus* viſitur, d. fulmen, ſ. haſtam puram tenens, retro Victoria coronam capiti eius imponens cum ſolito lemmate: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Similiter inter numos Hadriani figura d. fulmen, ſ. haſtam tenet c. inſcr. DIVVS TRAIANVS AVG. PARTH. PATER. In aureo Antonini Pii numo figura ſedens cum fulmine haſta et inſcr. IMPERATORI. *Spanh.* Pr. I. p. 429 ſq. — Fulgura, Iouis inſignia in M. Aurelii apud *Patin.* Impp p. 239. numo cum epigr. ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, *Commune Macedonum,* quia fulguris inſtar populi hoſtes Marcomannos mira celeritate penitus deleuerat Aurelius. — In aliis ſub Antonino Caracalla et Maximiano ſignatis leo radiatus fulmen ore geſtat — In Seleucidarum et Lagidarum numis aquila, Iouis ales, fulmini inſiſtens, et duae nonnumquam cum expanſis alis fulmen tenentes, vt in quodam Ptolemaei numiſmate. — In Alexandri Epirotae, Pyrrhi, Agathoclis, Hieronymi, aliorumque regum aut tyrannorum numis ſignatum eſt fulmen, tanquam manifeſtum prouidentiae ac imperii ſymbolum, quod etiam, clare liquet ex iis numis, quibus fulmen inſculptum cum inſcr. PROVIDENTIAE DEORVM. AR et Æ. Antonini Pii, *Beger.* Th. Br. II. p. 582.) *Vaill.* Pr. II. p. 25. 86. *it.* Col. II. p. 15. — Notum illud prouidentiae ac imperii ſymbolum in n. Ptolemaidis ad aliquam vrbis hiſtoriam ſpectat — Seleucenſes in numis Syriae regibus ac Imperatoribus a ſe dicatis fulmen exhibuerunt.

Fulmen conſecrationis et diuinitatis quoque ſymbolum eſt. *Vaill.* Pr. II. p. 203. *it.* Col. I. p. 15. 42. Hinc fulmen grande et alatum, vel cippo impoſitum, ſubtus aquila, conſecrationis typus eſt in n. Auguſti. *Hantbaler.* Exercit. VI. Tb. 1. fg. 10. p. 97.) *Vicus* inter Æ. Auguſti n 20. — Pariter fulmen grande, circum CONSECRATIO, in area S. C. Æ 2. M. Aurelii. *Hanthal.* ib. Tb. 2. fg. 1.

Fulmen potentiae bellicae ſymbolum creditur. *Wilde* Sel. Num. p. 10. 87. 123. Potentia autem bellica cum vtilitate publica coniuncta eſt non minus ac in denario Fabiae gentis apud *Beger.* Th. Br. II. p. 555.) *Vaill.* Fam. Fabia fg. 16. alioſue, cum cornucopiae frugibus repleto fulmen. Nam ſi temere emittitur fulmen, omnem opulentiam proſternit, et ſi temere emittantur vires bellicae, vtilitas publica peſſum rapitur. Temeritatis exemplum Q. Fabius in magiſtro equitum habuit. Exemplum prudentis cunctationis dedit ipſe, nec quicquam Hannibalis iactantia fractus. *Liuius* rem pluribus enarrat.

Fulmen ſolummodo in n. Amanti Macedoniae, Axiae, Bilbilis, Caeſar Auguſtae, Carteiae, Catanae, Centoripae, Epiri, Faliſcorum, Gadium Locrorum, Macedoniae, Muſonabeae ignoti ſitus, Neocaeſareae, Praeſi, Ptolemaidis, Seleuciae Syriae, Syracuſae, Triacalae; *it.* in n. regum pariter ac reginarum Demetrii Philometoris Antiochi IV. et IX. *it.* Philippi III. Syriae; Selenes vxoris Ptolemaei Latiri et VIII. Aegypti; Agathoclis et Hiero-

Hieronymi Siciliae; Seleucidis I. Syracuſarum; Pyrrhi, Alexandri et Phthiae Epiri; Polemonis Ponti; *it.* in n. Impp. Auguſti, Traiani, Hadriani, Antonini Pii, M. Aurelii, Seueri.

Fulmen in area n. Achaeorum, Antiochiae Syriae, Apolloniae Siciliae, Axiae Locridis, Bruttiorum, Chalcidis Euboeae, Cnoſſi Cretae, Faliſcorum, Neocaeſareae, Praeſi Cretae, Rhodi; *it.* Agathoclis regis Syracuſarum, Alexandri M., Pyrrhi regis Epiri.

— et aquila, vel cui aquila inſiſtit, v. *Aquila*.

— et arcus. n. Selgae.

—, arcus et pharetra. *AV.* Philippi regis Maced. *Wilde* Sel. Num. Tb. 1. fg. 6. p. 7.

— et auis. n. Syracuſae.

— et caduceus. n. Locrorum, *Golz.* Sicil. Tb. 26. fg. 5. *it.* Nicopolis Epiri.

— caduceus et cornucopiae n. Locrorum Bruttiae. *Pariſ.* Num. Magnae Graec. Tb. 4. n. 8.) *Magnan.* Brutt. Num. Tb. 74. fg. 8. An trinitatis ſit ſymbolum? Conf. Altes vnd. Neues 1701. p. 397 ſq.

—, caduceus, cornucopiae et figura ſtans. n. Pharnacis Ponti regis.

—, caduceus et praefericulum. n. Munatiae g. *it.* M. Antonii.

— per tranſuerſum, caduceo intermedio. n. Nicopolis Epiri.

— et claua. n. Antiochi III. regis Syriae.

—, claua, arcus et pharetra. Æ. Alexandri M. *Wilde* ib. Tb. 3. fg. 15. p. 20.

— et circulus vel clipeus. n. Argorum, Seleuciae Syriae.

Fulmen et cornucopiae. n. Valentiae Hiſpaniae; *it.* Lucienae g. *Liebe* Goth. Num. p. 231.

— et delphin. n. Syracuſae.

— et medius equus. n. Cephalleniae.

— et flos, vel roſa. AR. Rhodi. *Wilde* Sel. Num. Tb. 7. fg. 41. p. 60.

— et labyrinthus. n. Cnoſſi.

— et medius leo. n. Philippi Macedoniae regis.

— et media luna. n. Pharnacis Ponti regis.

— et ſpica. n. Metaponti.

— in clipeo. Æ. Bruttior. *Golz.* Sicil. Tb. 24. fg. 5.

— intra clipeos Macedonicos. Æ. Alex. M. *Wilde* Tb 4. fg. 29. p. 27. *it.* Antigoni II. Macedoniae regis. — *Fulmen* alatum, hinc inde clipeus. n. Catanae.

— inter duo aſtra. n. Cyrenes Africae.

— inter clauam et arcum pharetrae iunctum n. Alexandri M.

— inter duo cornuacopiae. n. Philomelii.

— intra pedes equi effrenis libere decurrentis. Æ. Theſſalonic. *Wilde* Tb. 13. fg. 75. p. 106.

— inter duos pileos n. Seleuciae Syriae.

— ſupra Iouem ſedentem, n. Antiochiae Syriae.

— et laurea ſupra ſellam. n. Auguſti.

— ſupra duas ſellas. n. Iul. Caeſaris.

— ſupra proſpectum vrbis. AR. Crotonis. *Golz.* Sicil. Tb. 29. fg 4.

Fulmen

Fulmen ſupra templum Iouis. n. Fam. Egnatiae, Volteiae.

— ſupra tripodem. n. Faliſcorum Etruriae.

— ſuper bigis. n. Syracuſ. *Golz*. Sicil. Tb. 2. fg. 10.

— ſupra figuram ſtantem. n. Pharnacis. *Wilde* Tb. 25. fg. 152. p. 207.

—, ſupra quod aſtrum, infra pilum haſtae. n. Alexandri Neoptolemi filii Moloſſorum regis.

— ſub galea Mineruae criſtata. Æ. Alex. M. *Wilde* Tb. 4. fg. 20. p. 27.

— ſub noctua. n. Athenar.

— ſub vacca cum vitulo. n. Dyrrhachii.

— ſub Europa tauro inſidente. n. Volteiae g.

— ſub figura in bigis mulorum. n. Meſſanae.

— ſub duabus figuris equeſtribus. n. Theſſalonicae.

— iuxta tropaeum. n. Caelinae Italiae.

— iuxta quatuor globuli et claua tranſuerſa. v. *Trientes*.

— in imo. n. Alexandriae Troadis, Dyrrhachii Illyrici, Meſſanae Siciliae *Golz*. Sicil. Tb. 7. fg. 3.

— *Ioui* tanquam manifeſtum ſummi imperii ſymbolum vt plurimum tribuitur, inde dictus Altitonans, Elicius, Fulminator. Fulmen illud *triſulcum* iuxta deſcriptionem *Virgilii* L. VIII. Aeneid. a Cyclopibus accepit poſtquam eos ſubegit, deiectoſque in Tartarum Centimanis adſeruandos tradidit, *Vaill*. Pr. III. p. 76. *it*. Col. II. p. 11. 15.) *Wilde* Sel. Num. p. 7. 9. 10.

Fulmen in dextra *Iouis* cernitur in numis populorum non paucorum, qua diuinitatis inſigne, cui ab aquila porrectum fingunt, quod ictu fulminis illa non laedatur vid. IOVI etc. *Iupiter*. — Conf. *Oderic*. diſſertatt. p. 10.) *Triſtan*. Comment. I. p. 590.

— in ſ. Iouis quadrigis inſiſtentis. Æ. Fuluiae g. *Morell*. Conſular. Tb. 17. fg. 14.

— ad capus Iouis. n. Mamertin.

— pone caput Iouis. n. Agyrinae, Arporum, Bruttiorum, Syracuſae; *it*. Caruiliae g.

— *pluribus diis* commune. Ita Soli vel Apollini a veteribus tribui fulmen *Cuperus* Harpocr. p. 9. 98. 102. nos docuit.

— in manu *Apollinis*. n. Nicopolis Epiri.

— ſub capite Apollinis. Æ. *Golz*. Sicil. Tb. 17. fg. 7. — ſub capite laureato Veiouis. n. Fonteiae g.

— poſt caput Apollinis Æ. Axur. *Golz*. ib. fg. 8. *it*. n. Calenorum Campaniae.

Ceres cum fulmine in manu cernitur in gemma, quam *Mich. Angel. Cauſeus* et *Montfauconius* produxerunt. Per hanc vero intellexiſſe veteres terram, duae ſpicae ante pedes eius poſitae luculenter docent. Erat enim ſententia *Sciop. Maffei*, fulmen ac tonitru non e coelo, ſed e terra oriri, ſiquidem *Plinius* H. N. L. II. c. 52. fulminum etiam terrenorum meminit, et *Seneca* quaeſt. nat. Lit. II. c. 49. eadem quoque e terra erumpere atque

atque exſilire adſerit. conf. *a Seelen* Miſcell. P. I. p. 90.

Cupido fulmen geſtans inſigne Alcibiadis gentilitium. *Spanhem.* Pr. I. p. 433.

Fulmen in manu *Herculis.* n. Bruttiorum, Tripolis Cariae.

— a tergo *Martis.* n. Bruttior.

— in manu *Mineruae.* n. Antigoni Tutoris, regis Aſiae; *it.* Domitiani.

— pone Mineruam cum victoriola et haſta ſtantem. n. Rheginorum, ad eandem deam ſpectat, cui fulminum mittendorum poteſtas fuit, Mineruam enim etiam cum fulmine effictam oſtendit *Liuius* L. XII. Eam ob cauſam noctua in n. Atheniensium triſulcum tenet fulmen vnguibus.

— in d. *deae Syriae.* n. Seueri, Caracallae.

— etiam *Soli* tribuitur. *Liebe* Goth. Num. p. 347.

— in manu *Victoriae.* n. Athenarum.

— iuxta Victoriam gradientem in regum Epiri numis, in quibus alias quandoque ſolum rutilat, atque ad Iouis Dodonaei cultum adludit in Epiro percelebrem.

— ſupra Victoriam. n. Syracuſae.

— ſub capite Victoriae. n. Bruttiorum.

— in manu *Vulcani.* n. Cyzici, Thyatirae. *it.* M. Aurelii, Seueri.

— in manu *figurae incertae* n. Bruttiorum, Iſtri, Nicaeae; *it.* Famil. incert.; *it.* Cari Imp.

Fulmen ad caput imberbe galeatum. Ambraciae Epriri. — Fulmine ornatum caput imberbe. n. Caprae Campaniae.

— ad caput *Imperatorum* adpoſitum, ſummam eorum et paene diuinam indicat potentiam atque iuſtitiam.

— ante faciem *Auguſti. Morell.* in Aug. Tb. 4. fg. 120.) *Hautbaler.* Exercit. VI. Tb. 1. fg. 6. p. 96. — *it.* n. Emeritae Italicae, Romuleae.

— poſt ceruicem *Gordiani* Imp. Æ. Theſſalonic. *Wilde* Sel. Num. Tb. 16. fg. 123.

— in manu Imperatoris. n. Smyrnae, Turiaſonis, *it.* Auguſti, Veſpaſiani, Domitiani, Traiani, Caracallae.

— triumuirorum Reipublicae Conſtituendae imperium deſignat, vt caduceus pacem et felicitatem inter eos.

— ab vtraque parte quinque radiis duabuſque alis inſignitum ad eius velocitatem et penetrationem denotandam. n. Auguſti; *it.* Saluiae gentis. — hinc inde S. C. n. Auguſti *Angelon.* p. 24. n. 20.) *Auguſtin.* Dialog. p. 97.) *Triſtan.* I. p. 81.

— arae ſuperpoſitum. n. Titi, Domitiani. *Morell.* Impp. in Tito, in Domitiano. — ſed inter ſigna militaria. n. Nicopolis Moeſiae inf.

— menſae impoſitum. n. Caeſareae Palaeſtinae, Pruſiae ad Hipium, Seleuciae Syriae; *it.* Veſpaſiani, Antonini Pii, Caracallae. vid. CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΖΕΥC ΚΕΡΑΥΝΙΟC.

— ſellae impoſitum. n. Seleuciae. — ſed ſellae curuli, in memoriam Veſpaſiani conſecrati. AV. a Tra-

a Traiano reſtitutus. *Vaill.* Pr. II. p. 86.

Fulmen in militem clipeis. *Wilde* Sel. Num. p. 124.

— ſupra equitum deſultorem rapide inuectum. n. Piſonis Frugi. v. *Calpurnia* g.

— et equus dimidius. n. Cephalleniae. *Liebe* Goth. Num. p. 178.

— ſub pegaſo. n. Locrorum.

— ore geſtat leo capite radiato gradiens. n. Caracallae, Aureliani. — *Al.* ſed leo criſtatus currens ore fulmen fert, de victoriarum celeri curſu. n. Aureliani. — in ore leonis n. Poſtumi, Probi, Diocletiani, Maximiani.

—, cui aquila innititur, indicat ſummam rerum poteſtatem. vid *Aquila.* — perpetuum ſymbolum numorum, quos Ptolemaei, reges Aegypti, ſignarunt. v. *Ptolemaeus.* — fulmini aquila inſiſtit. n. Antiochi IV. Syriae regis. *Liebe* Goth. Num. p. 11. *it.* Vibiae gentis. *Liebe* ib. p. 237. — Cur aquilae datum ſit fulmen. Conf. *Oderic.* diſſertatt. p. 25. ad numum Trallianorum.

—, cui aquila alis expanſis pariter inſiſtit. Æ. Alexandri M. *Wilde* Sel. Num. Tb. 3. fg. 18. p. 23. — *it.* Æ. Theſſalonicae. *Wilde* ib. Tb. 12. fg. 70. p. 102. — et ad latus aquilae lauri ramus. Æ. Beroeae in Nerone. *Wilde* ib. Tb. 17. fg. 101. p. 132. 133.

— in vngulis aquilae legionariae. *Wilde* ib. p. 123. — inter duo alia ſigna militaria erectae. n. Galbae. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 93. fg. 7. p. 464.

— ante aquilam ſtantem. n. Alaeſae Siciliae.

Fulmen ante aquilam. Æ. Syracuſ. *Golz.* Sicil. Tb. 3. fg. 3.

— pone exigua aquila. Æ. Alexandri Epirotae. M. *Theup.* p. 1292.

—, proprium videtur Seleuciae vrbis Syriae Symbolum *Vaillantio* Pr. II. p. 109. Numos ergo Veſpaſiani et Domitiani, in quibus aquila pedibus fulmen tenens huic vrbi tribuit, quamquam et in numis Antiochenſium aquila ſculpta ſit fulmini inſiſtens, vt videre eſt in Æ. numo Muſ. *Medicei* Tb. 8. fg. 11. Conf. *Haym.* Th. I. p. 21.) *Wilde* Sel. Num. p. 37.

— in vnguibus noctuae. n. Olympiae Elidis. *Golz.* Graec. vet. Tb. 10. fgg. 2. 3. 4. p. 48.

— intra lauream n. Abbaetorum Myſiae, Amantiae Illyriae, *Peller.* Tb. 11. fg. 5. *it.* Delphorum. *Golz.* Graec. Tb. 8. fg. 8. *it.* Faliſcorum Etruriae, Philadelphiae Lydiae, etc. *it.* Alexandri Neoptolemi filii; *it.* Epirotarum.

— in corona quercea. n. Abacaeni Siciliae. *Geſner* Tb. 1. fg. 3. *it.* Philippi Demetriadis. *Liebe* Goth. Num. p. 106.

— in clipeo tranſuerſo. n. Fam. Domitiae, Seruiliae.

Fulmen alatum, Iouis fulminantis cultum arguens, vel victoriarum celeritatem indicans, prout id pluribus *Spanhem.* Pr. I. p. 431. exponit — paſſim in numis vetuſtis conſpicitur. Sic

— — in Æ. Macedonum. *Wilde* Sel. Num. Tb. 10. fg. 58. p. 87 *et* Tb. 18. fg. 107. p. 140.

— — Æ. Faliſcorum. *Golz.* Sicil. Tb. 35. fg. 10. *et* Tb. 36. fg. 4.

Fulmen alatum, n. Syracuſarum M, *Hunter*. Tb. 54. fg. 9.

— — n. Catanenſium. M. *Hunt.* p. 28. n. 10) *Paruta* Tb. 27. fg. 2 *et* Tb. 32. fgg. 54 82.

— — n. Centoripinorum. *Beger.* Th Br. I. p. 392 *et* Th. Palat. p. 223) *Dorville* Sic. Tb. 14. fg. 9.) *Muſell.* Vrb. et Pop. Tb. 7. fgg. 8. 9.

— — n. Minturnenſium. *Golz.* Sic. Tb. 17. fg 5.

— — n. Valentinorum Bruttiae, adpoſitis in area I. *al* ☉. *al.* lituo militari, victoriola, ape, aſtro, lunula, lyra, piſce, vaſculo, vel inferne boue cornupeta. *Magnan.* Brutt. Num. Tbb. 55. 56.

— — in aere pariter Abbaetarum Myſiae, Lacedaemonis, Locrorum, Orraenſium, Petelinorum, Thuriorum. vid. *ſuis locis*.

— — n. Seleucenſium in Pieria, quod fulmen Seleuciae pro numine conſecratum, quia iuxta *Appianum* Syriac. p. 125. Seleucus Nicator in condenda Seleucia ad mare ſecutus dicitur augurium fulminis. *Spanhem.* Pr. I. p. 431.) *Vaill.* Pr. II. p. 79.

— — Ioui proprium ſub ipſius capite. Æ. Agyrinenſium. *Golz.* Sic. Tb. 7. fg. 7.

— — Apollinis etiam capiti adpoſitum in n. Syracuſarum, quod ad Solis calorem indicandum ſpectare notat *Hauercamp.* p. 353. ad *Parut.* Tb. 63. fg. 58.

— — pariter pone caput Dianae, n. Pyrrhi regis Epiri.

— — in Agathoclis et Hieronymi, Siciliae regum numis, ſymbolum eſt Iouis Olympii a Syracuſanis culti. Ita in n. Agathoclis occurrit apud *Dorville* Sicul. Tb. 16. fg. 7.) *Golz.* Sicil. Tb. 14. fg. 7.) *Parutam* Tb. 152. fg. 1 *et* Tb. 104. fg. 2.) *Torremuzzam* Sic. Tb 101. fg. 1.) in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 79. fg. 7.) Muſ. *Theup.* p. 1224. — in n. autem Hieronymi, vltimi Siciliae regis, apud *Golz.* Sic. Tb. 14. fg. 9.) *Parutam* ib. Tb. 161.) *Torremuz.* ib. Tb. 105.) *Mirabellam* Num Syrac. 38.) *Beger.* Th. Br. I p. 299.) *Liebe* Goth. Num. p. 12.) in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 7. 8.) M. *Theup.* p. 1224.

Fulmen alatum in Æ. Polemonis, de quo *Froelich.* Num. Reg. vet. p. 89 ſq. ad Tb. 3. fg 5.

— — in Æ. Antiochi IX. Philopatoris, Syriae regis a Seleucenſibus. *Geſner.* Tb. 6. fgg. 1. 2.) *Haym.* Th. Br I. Tb. 9. fg. 2.

— — in n. Auguſti Imperatoris et gentis Saluiae. vid. *Saluia g.*

— — pone caput Auguſti. *Morell.* in Auguſto fgg. 120. 271.) *Hantbaler.* Exercit. VI. Tb. 1. fg. 10.) *Vicus* inter Æ. Auguſti n. 20.

— — adpoſitis Dioſcurorum pileis. Æ. Seleuciae in Pieria. *Wilde* Sel. Num. Tb. 6. fg. 34. p. 49.

— — hinc inde ſcutum. n. Catanae Siciliae. *Hauercamp.* ad *Parut.* Sic. Tb. 27. fg. 2.) M. *Hunter.* p. 88.

— — intra coronam lauream. AR. Faliſcorum. *Golz.* Sicil. Tb. 35. fg. 9.

— — intra aliam coronam. AR. Faliſcor. *Golz.* ib. Tb. 36. fg. 3.

— — intra querceam coronam, n. Philippi regis Maced. *Wilde* Sel. Num. Tb. 1. fg. 8. p. 9. — *it.* Epirotarum.

Flumen alatum, ſellae aureae ſtragulis ornatae impoſitum. *N*. Æ. Titi; *it*. Æ Domitiani. *Morell.* in Domitiano Tb. 9. fg. 28 *et* Tb. 10. fg. 7.

— — et baculus, in cuius vertice caput equi. Æ. Valentiae Italiae. *Golz.* Sicil. Tb. 35. fg. 3.

— —, globus et equus paſcens. n. Alexandriae Aegypti.

— — fulminibus coronatum caput Apollinis, Solis, Imperatorum etc. vid. Apollo. — *Corona radiata.* — *Radiatum caput.* — *Sol.* etc.

Fulminator cur ſit adpellatus Iupiter. *Vaill* Col. II. p. 15. vid. ΖΕΤC ΚΕΡΑΤΝΙΟC.

Fulminatrix Legio, pro cuius facti veritate *Baronius* Tom. II. Annal. ad Ann. Chr. 176. pugnat et *Witſius* in diatrib. de Legione Fulminatrice, etiam *Onuphr. Panuin.* ex variis ſcriptoribus, *Capitolino*, *Dione*, *Euſebio*, *Tertulliano*, paſſim eoſdem emendando, varia depromens argumenta, certiſſima haec recenſere allaborat. Epiſtolam quoque *M. Aurelii* hac de victoria accurate conſcriptam et in fine vetuſtiſſimi codicis bibliothecae Vaticanae operum *S. Iuſtini* Philoſophi et Martyris repertam ipſe addit, in qua notatur; „Eos, qui apud nos chriſtiani dicuntur, ego (M. Aurelius) accerſiui ac rogaui, inuenique magnam eorum multitudinem, illosque minus compuli, quod minime decuerat, propter quod poſtea illorum vim ac poteſtatem cognoui. Hi, cum ſe proieciſſent, non ſolum precati ſunt pro me, ſed etiam pro toto hoc exercitu, vt f..is ac ſitis, qua vrgebamur, remedium aliquod adferatur; quinque enim diebus aquam non ſumſeramus, quod ea non ſuppeteret, eramus enim in media Germania montibus vndique concluſi. Simul autem atque humi ſeſe abiecerunt, ac Deum illum precati ſunt, quem ego ignorabam, ſtatim a coelo pluuia delapſa eſt, in nos quidem frigidiſſima, in Romanorum vero hoſtes grando ignis ſpecie ac ſimilitudine et fulmina; eorumque orationibus ac precibus ſtatim praeſto Deus fuit, qui neque vinci, neque expugnari poteſt etc. — Ad haec autem *Daniel Larroquanus* in peculiari diatribe de *Legione fulminatrice*, quae acceſſit Aduerſariis ſacris *Matth. Lorroquani* Patris etc. Edit. Lugdun. Batau. 1688. reſpondit, duo ſibi l. c. demonſtranda ſumens, 1) pluuiae non fuiſſe comites fulmina. 2.) Imbrem, licet is non negetur, non fuiſſe miraculoſum. — Nonnulli quoque Legionem Fulminatricem iam Auguſti aeuo fuiſſe ſic dictam, et a veſtitu, milites ſicut alii, ita et hanc a clipeis fulmine inſignitis nomen accepiſſe volunt. vid. VIC. AVG. quae eſt epigr. M. Aurelii numi. Conf. Muſ. *Alb.* I. p. 62. vbi agitur, *Fulminatrix* quando adpellata ſit *Legio* XII. Melitina.

FVLVI. vel FLVI. *Fuluius* nomen. vid. *Fuluia* gens, quae

Fuluia gens e Tuſculo oriunda, vt innuit *Cicero* Philip. III. etſi plebeia, honoribus tamen et rebus geſtis clara. Ab Hercule Tuſculo deductam tradunt, illamque ab eodem iam laboribus perfuncto ſacra accepiſſe *Cicero* itidem docet in Orat. pro domo ſua. *Vaill.* Fam. *it.* Col. I. p. 23. 113. — Nomen deſumſit a fuluo colore. In tres familias cognominibus diſcretas diuiſa eſt: Nam *Nobiliores* et *Paetini* primam, *Centumali* ſecundam et *Flacci* tertiam obtinent. Cum denarii ex earum antiquitate non ſuperſint, ordine alphabetico illos expoſuit *Vaillantius.* — *Centumali* cognomen *Ant. Auguſtinus* potuiſſe deduci a *centum manibus*, primum itaque fuiſſe centimanum dictum ſuſpicatur: litteram, inquit, N. in L. mutari Mallii pro Manliis, ge-

melli

melli pro geminis, exemplo ſint. *Vaillantius* autem coniicit Centumalus a *centumallis*, quod allus, ex Feſto, ſit pollex, ſcandens proximum digitum, et ſic ab hoc defectu, vt ſolebant antiqui cognomen imponere — *Flacci* dicebantur, qui aures latas haberent, et ob magnitudinem deorſum reflexas. — *Nobilior* videtur ab excellentia. — *Golzius* numos huius gentis complures produxit, ſed fidei parum ſincerae; *Morellius Vrſinum* ſecutus, vnum tantum Fuluiae gentis Æ. denarium vidiſſe videtur. Triumuiri fuerunt monetales et communi opera denarios cuderunt iſti, quorum nomina inſcribuntur. At *Vaill.* Fam. Rom. I. p. 463. triumuiros menſarios hos fuiſſe ex loco quodam *Liuiano* colligit. Verum *Liuius* in excitato illo loco tantum commemorat Romae triumuiros menſarios fuiſſe creatos, neutiquam autem historicus adſerit, penes triumuiros illos ius cudendae monetae fuiſſe; hinc haud difficile efficitur, hanc *Vaillantii* coniecturam admodum infirmi innixam eſſe teſtimonio. — 1. ROMA. Caput Romae galeatum, ante ✱ denarii nota.)(CNFOL. M. CAL. Q. ME. *Cneus Fuluius, Marcus Calidius*, Caliis *Caluinus*, vel *Caluiſius,*) *Quintus Metellus.* Victoria in citis bigis, d. coronam gerens, ſ. regit equorum habenas. Æ. *Eckhel.* Cat. II. p. 39.) *Guſſeme* II. p. 21 et III. p. 264. n. 16.) *Morell.* Fam. Caecilia Tb. 2. fg. 1. p. 48. *it.* Fam. Calidia p. 60. 61. *it.* Fam. Fuluia p. 186. fg. 1.) M. *Pembrok.* III. Tb. 16. fg. 3.) *Schulz.* Numoph. I. p. 95. n. 175. *it.* p. 99. n. 181. *it.* p. 165. n. 245.) M. *Theup.* p. 44.) *Vaill.* Fam. I. p. 195 et 463.) *Vrſin* a *Patino* auct. p. 55. fg. 1 *et* p. 116. n. 1. — 2. *Similis aduerſa.*)(M. CALID. Q. MET. CNFL. litteris colligatis. Similis Victoriae Typus. Æ. *Eckhel.* Cat. II. p. 39. — 3. FLACCVS. Caput Romae galeatum.)(M. FVLVI. Q. F. ROMA. Caſtor et Pollux decurrentes in equis, armati haſtis et aſtris ſupra capita inſigniti. Æ. *Golz.* Faſt. p. 85. ad A. V. C. 489.) *Guſſeme* III. p. 264. n. 10.) *Morell.* Conſular. Tb. 17. fg. 4.) *Vaill.* Fam. Fuluia. — 4. Caput Neptuni ſupra delphinum, cum tridente ſupra humerum ſiniſtrum, ante ROMA.)(M. FVL. Q. F. FLAC. *Marcus Fuluius, Quinti Filius, Flaccus.* Quadrigae triumphales, in quibus figura ſtat habitu triumphali, d. habenas, ſ. lauream; pone eam Victoria in curru coronam ſupra caput illius imponit; in vertice notae matricum cum lineola ſupra eas ducta, vel litterae XIII, et ſignum quaſi laureae, vel ſpicae, vel folii ante pedes equorum erectum. Æ. *Erizzo* p. 10.) *Golz* Faſt. p. 85. ad A. V. C. 489.) *Guſſ.* III. p. 263. n. 5.) *Morell.* ib. fg. 5.) *Vaill.* l. c. — 5. Caput deae Fidei corona oleagina ornatum.)(CN. FVLVI. CN. F. CN. N. MAX. CENTVMAL. *Cneus Fuluius, Cnei Filius, Cnei Nepos, Maximus Centumalus*, Sella curulis, ſupra quam corona, in vertice bilanx, in imo EX S. C. Æ. *Golz.* Faſt. p. 86. ad A. V. C. 490.) *Guſſeme* ib. n. 6.) *Morell.* ib. fg. 6.) *Spanhem.* Pr. II p. 104.) *Vaill.* Fam. p. 456. — 6. NOBILIOR. Victoria pectore tenus alata.)(SER. PÆTIN. M. F. PR. COS. *Seruius Paetinus, Marci Filius, Proconſule.* Neptunus in quadrigis triumphalibus, d. erecta, ſ. tridentem tenet et habenas equorum. Æ. *Erizzo* p. 18.) *Golz* Faſt. p. 90. ad A. V. C. 499.) *Guſſ.* ib. n. 7.) *Morell.* ib. p. 560. fg. 7.) *Vaill.* Fam. p. 464. vbi docet: „Hi primum Corui cognominati ſunt; ſed omnes, antequam ſignaretur argentum, periere; deinde ab iis adoptatus ex gente Aelia, qui Paeti cognomen ferebat, in hanc ſtirpem, dictus eſt *Paetinus*, ex hac prodiit *Seruius Fuluius Nobilior Paetinus, M. Fil.* — 7. Caput Iouis laureatum, *Guſſemio* galeatum.)(M. FLAC. *Marcus*

ΓϘ *Annus* 93. Capitoliados Coeleſyriae, quem ſi eius denominationis initio 846. addideris, habebis annum V. C. 639. *Vaill.* Gr. p. 276. n. Commodi.

ΓϘΡ *Annus* Seleucidarum 193. ΕΤΗ ΓϘΡ. in n. Hadriani a Gazenſibus Syriae, eſt A. V. C 886. addito epochae 693. initio, Hadriani 4. *Vaill.* Gr. p. 33.

ΓϘΣ *Annus* Seleucid. 293. n. Apameae Syriae. M. *Hunter.* p. 34. 36.

ΓΡ *Annus* 103 Aſcalonitarum in Syria, cum epochae 650. capite copulatus, annum V. C. 753. efficit. — ΕΤ. ΓΡ. *Annus* 103. Claudio Tiberienſium, qui aerae principio ab 20. 770 additus, correſpondet anno V. C. 873. *Vaill.* Gr. p. 287. n. Hadriani.

— in monogrammate. n. Alexandri M.

ΓΡ. vel iunctis litteris, Γραμματεὺς, έως, Scriba, qui magiſtratus inter patrios nobilium in Aſia vrbium, Cariae, Lydiae, Myſiae, Ioniae, Phrygiae occurrit quam frequentiſſime. Sic Ε. ΓΡ. vt in n. Magnetum; ΕΠ. ΓΡ. vt in n. Nyſae, Trallium; ΕΠΙ ΓΡ. vel ΕΠΙ Γ. Ἐπὶ Γραμματέως, *Sub Scriba* etc. — Vel ſcriptum

ΓΡΑ. Γραμματεὺς, έως, magiſtratus. ΓΡΑ. Τ. ΜΕCCΑΛΑ, *Scriba T. Meſſala.* n. Marcianopolis Moeſiae. — ΕΠΙ ΕΤΑΡΕCΤΟΥ ΓΡΑ. *Sub Exeresto Scriba.* n. Trallium.

GRA. *Gracchus* cognomen, et ſubinde nomen. vid. *Sempronia* g.

ΓΡΑ. *Grauiſcae* in Etruria, apud *Arigonium*, *Pellerinium* et in *Eckhel.* Cat. I. p. 15. vid. *Grauiſcae.*

GRAC. *Gracchus* cognomen gentis Semproniae: TI. SEMP. GRAC. Q. DES. — TI. SEMP. P. F. GRAC. — vel duplicato C ita:

GRACC. *Graccus:* TI. SEMP. P. F. GRACC. *Spanhem.* Pr. II. p. 127. — vel addita adſpirationis nota:

GRACH. ita ad caput Romae galeat. *Morell.* Num. Conſular. Tb. 30. fg. 12. p. 129. vid. *Sempronia* g.

GRACCHVS a graculo aue, a ſono oris vocatus, vel a geſtando nempe in vtero, vt alii volunt, cognomen gentis Semproniae. *Carol. Sigonius* in de Nominibus Romanorum Libro c. 5. p. 1981. ita: *Gracchum* a gracilitate corporis dictum ſcribit *Cariſius*; *Varro* autem a gerendo, quia mater eius, qui primus Gracchus dictus ſit, duodecim menſes vterum geſſerit, ac propterea ſine adſpiratione ſcribendum, vt ait *Scaurus.* In numis vtroque modo expreſſum legitur: TI. SEMP. P. F. GRACCHVS. — TI. SEMP. TI. F. TI. N. GRACCHVS — *Al.* TI. SEMPRONIVS GRACCVS etc. v. *Sempronia* g. — GRACCVS.

Gracculus vel graculus triremi dimidia inſiſtens.)(Caput Palladis, niſi Romae ſit. Æ. Anteſtiae gentis, de quo *Caſp. Oderic.* diſſert. IX. in *Saggi di diſſert. di Cortona* Tom. VIII. Flor. 1783. Auis illa conjecturam praebuit, gentis Anteſtiae cognomen fuiſſe *Gracculus*. Conf. Goetting. gel. Anzeigen 1783. no. 167.

Graccuris vel *Graccurris* oppidum Hiſpaniae Tarraconenſis, nomen trahens a Tit. Sempronio Gracco, Scipionis Africani genero, cum ante *Illurcis* adpellaretur, vt tradit Sex. Pompeius. Ille Celtiberis victis leges pacis dedit et Graccurim vrbem in Hiſpania conſtituit, quae facta eſt municipium, et quidem ſine ſuffragio. *Ptolemaeo* Γρακουρις, *Plinio* L. III. c. 4. *Graccuritani*; hodie *Agreda* in Arragonia prope Turiaſonem. Memoriam veteris nominis conſeruauit in Æ 2. numo, in quo TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii laureatum.)(MVN. *al.* MVNICIP*ium*, GRACCVRRIS. Bos ſtans infula ornatus, qui typus docet, ſacra pro ſalute Imperatoris atque felicitate imperii Romani feciſſe Graecurritanos. Vulgatus ad *Anton. Auguſtini* Dialogos Tb. 70. n. 3.) in *Eckhel.* Cat. I. p. 7.) *Guſſeme* III. p. 395. n. 1.) *Harduin.* Num. Pop. in Oper. Sel. p. 64.) *Mdb.* p. 69.) *Morell.* in Tiberio Tb. 10. fg. 1. p. 608.) *Occo* p. 90.) *Patin.* Impp. p. 68.) *Vaill.* Col. I. p. 76. vel 110 — *Alium* addit *Guſſeme* ibid. n. 2. in quo circum Tiberii caput: TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F.)(MVNICIP. GRACCVRRIS. Caput tauri.

GRACCVS, non GRACCHVS cum adſpiratione, ex *Quintil.* L. I. c. 9. cognomen g. Semproniae. TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. *al.* SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. II. *al.* TI. SEMPRON. GRACCVS IIIIVIR. Q. D. vid. *Sempronia* g. — T. GRACCHVS, quidem ad caput nudum Ti. *Gracchi* in quinario legitur, in cuius)(cippus, cui inſcriptum ABGARI, ſuperne inſiſtit ſtatua d. haſtam, in area aſtrum cum copioſis radiis, et thorax.

thorax. *Froelich.* in *Cim. Vindob.* p. 42. hunc quinarium tenuiter ſuſpectum vocat; at *Eckhel.* Cat. Vind. II. p. 66. mauult adulterinum: non T. pro TI. in numo commatis Romani inſolentius; deinde ſub ipſa Auguſti tempora adhuc ſcriptum GRACCVS, non cum adſpirata GRACCHVS.

Gradiuus Mars conſpicitur pluribus in numis feſtinanter procedens, ideoque *Gradiuus* adpellari ſolet, quod, teſte *Iſidoro*, in bello gradum inferant, qui pugnant, aut quod impigre gradiantur. *Feſtus* addit: *Gradiuus Mars* a gradiendo dictus in bella vltro citroque. Cuius Martis gradiui typus in Imperatorum numis denotat feliciſſimos eorum progreſſus bellicos in proeliis et obſidionibus, quos habebant.

Graecanicus Iouis epitheton. v. ΕΛΛΑΝΙΟΣ. *Galland.* Diction. voc. Ἑλλάνιος.

Graecia Europae regio notiſſima, olim omni diſciplinarum genere excultiſſima. Quae dicta ſit ex *Harduini* ſententia Oper. Sel. p. 574. 575. — *Graeciae* vocabulum nunc vniuerſas illas terras, quae Illyrico, Dardania, Thracia et tam Adriatico Ionioque, quam Aegaeo mari continentur, ſignificat, nunc excluſis Macedoniae ac Epiri regnis, ſolius partis nota eſt, quam ipſi Graeci Ἑλλάδα vocant, id eſt liberam Graeciam et proprio nomine ita dictam. Innumerae gentes fuerunt, quae colebant, regioneſque in maiores, minores partes quam plurimas diuiſae. Et hae ipſae cum temporibus mutatae, nunc liberae et ſui iuris, nunc alienae ditionis; modo coniunctiſſimae foederibus, modo odiis in bella erumpentibus laceratae ac diſtractae. In propria Graecia dudum regna ceſſauerant, libertate introducta, cum Macedonia et Epiros ſuos reges

haberent, illa autem, e diutius, quia Epirenſes Macedonum poteſtatem quos Romani, deuictis bus, liberos iuſſerunt e prouinciae Achaiae poſt C bellum contribuendos. *Ro vniuerſam Graeciam* in d uincias diſtribuerunt *Ma* et *Achaiam*, vtraque prae paratim indepta vel praeto conſularem.

Graecia libera a *Nerone* tiata, iam ante a Quinctio F dicta, vel reſtituta, *quae G* libertas expreſſa in denario Sulpiciae apud *Morell.* Fam.

ΔΗΜΟΣ ΕΛΛΗΝΩΝ, *Popul corum.* Caput barbatum.)(ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΙΕΡΕ. *Sub Alex Sacerdote.* Mercurius nudus d. crumenam, ſ. c. c. *Guſſe* p. 399.

ΕΛΕΝΗ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. *Caput* pectore tenus.)(ΟΜΟΝΟΙΑ ΛΗΝΩΝ. *Concordia Graecorum.* gura muliebris ſedens, d. cornu piae duplex.

Graecorum reliqui numi, qui v a *populis*, vel ab *vrbibus*, vel *coloniis* cuſi ſunt, ſingularem m rentur attentionem, *non ſolum* o praerogatiuam vetuſtatis, quatenus numis regum aetate pures, et Romano imperio antiquiores ſunt, ſed etiam hanc maxime ob cauſam, quod toto genere differant *ab iis*, qui poſt Graeciam a Romanis ſubiugatam ex officinis Graecorum prodierunt. Multis, quod aiunt, paraſangis in ſculpendo et cudendo Graeci veteres ſuperauerunt Romanos, vt videre eſt in numis, qui nobis reſtant. Ex *Ioberti* iudicio Graeci numi tanta gaudent caelatura cum eminentia, vt etiam muſculos et venas ibi videas expreſſos; quam-

…nquam inficias ire non poſſumus, …od etiam Romanis ſuae debean- laudes. Rariſſime, vt obſerua- Rinck. diſſ. de veteris numiſmatus potentia p. 10. Graeci ſciſ…ram ſeu rimam ſub matrice paſſi …t, inde veriſimile, quod ipſis …ciendi modus alius fuerit ac Romanis, quorum numi rupti ſunt …equenter; dantur tamen inter …raecos antiquiores numos pulcritudinis gradus.

Graeci a Romanis ſubiugati certatim victoribus tunc adulari, Imperatores, ſenatum, Romam deos adpellare, Neocorias, olim diis, nunc principibus ſacras iactare, numerare, et figuras atque inſcriptiones antea non vſitatas et foediſſimae ſeruitutis indices, numis ſuis imprimere coeperunt. Exceptis forte Athenienſibus, qui ab hac adſentationis labe ſemper viſi ſunt immunes, et ante Veſpaſianum Imp. nullius principis Romani nomen et vultum in numis ſuis ferre potuerunt. vid. *Athenae* in Lex. noſtr. Tom. I. P. I. p. 1245.

Graeciae populi alii aliis ſunt antiquiores, alii antiquiſſimi. *Antiquiſſimorum*, qui familiam Titanum, Saturnum, Iouem, Neptunum etc. in numerum deorum retulerunt, hiſtoriam ex vltima antiquitate inueſtigauit *Pezronius* in Antiquitatibus Celticis. *Antiqui* ceteri, ab his oriundi, cenſentur a *Wachter*. Archaeolog. numar. c. 8. p. 72. omnes, qui diu ante bellum Troianum floruerunt, quos inter principem locum tenent *Argiui*, *Arcades*, *Attici*, *Boeoti*, *Lacedaemonii*, *Theſſali*, *Corinthii*, *Cretenſes*, aliique. Horum omnium res valde vetuſtae ſunt, et ante Troica tempora celebres. Ab initio ſparſim habitabant ſub regibus ſuis, et vitam vrbanam diu ignorabant, ſed plerumque male tuti, et vicinorum inſidiis expoſiti. Cui malo vt reges occurrerent, multitudinem per agros et vicos diſperſam congregarunt, et inter moenia habitare docuerunt. Sicque ortae ſunt *vrbes*, quarum antiquiſſimae a regibus conditae memorantur, *Athenae* a Cecrope, *Thebae* a Cadmo, *Tegea* a Tegeo, Lycaonis filio, *Corinthus* a Siſypho, aliae ab aliis. Familiis regum extinctis, *popularis libertas* caput erigere coepit. Quo factum, vt in Graecia, quae multis antea ſaeculis regibus paruit, tot paene *reſpublicae* eſſent, quot populi aut prouinciae, paucis exceptis, qui priſco more regibus vti maluerunt.

Quando terra non ſufficiebat multitudini alendae, aut multitudo tam abundans erat, vt vix regi poſſe videretur, tunc aliquam eius partem foras mittebant, nouae habitationis quaerendae cauſa. Hoc eſt, quod *colonias* vocant, quarum aliae ſunt *populorum*, aliae *vrbium*. Huius generis vrbes vocantur antiquo ſenſu *Metropoles*, quod aliarum vrbium matres, et non quod primae gentis ſuae vrbes eſſent, etiamſi hic quoque ſenſus illis competat. Plerique coloni, quamuis extra ſolum natale longe deducti, ſolebant tamen conditorum ſuorum inſtituta ſequi, eorumque ſicut linguam, ita etiam ritus et ſacra ſecum tranſferre, nonnumquam etiam nomen et inſignia ſeruare, et ad poſteros tranſmittere. Hinc dii communes et ſymbola communia plerumque ſunt antiquae patriae indicia, etiamſi nomen eam occultare videatur. Numorum huc pectantium ſtudium omnibus ad hanc eruditionis partem adſpirantibus multam oblectationem adfert, nonnullam etiam vtilitatem, quamuis non tantam, quae ſpiſſis voluminibus extolli mereatur. Nam hiſtoriam patriae, et res domi foriſque, qua pace qua bello geſtas, monetae tanquam monumento publico inſculpere et figuris ingenioſe inuentis repraeſentare,

ſentare, a more Graecorum fere alienum eſt, in quorum numis tantus eſt earum rerum neglectus, et tanta ex aduerſo fabularum adfectatio, vt omnibus rite exponendis mythologia ſola ſufficere videatur. Paucos excipias, in quibus fabulatores iſti vel gentis ſuae vel vrbium ſuarum origines, ſiue veras, ſiue falſas, certis quibuſdam ſignis et ſymbolis exprimere ſolent, quorum cognitio ad hiſtoriam ſpectare videtur.

Graecia Maior, vtor verbis *Feſti*, dicta eſt *Italia*, quod in ea multae magnaeque ciuitates fuerunt, ex Graecia profectae. Haec Italiae pars etiamſi certos fines definitoſque limites non habuerit, ampliſſima tamen fuit, et a Latio, vbi gens Pelaſga, Aboriginum in Latio conditrix, conſedit, ad vltimas vſque Italiae oras, hoc eſt, ad Bruttios et Calabros vſque protenſa; non quod Pelaſgi vſque eo diffuſi fuerint, ſed quod variae Graecorum gentes totum illud Italiae latus, quod infero mari adluitur, diuerſis, quamuis non ſolae tenuerint. Nam illas Graecorum immigrationes aliarum quoque gentium coloniis intermixtas fuiſſe, ſatis conſtat. Ita *Capuani* a Troianis, *Caleni* a Thracibus, *Picentini* a Sabinis, alii ab aliis conditi memorantur.

Graecorum in Italia opus antiquiſſimum haud dubie ſunt *Aborigines*, homines a Pelaſgide ſeu Arcadia oriundi, et poſtea *Latini* dicti. Sunt qui artem monetandi in Latio inuentam eſſe a rege Latinorum Iano, vel hoſpite eius Saturno, horumque principum monetam gemino vultu et nauigio ſignatam, etiamnum in muſeis cuſtodire praedicant. Sed hanc monetam ad tantam antiquitatem nequaquam adſurgere, et ab ipſis Romanis ſero excuſam eſſe ex hiſtoria aſſium Pliniana apud *Wachter*. Archaeol. num. c. 10. §. 21. patet. Facilius admitti poſſunt numi ab vrbibus Latii Antio et Axure excuſi et a *Golzio* in Magna Graecia Tb. 17. depicti et explicati, quamuis ab *Harduino* ex numis antiquis Populor. et Vrb. excluſi, forte quod illos cum Romana hiſtoria conciliare non poterat. Verum ſiue *Antiates* et *Axuritani* hos numos ante bella cum Romanis geſta, ſiue poſtea excuderint, mirum videri non debet, numos exſtare Italicos Romanis numis antiquiores, aut ab aliis vrbibus excuſos. Nam primo ſatis conſtat, docente *Wachtero* p. 103. Romanos rem monetariam tam diu neglexiſſe, vt inter omnes Italiae populos, qui numus fabricarunt, paene nouiſſimi eſſent. Cuius rei teſtes ſunt numi innumerabiles a ciuitatibus *Magnae Graeciae* excuſi, quorum antiquitas longe ſupra denarios Romanos excurrit. Deinde nullus dubitationi locus eſt, quia aliae quoque vrbes Italiae, praeter Romam, quamuis Romanis obnoxiae numos ſignauerint ex priſco inſtituto. Erant enim Romanorum *Sociae*, et nulla lege illis obſtrictae, niſi delectus militaris, et belli ſine duce Romano non gerendi, cetera liberae, et ſuis legibus vtentes. Teſtis eſt *Scip. Maffei* Orig. Etruſc. p. 60. interprete *Lottero*. Habemus etiamnum numos tempore belli ſocialis vel paullo ante *ab iſtis ciuitatibus communi Italiae nomine* excuſos, in quibus octo coniurati porcellum bacillis tangunt. *Hauercamp*. Theſ. *Morell*. II. p. 458 ſq. Habemus etiam alios Italiae numos, quos, quia Romanis aegre conueniunt, *incertos* vocamus. Et de hac incertorum turba magna cum veriſimilitudine dici poteſt, omnes incertos, qui Romanis aptari non poſſunt, et nihilominus illis ſimiles, et Latinis litteris inſcripti ſunt, videri ciuitatibus Italiae tribuendos, niſi aliae adſint cauſae, quae nos aliter determinent.

Grae-

Graeciae, ſeu Ἑλλάδος, prima metropolis Sardes dictae in duobus illius vrbis numis, non quod in Graecia eadem vrbs eſſet ſita, aut ob deductas ab ea in Graeciam colonias, ſed ex rationibus, quas *Spanhem*. Pr. I. p. 618. 623. protulit.

Graeciae propriae vrbes plurimae Septimio Seuero eiuſque familiae tantum numos ſignarunt, qui in aliis Auguſtis non amplius occurrunt.

Graecarum litterarum forma non ſemper eadem, ſed triplex earum mutatio apud *Herodotum*; prima ſcilicet eadem cum Phoeniciis litteris, poſt aliquantum immutata ab ipſis Phoenicibus, dein a Ionibus, eaedem antiquis Cadmeis haud valde diſſimiles; at iuxta *Salmaſium* duae tantum formae Graecarum litterarum, prima Cadmea, altera Ionica. Nonnullae earundem litterarum mutationes in antiquis numis obuiae, de quibus ſat abunde *Spanhem*. Pr. I. p. 81 ſq. 93 ſq.

Graecorum numerandi ratio. vid. *Annus*. Lex. noſtr. T. I. P. I. p. 656.

Graecorum aera. Conf. *Harduin*. Chron. Vet. Teſt. in Oper. Sel. p. 575. 576. 587.

ΓΡΑΜ. Γραμματεὺς, *Scriba*, magiſtratus dignitas. vid. *Epheſus*, *Laodicea*, *Nyſa*, vbi peculiari monogrammate exprimitur ita: ΤΙΒ. ΚΑΙΣΑΡ ΓΡ. Τῷ. Β. ΝΙΣΑΕΩΝ, *Tiberius Caeſar*, *Scriba Iterum Niſaeorum*. *Froelich*. 4. Tent. p. 154 ſq.

Graminea corona an in n. Q. Fabii Maximi ſignata ſit? *Bimard*. ad *Iob*. I. p. 418. — quam ſoli principi offerebat miles an Gallieni caput circumdet? vid. GALLIENAE AVGVSTAE.

ΓΡΑΜΜΑ. Γραμματεὺς, *Scriba*. ΕΠΙ ΓΡΑΜΜΑΤέως ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ, *Sub Scriba Marciano*. n. Magneſiae ad Maeandrum in Maximino. *Vaill*. Gr.

ΓΡΑΜΜΑΤ. Γραμματεὺς, *Scriba*. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤεὺς ΑΝΕΘΗΚΕ, *Laodicenſium Agrippinus Scriba Poſuit*. Æ max. Sabinae. *Vaill*. Gr. — ΕΠ. ΓΡΑΜΜΑΤέως ΑΝΤωνίου ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, *Sub Scriba Antonio Herodiano Adramyttenorum* Myſiae. Æ max. Iul. Domnae. *Vaill*. Gr.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥ. Γραμματεὺς, *Scriba*. ΑΡΑΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥς ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩν, *Aratus Scriba Cilbianorum Nicaeenſium*. Æ 3. Caii et Lucii. *Spanh*. Pr. II. p. 319. *Froelich*. 4. Tent. p. 158.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΥΒΡΕΟΥ, *Sub Scriba Hybrea*. n. Mylaſenſium. *Guſſeme* V. p. 184. n. 4. *Vaill*. Gr.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ, *Scriba* ſenatus et populi, omnes leges, plebiſcita et ſenatus conſulta in tabulas referebat, eorumque cuſtos et interpres erat et in omnibus pſephiſmatibus nomen ſuum, et ante Ἄρχοντας ſeu Στρατηγοὺς, qui ſenatus pro magiſtratus tempore praeſides fuiſſent, praeſcriptum habebat; cum illis quotannis creabatur, et ſi archon aut praetor e vita in magiſtratu exierat, nomen ſcribae in numis ſignabatur, quod in vrbibus, vbi eorum nomen pro magiſtratu in numis adponebatur, adparet. Duo eligebantur, vt archontes et duumuiri, vt videre eſt in numis. Frequentatiſſime Γραμματέως dignitas ſignatur in Magnetum ad Maeandrum, Trallianorum, Epheſiorum, Smyrnaeorum, Pergamenorum, Laodicenſium Cariae, Cyzicorum, Nyſaeorum-

ſaeorum, Nicaeenſium, Adramyttenorum, Antiochenſium Cariae, etc. numis. *Spanhem.* I. p. 703 ſq. et *Vaill.* Num. Gr. p. 313 ſq. adduxerunt Graecorum ſub Caeſaribus numorum elenchum, in quibus illa ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ dignitas legitur, de quo magiſtratu fuſius *Froelich.* 4. Tent. p. 155. 156.) *Galland* Diction. voce Γραμματεύς.) *Hanthaler.* Adpend. p. 144.) *Chriſt. Gotth. Schwarz.* diſſ. de γραμματεῦσι magiſtratu ciuitatum Aſiae proconſularis. Altorf. 1735.) *Spanhem.* Epiſt. II. ad *Morell.* vbi docet: Γραμματεῖς in numis vrbium Aſiae proconſularis frequenter p. 104 ſq. in aliis etiam numis p. 112. alii ſenatus, alii populi vel vrbis p. 107 ſq. actorum cuſtodes, γραμματοφύλακες p. 108. Syracuſis in honore 107 viliores p. apud Athenienſes p. 108. tria γραμματέων genera apud eoſdem *ibid.* nomina decretis aut plebiſcitis adſcripta p. 116.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΤΩΝ ΚΕΦΑΛΙΩΝ, *Scriba Cephalion.* n. Pergamenor. in Auguſto.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΤ ΕΦ. *Sub Scriba Ariſtone Menophanti* filio *Epheſiorum.* n. Auguſti. — ΕΠΙ ΠΑΙΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩC. *Sub Paeto Scriba.* n. Epheſior. *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 10. p. 116. — ΚΛΕΑΝΔΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΩ *Sub Cleandro Scriba Cilbianorum Inferiorum.*

Grammaticus et *Criticus* litterarum in antiquis numis aduertit ductum vetuſtiſſimum, vbi Λ pro Α — Ⲷ pro Σ — ω pro Ω adparet; vel vocum abbreuiaturam, e. g. ΑΥ. Αὐτοκράτωρ — Κ Καῖσαρ — Λ Λύκιος — Π Πέρτιναξ; vel eliſionem Υ pro ΟΥ in voce CΕΥΗΡΟC pro CΕΟΥΗΡΟC; vel ſcriptionis varietatem, vti in voce iam prolata CΕΟΥΗΡΟC, CΕΥΗΡΟC, CΕΒΗΡΟΣ, ΣΕΒΕΡΟΣ — vel ΒΙΖΥΗΝΩΝ, ΒΥΖΥΗΝΩΝ, ΒΙΣΣΗΝΩΝ. vid. *ſuis locis.*

GRAV. *Granio* duumuiro. vid. *Calaguris.* — *Grania* g.

Grana frumenti ad oſtendendam agri vbertatem, quae fertilitatis celebratiſſimae indicia in numis Siciliae aliarumque regionum vrbium obſeruantur. vid. *Granum.*

Granada vid. *Iliberi* Hiſpaniae Baeticae.

Granatum malum in n. Sides Paphlagoniae, tanquam ſignum huius vrbis characteriſticum. v. *Malum granatum.*

Grania gens plebeia fuit. Granii complures in hiſtoria Romana occurrunt, et reipublicae tempore, et ſub Caeſaribus. Granii, qui in ſequentibus coloniarum numis memorantur, ex poſteritate fuiſſe videntur Graniorum Marianorum, vel generis libertini. — 1. MV. CAL. IVLIA. *Municipium Calaguris Iulia.* AVGVSTVS. Caput Auguſti laureatum.)(C. GRAV. BROC. L. BÆB. PRISCO. II. VIR. *Lucio Granio Broccho, Lucio Baebio Priſco, Duumuiris* coloniae Calaguris in Hiſpania Tarraconenſi ad Iberum omnem ſitae. Bos coloniae ſymbolum. Æ. *Ant. Auguſtini* Dialog.) *Eckhel.* Cat. I. p. 5.) *Goltz.* in Aug. Tb. 51. fg. 37.) *Guſſeme* II. p. 47. n. 1. III. 399.) *Liebe* Goth. Num. p. 40.) *Mdb.* p. 47. 49.) *Morell.* Fam. Grania p. 193. fg. 1. *it.* Theſ. Impp. I. in Auguſto Tb. 35. fgg. 13. 14.) *Patin.* Impp. p. 34.) *Vaill.* Col. I. p. 22. — 2. MVN. CAL. IVL. Caput Auguſti nudum.)(L. GRAVIO. C. VALERIO II. VIR. *Lucio Granio, Caio Valerio, Duumuiris.* Bos idem ſtans. Æ. *Guſſeme* ib. n. 5.) *Morell.* Fam. ib. fg. 2. *et* in Auguſto fg. 12.

GRAVIO Duumuiro Calaguris vid. *Calaguris.* — *Grania* g.

Gra-

Granum frumenti, vel vt videtur hordei, fertilitatis argumento in n. Gelae, Leontini, Syracuſae aliarumque Siciliae vrbium. *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. p. 364. — *it.* n. Dionyſii I. Syracuſ. tyranni.

— ad caput Cereris. Æ. Furiae gentis. *Eckhel.* Cat. II. p. 39.

— pone capita iugata nuda iuuenilia. Æ. Rheginorum. *Magnan.* Bruttia Numiſm. Tb. 34.

— ante dimidium equum. Æ. Dionyſii regis. *Golz.* Sicil. Tb. 14. fg. 1.

— ſuper dimidium bouem humana facie. Æ. Gelenſium. *Golz.* ib. Tb. 11. fg. 8.

— ſuper gallo gallinaceo. Æ. Tianenſium. *Golz.* ib. Tb. 19. fg. 2.

— ſub aratro. n. Hennae. M. *Hunter.* Tb. 25. fg. 23.

— ſub cancro. Æ. Agrigenti. M. *Hunter.* p. 7.

— ſub tauro. Æ. Poſidoniae. *Golz.* Sicil. Tb. 21. fg. 10.

Granum hordei et botrus. n. Tenadi inſulae.

— — et teſta mytili. Æ et Æ. Cumarum Campaniae. *Golz.* Sicil. Tb. 16. fg. 9. Tb. 17. fgg. 1. 2.

Grana duo hordei, intermediis tribus globulis. v. *Quadrans.*

— *tria* connexa. n. Metaponti Lucaniae.

— *tria* in triangulum diſpoſita caduceo intermedio. n. Eiuſd. *Golz.* Sicil. Tb. 31. fg. 3.

— *quatuor* circum caput leonis. Æ. Leontini. *Golz.* ib. Tb. 5. fgg. 5. 6. 7. 8.

Grana plurima in circulum poſita Æ. Metaponti. *Golz.* ib. Tb. 31. fg. 4.

GRAT. *Grata*, D. N. IVST. GRAT. HONORIA P. F. AVG. *Domina Noſtra Iuſta Grata Honoria Pia Felix*, vel Filia Honorii *Auguſta*. *Band.* II. p. 575. 576. v. *Honoria*.

Gratiae tres Iouis filiae ex Eurymone vel matre dubia, quarum nomina ſunt: *Aglaea*, quae venuſtas dici poteſt; *Euphroſyne* altera, id eſt, hilaritas; tertia *Thalia*, feſtiuitas. Dicuntur etiam *Charites*, et Veneris adſeclae, ſimul ac Mercurii comites habentur. Nudae ſunt illae ea videlicet ratione, quod amici fuco carentes amicos ſolutos ac nudos inter ſe habere debeant. Seſe mutuo complectuntur, quaſi ſaltaturae in n. Aphrodiſiae, Byzantii, Deulti, Germes Helleſponti, Hadrianopolis, Iuliae Phrygiae, Naxi, Nicaeae, Pergae, Perinthi, Smyrnae, Tarſi, Traianopolis.

— — ſt. vna pomum habet. n. Hadrianopolis Thraciae in Antonino Pio.

— — ſt. omnes ſiniſtra pyxidem gerunt. n Traianopolis.

— — ſt. omnes vas tenentes. n. Germes.

— — ſt. in mauſoleo quatuor columnarum c. epigr. ΜΑΤΣΩΛΕΙΟΝ. Æ. Platonis philoſophi.

— — in d. figurae virilis. Æ max. Fauſtinae Iun. *Vaill.* Pr. III. p. 142.) *Guſſeme* III. p. 218. n. 43. *it.* p. 399.

— — non ſemper nudae ex obſeruatione *Nonn.* ad *Golz.* Graec. vet. p. 257.

Gratianus (*Flauius*) Valentiniani ex Seuera filius, a patre factus iam Caeſar et Auguſtus, ab A. V. C. 1120. poſt Chr. 367 ad 383. Solus imperat poſt mortem Valentis. Princeps pius, optimis inſtructus moribus, liberalis, poſt quinque annorum imperium a morte patrui aetatis annorum 29. ab Andragatio, Maximi tyranni duce, necatur VIII. Kal. Septembris A.V.C. 1136. Chr. 383. Primus fuit Auguſti filius, qui nomen Auguſti ſuperſtite patre geſſit. An vero poſſit dici gener Auguſti? Conf. *Woltereck.* El. Num. p. 321. 332. — Fl. Maxima Conſtantia, Imperatoris Conſtantii et Fauſtinae filia, Gratiani vxor. ex *Amm. Marcell.* L. XXI. c. 16. A *Golzio* nuncupatur: FL. MAXIMA CONSTANTIA AVG. Eandem alii Helenam, alii Fl. Maximam Fauſtinam perperam nominarunt. *Spanhem.* Pr. II. p. 380 ſq. 514.

Gratiani numi ex omni metallorum genere, non difficilius repertu ſunt. Legitur in iis: DN. GRATIANVS AVG. *al.* P. F. AVG. vel AV. — D. N. GRATIANVS AVGG. AVG. vid. AVGG. AVG. — D. N. GRATIANVS P. P. P. AVG. *Band.* II. p. 487. — D. N. GRATIAN∵S (*ſic*) P. F. AVG. *Liebe* Goth. Num. p. 363. — D. N. C. I. GRATIANVS P. F. AVG. *Band.* II. p. 485.

In altera pagina: CONCORDIA AVGG. *al.* AVGGG. *al.* AVGGGGS (*ſic*) *Eckhel.* Cat. II. p. 511.) M. *Pembrok.* I. Tb. 26. fg. 4. *al.* AVGGGGG (*ſic*) *Band.* II. p. 481. obſ. 1. — FEL. TEMP. REPARATIO. — GLORIA NOVI SAECVLI. — GLORIA ROMANOR. *al.* ROMANORVM. — PRINCIPIVM IVVENTVTIS. *Peller* Melang. de Medailles I. Tb. 12 fg. 12. p. 170. — REPARATIO REIP. *al.* REIPVB. *al.* REIPVBLICAE. — REPARATIO REIVB. (*ſic*) *Band.* II. 485. *al.* REPARATO (*ſic*) REIPVB. *Band.* ib. — REPARATIO TEMPORVM. — RESTITVTOR REIPVBLICAE. — — SALVS . . . . *Mdb.* p. 509. — SECVRITAS REIPVBLICAE. — VICTORIA AVGG. *al.* AVGVSTORVM. — VIRTVS EXERCITVS. — VIRTVS ROMANORVM. — VOT. V. MVLT. X. — VOT. VX. (*ſic*) MVLT. XX. *Eckhel.* Cat. II. p. 513. — VOT. X. MVLT. XV. — VOT. X. MVLT. XX. — VOT. XV. MVLT. XX. — VOT. XV. MVLT. XXX (*ſic*) *Eckhel.* ib. — VOT. XX. MVLT. XXX. — VOTA PVBLICA. — VOTIS X. MVLTIS XX. — VOTIS XV. MVLTIS XX. — VRBS ROMA. — X in corona. *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 18. p. 56. 57.

Exhibent *Gratiani* numos: *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 68.) *Bandur.* II. p. 451. 480 ad 490.) *Beger.* Th. Br. II. p. 827 ſq.) *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 324.) Numoph. *Burckhard.* p. 20.) *Cimel. Vindob.* I. p. 2. Tb. 7. fgg. 3. 4. p. 27. 46. 148.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 18. p. 56. 57. *Eckhel.* Cat. II. p. 511 ad 513.) *Ant. Galland* extrait d'une lettre ſur la medaille de Gratien etc. Mem. de Trevoux 1701.) Numoph. *Glock.* p. 5. 6. 130. 257. 258.) *Gorii* Symb. Litt. in Catalogo numor. aureor. Auguſtal. p. 146.) *Gaſſeme* Diccion. III. p. 395 ad 398.) *Hanthaler.* Exercitat. V. Tb. 1. fg. 14. p. 24. Tb. 3. fg. 17. p. 54.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 419. 426. 503 ſq.) *Hulſius* Impp. p. 152. 153. fg. 76.) *Khell.* Supplem. p. 271. 272.) *Godofr. Guil. Leibnitii* diſſ. de num. Gratiani AVC. G. AVG. etc.) *Liebe* Goth. Num. p. 363.) Numoph. *Ludovic.* p. 354 ad 356.) *Mdb.* p. 508 ad 511.) *Muſell.* Impp. Tb. 255. fg. 4 ad 7. *Eiuſd.* Suppl. Impp. Tb. 71. fgg. 3 ad 10.) *Oiſel.*

ſel. Sel. Num. Tb. 67. fgg. 4. 9. p. 372. 373.) *Patin.* Impp. p. 486. *it.* Ind. p. 34.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 23. fg. 4. p. 296. 297. IV. Tb. 18. fg. 2. p. 284 ad 284) *Pellerin* Melang. I. Tb. 5. fg. 12. p. 170.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 26. fg. 4. III. Tb. 31. fg. 16. Tb. 46. fg. 3.) M. *Piſan.* Tb. 88. n. 1. p. 229.) Numoph. *Rinck.* p. 118. 119.) *Schulz.* MzCab. III. p. 152 ad 155.) Numophyl. *Sulzer.* p. 433. 434.) Muſ. *Theup.* p. 353. 354.) *Vaill.* Pr. III. p. 260. 326.) *Woltereck.* Elect. Num. p. 321 ſqq.

ΓΡΑΤΟΥ, *Grati* nomen. ΕΠΙ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΓΡΑΤΟΥ, *Sub Dioſcoride Grato.* n. Magneſiae.

Grauiſca in Etruria, *Velleio* L. I. c. 15. *Grauiſca.* ſingulari numero, ceteris plurale eſt. Incolae *Grauiſcani.* *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 583. — Grauiſcae colonia ab Auguſto deducta. *Vaill.* Col. I. p. 63. adfirmante *Liuio* L. XL. c. 29. Ad hanc Tuſciae vrbem refertur Æ 3. numus, in quo caput Iouis laureatum.)(ΓΡΑ. Duae aquilae fulmini inſiſtentes, in area lunula et tres globuli. *Arigoni.*) *Eckbel.* Cat. I. p. 15.) *Froelich.* Not. Elem. p. 86.) M. *Hunter.* p. 148.) *Pellerin.* Tb. 7. fg. 7.) *Zaccaria* Iſtit. Num.

Grumentum in Lucania ad ſinum verſus Tarentinum. *Ptolemaeus* Γρύμεντον ſcripſit in Lucanis μεσογείοις. *Liuius* L. XXIII. c. 37. in Lucanis ad Grumentum etc. *et* L. XXVII. c. 41. Hannibal in Lucanis ad Grumentum venit. — *Combe* in Muſ. *Hunter.* Tb. 29. fg. 5. p. 148. ſequentem Æ 3. numulum, in quo caput muliebre ad d.)(ΓΡΥ. Equus decurrens ad d. *Grumento* in Italia dedit.

GRIFS in numo Gordiani Pii cum capite Serapidis, quas litteras *Triſtanus* explicat: *Gordianus Romanorum Imperator, Filius Serapidis, Patinus.* autem p. 377. dubitat ob adiectum AN. CCCVIII.

ΓΡΥ. vid. *Grumentum* Lucaniae.

Grynaeus cognomen Apollinis, inditum a Grynaeo nemore iuxta Clazomenem Aſiae ciuitatem, in quo Apollo colebatur. *Seruio* Gryneum nemus eſt in finibus Aeolidis Apollini conſecratum. Dictum eſt autem hoc nemus a Grynio vicino oppidulo. *Strabo* L. XIII. — Apollinis Grynaei caput laureatum. n. Myrinae Aeoliae.

Gryphes alati equi leonibus ſimiles adunco roſtro et pennis aquilinis, vt colligitur ex numis. An fabuloſi dubitat *Plinius* L. XIX. c. 49. Refert etiam *Seruius* ad *Virgil.* Eclog. VIII. vſ. 17. „Gryphes genus ferarum in Hyperboreis naſcitur montibus, omni parte leones ſunt, alis et facie aquilis ſimiles, equis vehementer infeſti. Adſtipulari eidem *Seruio* videtur et *Cteſias* in Indic. c. 12. cum pluribus aliis, qui ad Euphraten gryphos a ſe inſpectos tradunt. *Cteſias* nimirum veras huiuſmodi beſtias omnino agnoſcit, aitque: aues eas eſſe quadrupes, lupi magnitudine, cruribus et vnguibus leonis, pennis in pectore rubris, reliquo corpore nigris. Mediam hic inire viam videntur, qui cum *Beniamino* Rabbino in Deuter. c. 14. *magnas aquilas* gryphes dictas exiſtimant, minime tamen quadricrures, ſiue quadrupedes. Quare et *Aeſchylus* in Prometh. Act. V. vſ. 802. qui alias aquilas veloces Iouis canes ſemper nimirum eidem adſtantes adpellitat, aduncis quoque roſtris praeditos mutos Iouis canes gryphos cauere pariter praecepit. — Vtrumque ſe res cum gryphibus habeat, e numis *Spanhemius* Pr. I.

 diſſ.

diſſ. V. p. 270 ſq. adſtruit gryphos et Ioui, et Apollini et Nemeſi tribui ſolere.

Gryphi Apollini conſecrati iuxta *Manilium*, *Seruium*, *Fulgentium*, *Sidonium*, *Claudianum*, et inde in numis expreſſi, quia hanc fortaſſe deum cultu et honore proſecuti ſunt regionum illarum incolae, qui numos percuſſerunt, in quibus gryphes conſpiciuntur, iunctis imagine vel ſymbolis huius Apollinis.

Hinc Apollo a gryphe inter alas geſtus depingitur in n. Troadenſium. — Antinous, Hadriani catamitus; ſub Apollinis habitu cum lyra grypho vectus et cum eodem auolans cernitur apud *Seguin.* Sel. Num. p. 143. ed. pr.) *Spanhem.* Pr. I. p. 272. — Gryphus dextrorſum gradiens in Æ 3. Gallieni cum epigr. APOLLINI CONS*eruatori* AVG*uſti*. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 17. fg. 7. p. 175. 176. — In numis Idalii, vrbis Cretae hinc gryphus inſculptus, illinc Apollo laureatus. *Beger.* Obſeruatt. in Num. Ant. p. 6.) *Golz.* Inſul. Graec. Tb. 27. fg. 7. p. 388.) *Reinhard.* Hiſtorie des Koenigreichs Cypern Tb. 2. fg. 7. p. 21. n. 5. — Iunctus eſt gryphus cum tripode in auerſa numi parte, vt in n. Cytorii Paphlagoniae apud *Golz.* Inſ. Graec. Tb. 2. pariter in n. Lylibitarum Siculorum numo apud *Parutam*, *Begerum* Th. Br. I. p. 469. et *Golzium* Sicil. Tb. 13. fg. 5. — Gryphus pede arae ignitae adpoſito in denario Sileni, in Iuniam gentem adoptati.)(Caput Apollinis laureatum, ante quod lyra. *Golz.* Faſt. p. 173.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 23. fg. 16. p. 579.) *Spanhem.* Pr. II. p. 133. ex cuius ſententia typus non referendus ad ludos Apollinares, ad quos *Vaill.* Fam. Iunia fg. 40. retulit. — Apollo vel Sol gryphorum bigis vectus ſicut in veteri marmore apud *Sponium*, ita gryphi trahunt currum, in quo Apollo. Æ max. Aureliopolis Lydiae. *Bonarrot.* N. Carp. Tb. 7. fg. 11.) *Geſner.* Tb. 122. fg. 23.) *Vaill.* Gr. p. 67. — Quadrigae gryphorum. Æ 1. Smyrnaeorum in Commodo. — Al. Biga a gryphibus tracta, cui duae inſiſtunt figurae muliebres, quarum altera gryphos regit, altera ſcipionem tenet. Æ. Smyrnaeorum in Commodo. *Liebe* Goth. Num. p. 282 ſq. cui Nemeſes inſiſtunt bigis.) *Hautbaler.* Exercit. IV. Tb. 17. p. 237.) — Gryphorum biga, in qua muliebris figura aurigans. Æ 2. Erythraeorum in Valer. Sen. *Band.* I. p. 132.) *Geſſ.* III. p. 765. 400.) *Hard.* p. 56.

Gryphi duo, Diana Pergaea intermedia. n. Pergae Pamphyliae. *Vaill.* Gr.

— pars anterior. Æ. Abderae Thraciae. *Peller.* Tb. 33. fg. 9. — *Gryphus* dimidius. n. Panormi Siciliae apud *Parutam* et *Torremuzzam*.

— caput in galea Perſei. Æ. cum litteris BA. et monogrammate EP. *Liebio* Goth. Num. p. 107. Βασιλεως Περσεως, *Regis Perſei*.

Gryphus ad pedes Nemeſeos. v. *Nemeſis*.

— ad pedes genii. n. Tarſi.

— Monetae et rei monetalis ſymbolum. *Morell.* Fam. p. 307.

— vini et Bacchi ſymbolum. *Morell.* ib. p. 467.

— , modo gradiens, modo ſedens. n. Abderae Thraciae, Actii Acarnaniae, Aeni Thraciae, Albae Italiae apud *Durenſ.* Tb. 2. fg. 3. — Alexandriae Aegypti, Ambraciae Epiri apud *Geſner.* Tb. 8. fg. 29. — Apolloniae Macedoniae, Aſſi Myſiae, Athenarum

rum Atticae, Clazomenes Ioniae, Cytori Paphlagoniae, Idolii Cretae apud *Beger*. Obſeruatt. in Num. antiq. p. 6.) *Golz*. Inſul Graec. Tb. 27. fgg. 7. 8. p. 388. — Lilybaei Siciliae, Panormi Siciliae apud *Parutam* et *Triſtan*. Ill. p. 83. — Phocaeae Ioniae in Muſ. *Alb*. I. Tb. 36. fg. 2. p. 73. 74. — Smyrnae Ioniae, Syracuſae apud *Parutam*, — Teii Ioniae. — *Item* in n. Aeliae g. *Eckbel*. Cat. II. p. 7. — Iuniae gentis in den. Decimi Silani, Papiae g. Eccur autem L. Papius ſuo in numo gryphem expreſſerit, nec *Spanhemius*, neque *Vrſinus Patinusue*, neque *Liebe* in Goth. Num. p. 43. edicit, qui tamen omnes hanc monetam, prout *Morell*. Fam. Papia pariter ac *Vaillantius*, depingunt. *Liebe* id ſolum animaduertit, hunc numulum a *Morellio* in opere ſuo, de familiis Romanis, cuius Mſt. in Theſauro Fridericiano ſeruatur, quinquagies quater in aliquo ſaltem a ſe ipſo diuerſum depingi. Sententia quidem *Vaillantii* gryphus in hoc numo ludos Apollinares deſignare putatur, id tamen haud probat *Spanhemius* Pr. II. diſſ. X. p. 133. eo quod Iunoni Soſpitae nihil prorſus cum ludis iſtis commune videatur.

Gryphus in n. Domitiani Imp. *Guſſeme* Ill. p 88. n. 94. — *it*. Hadriani c. epigr. COS. III. *Vaill*. Pr. I. p. 64. — *it*. Gallieni. vid. APOLLINI CONS. AVG.

Gryphus currens. Æ. Actii Acarnaniae. *Golz*. Graec. vet. Tb. 6. et *Nonn*. Comment. p. 25. — n. inſulae Caenios. Muſ. *Hunter*. p. 76. — n. Idalii Cretae. *Colz*. Inſul. Gr. Tb. 27. fg. 8.

— exſultans inter aſtrum Solis et clauam Herculis medius. Æ. Abderae Thraciae in Philippo. *Wilde* Sel. Num. Tb. 8. fg. 48. p. 74. 75.

Gryphus ſub quo vas. n. Papiae g. *Hanthaler*. Proem. Tb. 5. fg. 6. p. 154.) *Morell*. Fam. Pop. p. 324.) *Vaill*. Fam. Papia.

— infra caput bouis. n. Aſſi Myſiae.

— infra ramus. n. Aeni Thraciae.

— volans ſub quo thyrſus. *Morell* Fam. incert. Tb. 4. Lit. O. p. 467.

— ante Iſidem. n. Aegyptius in Philippo Iun.

— ſedens, ſ. pedem eleuans. Æ. Teiorum. *Wilde* Sel. Num. Tb. 6. fg. 37. p. 54.

— d. pedem eleuans. Æ 3. Abderae Thraciae, quem typum Abdera a Teiis abſtulit. *Neumann*. Pop. Num. I. Tb. 4. fg. 2.

— vno pede arripit rotam, Nemeſeos ſymbolum. n. Smyrnaeor. *Spanhem*. Pr. I. p. 273. — anteriore d. pede rotae impoſito. n. Alexandriae Aegypti in Domitiano. *Guſſeme* Ill. p. 91. n. 138. 139.) *Morell*. in Domitiano Tb. 25. fg. 6. — *Idem typus*. n. Idalii Cretae. *Golz*. Inſul. Gr. Tb. 27. fg. 7. — *Idem typus*. n. Lilybaei Siciliae. — *Idem typus*. n. Fauſtinae Iun.

Gryphus vno pede tenet vaſculum. n. Teiorum.

— caſſidi Mineruae inſculptus aureis Philippi et Alexandri M. Macedoniae regum. *Beger*. Th. Br. I. p. 236. 242.) *Golz*. Graec. vet. Tb. 30.) *Liebe* Goth. Num. p. 6. — n. Velitarum Lucaniae. *Golz*. Sicil. Tb. 22. fgg. 3. 5. 10.

 Gryphus

Gryphus in galea Martis. n. Bruttiorum. *Golz.* ib. Tb. 24. fgg. 8. 10.

Gryphus marinus poſteriore parte in caudam tortuoſam deſinens; in caſſide Palladis. ꝶ. Veliae. Lucaniae. *Golz.* Sicil. Tb. 9. fg. 4.) *Spanhem.* Pr. I. p. 273. — Idem caſſidis typus. ꝶ. Romanorum. *Golz.* ib. Tb. 18. fg. 4. — Idem typus. ꝶ. Ποσειδωνιατων. *Golz.* ib. Tb. 20. fg. 9.

— — ſed galeae Martis caput tegenti inſculptus. Æ. Tianorum. *Golz.* ib. Tb. 19. fg. 2.

ΓΡΥΦΟΥ, *Gryphi* cognomen Antiochi VIII. Epiphanis, Syriae regis, cuius numiſma omnino in otio confictum eſt, in *Golzii* Theſauro inſcriptum: ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΓΡΙΦΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Conf. *Froelich.* Annal. Reg. Syriae p. 105.

ΓΣ aerae Bithynorum regum *Annus* 203. qui eſt V. C. 668. apud *Golzium.*

— *Annus* 203. Seleucidarum. n. Antiochi IX. vulgo Cyziceni, Syriae regis. *Eckhel.* Cat. I. p. 217.

— *Annus* Gazenſium 203 vel V. C. 896. iuncto epochae initio 693. n. Anton. Pii. *Vaill.* Gr.

ΓSIS. *Siſciae* cuſus in officina *Tertia*, in imo exergo Æ 3. Vetranionis. *Eckhel.* Cat. II. p. 499.

ΓSISC. Æ 3. Gratiani. *Eckh.* ib. p. 512.

ΓSISCZ, *Siſciae* in *Tertia* officina, additis monetariorum ſignis. n. Gratiani. *Band.* II. p. 487. 488.) *Guſſ.* III. p. 397. n. 12.

ΓΤ *Annus* 303 Seleucidarum. n. Apameae Syriae. M. *Hunter.* Tb. 5. fg. 18.

— *Annus* 303. Gadarenſium, qui V. C. 993. adiecto aerae eorum capite 690. *Hard.* Oper. p. 62. 830.) *Vaill.* Gr. p. 266.) M. *Theup.* p. 1046. vbi ΤΓ ſcriptum inuenitur idem annus.

G. T. A. Stat genius nudo vſque ad vmbilicum corpore, d. modium tenet, ſiniſtram pectori admouet. ꝶ. gentis Caeciliae. *Morell.* Fam. Tb. 3. fg. 1. p. 52. Ex *Harduini* Oper. Sel. p. 688. prolata ſententia his litteris G. T. A. non *Genius Tutelaris Aegypti* ſignificatur, vt vult *Patinus*; neque *Genius Tutelaris Africae*, vt cenſet *Vaillantius*, ſed Q. Metellus dicitur fortaſſis: *Geminae Tutator Africae.* Nam neque *Tutelaris* vocabulum latinitas priſca hoc ſenſu poneret, neque ſi probum eſſet, omnino adhiberet, vbi genium ſcribi ſatis eſt; vt cum dicitur Genio Populi Romani; ſed partem hae litterae ipſae efficiunt Q. Metelli Pii.

G. T. Æ. *Genius Tutelaris Aegypti*, apud *Patinum.*

Γ. ΤΡΑ. ΔΕΚΙΟΣ ΣΕΒ. *Gneus Traianus Decius Auguſtus.*

G. V. *Gemina Victrix*, ſcil. *Legio.*

Gubernaculum nauis in medio numo erectum ſeu ſolitarium in Carteiorum numis apud *Haym.* Th. Br. I. Tb. 23. fg. 10. p. 242. — *it.* Melitenſium apud *Parutam Hauercampi* Tb. 149. fg. 2. — *it.* Mendaeorum vel Menelaitarum apud *Odericium* Num. Graec. p. 14. vid. *Temo.*

— in manu Fortunae. v. *Fortuna.*

Gu-

Gubernaculum ad pedes Victoriae; *al.* Victoria ad gubernaculum ſtat in naui. vid. *Victoria.*

— de quo pluribus *Bagnoli* dell' Ortatore Nautico p. 61 ſqq. Tom. XXIX. Opuſcul. Scientif.

Gundemarus (*Flauius*) rex Gothorum in Hiſpania, Witerici ſucceſſor Ao. Chr. 610. Poſt duorum annorum regnum obiit 612. — Eius numi ſunt apud *Guſſeme* III. p. 401. n. 1. 2. 3. ſequentes: 1. GVNDEMARVS RE. Protome regis, cuius capiti crux impoſita.)(ISPALI. PIVS. Eadem regis protome. — 2. GVNDEMARVS REX. Idem typus.)(PIVS ELIBERRI. Idem typus. — 3. CONYEMARVS RE. Idem typus.)(TARRACO. A. IVO. Idem typus.

GVRGES, a deuorato patrimonio cognomen Fabii. Q. MAX. Q. F. GVRGES, *Quintus* Fabius *Maximus*, *Quinti Filius*, *Gurges. Spanhem.* Pr. II. p. 70. vid. *Fabia g.*

Guttus, vas oblongum, auguratum deſignat, item ſeptemiuratum epulonum.

— pone caput M. Antonii ſpectat ad illius augurale ſacerdotium, quo ille fungebatur. *Vaill.* Fam. Antonia fg. 18.

— inter duas laureas ſellae curuli impoſitas. n. Iul. Caeſaris. *Morell.* Theſ. Impp. I. p. 13. 73.

ΓΞΡ *Annus* 163. Seleucidarum, qui eſt ſecundus regni Alexandri I. Syriae regis. n. Apameae Syriae, Aradi, Laodiceae Syriae. — ΓΞΣ *Annus* 263. Aegarum Ciliciae. — ΓΞΤ *Annus* 363. Aradi. vid. *ſuis locis.*

ΓXXI Litterae ſubſignatae in n. Cari, pariterque in area et in ſubſignatione numorum Taciti, Floriani, Probi, Carini.

ΓXXIR in area et imo exergo n. Aureliani. v. *Litterae.*

Gymnetae vel Hiſpaniae Tarraconenſis populi, vel Baleárides inſulani, ex *Strabone* L. XIV. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 128. — *Velazquez* Enſayo Tb. 14. fg. 3. p. 103. recenſet Æ 3. numum, in cuius antica caput imberbe nudum ad d. ante delphinus, retro XI litterae initiales vocis XINNEO.)(Eques currens ad d. infra XI N N O, quaſque litteras Celtibericas interpretatus eſt XINNEO vel XINNETH.

ΓΥΝΗ, *Vxor.* vid. ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΥΝΗ, *Agrippina Claudii Vxor* ſecunda. — ΑΓΡΙΠΠΙΝΗ ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΥΝΗ, *Agrippina Tiberii Claudii Vxor.* Muſ. *Theup.* p. 844.

Gyrton, *Stephano*; Γύρτων, πόλις Θεσσαλίας, ὁ πολίτης Γυρτώνιος, pariter *Straboni* L. X. Γύρτων, Theſſaliae vrbs perantiqua et iam *Homero* memorata. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 858. 859. — Oppido rari huius vrbis numi ſunt. Conf. *Theoph. Sigefr Bayeri* numus *Gyrtones*, vrbis Theſſalicae, illuſtratus in Commentar. Acad. ſcient. Petropolit. Tom. II. p. 459 ad 469. — 1. Caput Iouis laureatum.)(ΓΥΡΤΩΝΙΩΝ, *Gyrtoniorum.* Equus gradiens, infra quem ΔΗ. Æ 2. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 95. — 2. Caput Iouis barb. et laureatum ad ſ.)(ΓΥΡΤΩΝΙΩΝ. Equus ſubſultans ad d. ante vuae racemus, inter crura ΔΗ. Æ 2. *Peller.* Tb. 26. fg. 7.) Muſ. *Hunter.* p. 148. n. 1. — 3. Caput fere idem.)(ΓΟΡΤΩΝΙΩΝ. Typus idem, inter crura mon. ante vuae racemus. Æ 2.

M. *Hunter*. ib. n. 2. — 4. Caput nudum iuuenile viri, ante quod delphinus.)(ΓΥΡΤ.... Caput muliebre. Æ 3. *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 6. fg. 12. p. 85.

ΓΥΡΤΩΝΙΩΝ, *Gyrtoniorum* Theſſaliae, in *Pyrrhi Ligorii* nůmo. *Harduin*. Oper. Sel. p. 65. vid. *Gyrton*.

Gythium, Spartanorum vrbs et nauale, Γύθιον, vt plurimi, ſiue Γύθειον, *Gytheum*, vt alii ſcribunt, *Stephanus* diphthongo: Γύθειον, πόλις λακωνική, ὁ πολίτης Γυθεάτης, *Plinio* L. IV. c. 8. Sinus *Gytheates* ab oppido, et L. VI. c. 39. *Gythium* in agro Laconico. *Cellar*. Not. Orb. Ant. I. p. 970. Hi conditores ſuos Herculem et Apollinem iactitabant; Liberum, Cererem et Bacchum colebant. *Pauſan*. in Achaicis p. 104. *it*. in Lacon. p. 265.

A) *Autonomus*. 1. Caput Bacchi hedera et corymbis coronatum.)(ΓΥΘΕΑΤΩΝ ΕΠΙ ΕΥΔΟ. Victoria prorae nauis inſiſtens, d. extenſa ſertum, ſ. palmae ramum. Æ 2. *Golz*. Graecia Tb. 11. fg. 1. p. 55. 56. *it*. in Theſauro p. 216.) *Harduin*. Num. Pop. in Oper. Sel. p. 65.) *Froelich*. Not. Elem. p. 86.) *Zaccaria* Iſtit. Num.

B) *Imperiales*. Haec Sparanorum vrbs, inquit *Eckhel*. Num. Vet. p. 135. cum autonomis certis careat, (nam id genus monetam ſolus *Golzius* l. c. offert) aliarum Peloponneſi vrbium more in ſola Seueri familia numos ſignauit;

a) *Sept. Seuero*. 2. ΑΟΥ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟΣ ΣΕ. Caput Seueri laureatum.)(ΓΥΘΕΑΤΩΝ. Apollo nudus ſtans, d. ſagittam, ſ. arcum. Æ 3. *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 9. fg. 1. p. 135. — 3. ΑΟΥ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟΣ. Caput eius laureatum.)(ΓΥΘΕΑΤΩΝ. Hercules ſt. clauae innixus. Æ 2. M. *Theup*. p. 939.

b) *Iuliae* Domnae. 4. ΓΥΘΕΑΤΩΝ. Hercules Farneſius ſt. d. clauae innixus. Æ 2. *Guſſeme* III. p. 401. n. 1.) *Harduin*. Oper. Sel. p. 64.) *Vaill*. Gr.

c) *Caracallae*. 5. ΓΥΘΕΑΤΩΝ. Mercurius ſtat ad aram, d. crumenam, ſ. caduceum. Æ 2. *Guſſ*. ib. n. 2.) *Hard* ib.) *Vaill*. ib. — 6. *Al*. ſed mulier innixa columnae, d. caput ſuſtinet. Æ 2. *Guſſ*. ib.) *Vaill*. ib.

d) *Plautillae*. 7. ΦΟΥ... ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ ΣΕ. Caput Fabiae Plautillae.)(ΓΥΘΕΑΤΩΝ. Idem mulieris ad columnam typus. M. *Theup*. p. 991. *Guſſ*. ib. n. 3.) *Hard*. ib.) *Vaill*. Gr.

ΓΥΘΕΑΤΩΝ, vel ΓΥΘΕΑΤΩΝ ſcriptum, *Gytheatarum* ſiue *Gytheatum* in Laconica regione. vid. *Gythium*.

ΓΥΤΤΕΩΝ, *Gytteorum*, forte idem ac ΓΥΘΕΑΤΩΝ. *Froelich*. Not. Elem. p. 86.

ΓΞΡ Annus 163. n. Apameae Syriae. Vel ſcriptum

ΓΖΣ loco ΓΞΣ *An*. 263. in Æ 1. Aegorum Ciliciae. *Cimel. Vindob*. I. p. 102.) *Eckhel*. Cat. I. p. 184.

Tab. I.



183 184 185 186 187 188 189
190 191 192 193 194 195
197 198 199 200 201 202 203
204 205 206 207 208 209 210
211 212 213 214 215 216 217
218 219 220 221 222 223
225 226 227 228 229 230
232 233 234 235 236 237
239 240 241 242 243 244
246 247 248 249 250 251
253 254 255 256 257 258
260 261 262 263 264 265
267 268 269 270 271 272

Tom. II.

[illegible]

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

NOV 2 · 1915		
MAY 1 5 1916		

form 410